


**IOANNIS VVIERI
DE PRAESTIGIIS
DAEMONUM, ET
INCANTATIONIBU
S AC...**


Johann Wier





M









12-3 D. 4

IOANNIS VVIERI
DE
PRAESTIGIIS


DEMONVM, ET INCAN-
tationibus ac ueneficijs,
Libri v.

6

TERTIA EDITIONE
aucti.




*Bibl. Soc.
Coll. Rom.
Soc. Sept*



Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio:
Item copioso rerum & uerbo-
rum INDICE.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum. 1566.

*12
3. D.
4*





EXEMPLVM PRIVILEGII.



FERDINANDVS Di-
 uina fauente clemen-
 tia electus Romano-
 rum Imperator semper
 Augustus, ac Germa-
 niæ, Hungariæ, Bohe-
 miæ, Dalmatiæ, Croatiaë, Sclauoniæ,
 &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archi-
 dux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Mar-
 chio Morauia, &c. Comes Tyrolis, &c.
 Notum esse uolumus uniuersis, quòd
 cum honorabilis, doctus, noster & sacri
 Imperij fidelis, dilectus IOANNES
 VVIERVS, artium & Medicinæ Do-
 ctor, nobis quàm humillimè exponen-
 dum curauerit, conscripsisse se quinque
 libros de Præstigijs dæmonum, incan-
 tamentis & ueneficijs: quos ad publi-
 cam hominum utilitatem in lucem ede-
 re, ac prælo committere constituerit,
 dummodò firmissimo priuilegio con-
 tra æmulorum fraudes, qui fortè ipsum
 aut Typographum debito fructu ac e-
 molumento priuare conarentur, tutus
 ac munitus sit. Nobis idcirco reueren-
 ter supplicauit, ut ipsi hac in re beni-

gno ac clementi nostro auxilio adesse
 dignaremur. Cuius quidem honestissi-
 mum institutum, laudabilesq; conatus
 non modò probauimus ac collaudau-
 imus, uerùm etiã autoritate nostra
 Cæsarea promouēdos duximus. Quo-
 circa per præsentés literas nostras scien-
 ter atque animo bene deliberato, de que
 Cæsarea autoritatis nostræ plenitudi-
 ne seriò ac firmiter inhiibemus ac ueta-
 mus omnibus ijs qui in sacro Rom. Im-
 perio & Regnis Dominijs que nostris
 hæreditarijs, uel imprimendis uel uen-
 dendis libris, seu quacunque alia ratio-
 ne librariam negociationem exercent:
 ne quis eorum, memoratum Ioannis
 Vuieri opus, postquã illius opera ac stu-
 dio in lucem prodierit, sine cõsensu eius-
 dem authoris, per totum sexennium ab
 editionis absolutæ die numerandum, in-
 tra sacri Rom. Imperij & omnium Re-
 gnorum ac prouinciarum nostrarum fi-
 nes recudere, aut ubicunque recudendũ
 dare, uel alibi impressum adducere, uen-
 dere, uel distrahere palàm uel occultè au-
 sit. Quod si quis secus fecerit, interdi-
 ctum que hoc nostrum neglexerit: de-
 bebít

habebitis nō solūm priuari eiusmodi libris
Impressis, quos nimirum præfatus Ioan-
nes Vuierus, uel eius hæredes, aut man-
datū ab eo habētes, auxilio magistratus
eius loci, aut sua quoque authoritate ap-
prehendere & sibi uendicare poterunt:
uerūm etiā insuper decem marchis auri
puri nostro Imperiali fisco fraudis uin-
dici, & dicto Vuiero, eius' ue heredibus
ex æquo soluendis & numerandis mul-
ctari. dummodò tamen præfatus Vuie-
rus bina eius libri exemplaria ad Impe-
rialem Cācellariam nostrā Latinam suis
sumptibus quā primū mittere tenea-
tur: alioquin hoc nostro priuilegio uti
frui non possit, sed eo penitus exutus &
priuatus esse censeatur. Proinde man-
damus uniuersis & singulis nostris & fa-
cti Ro. Imperij subditis & fidelibus dile-
ctis, tã Ecclesiasticis quā secularibus,
cuiuscunq; gradus, ordinis, status, con-
ditionis & dignitatis extiterint, præser-
tim uerò ijs qui in Magistratu constituti
sunt, uel superiorum suorum, uel suo ip-
sius nomine ac loco, iuris & iusticiæ ad-
ministrationem exercēt, ne quenquam
hoc priuilegiū seu interdictum nostrum

6 E X E M P. P R I V I L.
impunè uiolare, spernere uel negligere
patiantur: sed si quos contumaces con-
pererint, præscripta pœna plectri, & qui-
buscunq; rectè fieri potest modis coer-
ceri curent, quatenus & ipsi grauissimã
indignationem nostram, ac eandẽ mul-
ctam incurrere noluerint. Quòd enim
hæc rata & firma sint, hisce literis nostris
testatum esse uoluimus: quas dedimus
manus nostræ subscriptione, & Sigilli
nostri impressione roboratas, in nostra
Imperiali ciuitate Francofordiæ ad Mo-
ganum, die quarta mensis Nouembris,
Anno Domini millesimo, quingentesi-
mo, sexagesimo secundo: Regnorum no-
strorum, Romani trigesimo secundo, a-
liorum uerò tricesimo sexto.

FERDINANDVS.

v^e. Seld.

Sigillum hic impressum.

*Ad mandatum Sacre Cæ-
sareæ M^{ti}s proprium.*

M. Singkmoser.

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
 Principi ac Domino, D. Gulielmo Clu-
 uiae, Iuliae & Mont. Duci, Comiti Mar-
 chiae ac Rauesburgi, Domino in Ra-
 uestein, &c. suo Domino Clemen-
 tissimo perpetuam in Chri-
 sto IESV felici-
 tatem.

N tam pernicioſa uarietate ſa-
 naticarum & peſtilentium opi-
 nionum, quib. æuo hodierno mi-
 ſerè orbem cõcutit Chriſtianum
 ſatan, non minimũ pondus eam
 habere ſentio, Princeps illuſtriſſime: quam idẽ
 ille uelut perdiſſimum ſeminarium, mentibus
 hominum inſeuit incantamentorum nomine.
 Eſi enim multifariam in religionis noſtræ cõ-
 trouerſijs, uel ob ceremoniarum ritus, uel non
 equè intellec̃ta Scripturæ loca, animi diſtra-
 hantur, ſententiæ quæ uariant, faces ſubdente
 antiquo ſerpente: non tamen perinde deploran-
 da hinc ſubſequitur calamitas, quàm ex ſemel
 imbibita, ipſius inſtinctu, perſuaſione de eo
 mali genere, quod hominibus & beſtijs citra
 ſeneni uel propinationem uel applicationem,

inferre creduntur quædam dementatæ anu-
 quas Lamias uel sagas nuncupant. Vt enim ex
 prioribus quidem disceptationes hinc inde o-
 riuntur diuersæ pro hominum uel affectu, uel
 Rom. 14. prout cuilibet sua satisfacere mens uidetur, aut
 pro talenti à Deo donati pondere & qualitatē:
 tamen momenti tantum eæ sapius non habebunt,
 ut uel animæ salutem aliquo attingant modo,
 uel etiam amicitias omnino turbent, dissu-
 suant ue. Quàm uerò execrabilem à Deo alienationem,
 coniunctissimamq; cū demone necessitudinē,
 quanta inter proximos odia, quàm rixosas
 uiciniarum factiones, quas rusticorum simultates,
 quæ urbium dissidia, quàm frequentes
 insontium cædes, parente tragædo diabolo,
 gignat sæcundissima illa calamitatum mater,
 opinio nimirum concepta de Lamiarum maleficij
 (non inquam ueneficij) prodigiosa potestate,
 quotidiana docet experientia. Et quum pauci
 sint morbi, quorum causas ad Lamiarum opus
 non referat, peruersè in religione Christiana
 institutum uulgus: uix alij comperiuntur,
 quibus uniuersum hoc impietatis negotium penitus
 sit notum, & iustior de hoc actionem instituēdi
 occasio incūbat, quàm medici: quorum ab eo
 incredulitatis genere ita turbantur animi,
 & aures raduntur, ut nihil in ijs æquè
 concre-

concrepet apud aegrotos, quàm mordax illa sal-
 saq; innocetium muliercularum ob inflictum
 eiuscemodi malum criminatio. Quam Cama-
 rinam aliquandiu non tam uirulentũ expiran-
 tem foetorem, cum paulatim sana ex Dei uerbo
 institutione prorsum interiturã spes esset, eam
 denuò grauitè motam, ut contagionis uirus
 longè lateq; cum plurimorum pernicie, procel-
 larum spiritu horribiliter afflãte, exhalet, in-
 dies magis ac magis experior. Tanta uigilan-
 tia quamcũq; obseruat occasionem ueterator
 ille, somnolenter illius artes permittentib. ijs,
 quorum intererat die noctuq; doctrinæ Euan-
 gelicæ machinis, ipsius propugnacula concute-
 re, funditusq; euertere. Propterea operapre-
 cium facere uisus sum, dum ad grauẽ hanc im-
 pietatem silentio conuiuent Theologi pleriq;
 omnes: opinionum falsitatẽ in morborum cau-
 sis, eorumq; impijs curationibus tolerant Me-
 dici: sententiasq; ex persuasionè, longa anno-
 rum serie & præscriptione non ita discussi,
 quàm uelut præiudicio citra contradictionem
 confirmata, híc pronunciant Iurisconsulti: nec
 ullum hominem exitiali medendo uulneri, aut
 Labyrinthi huius explicationi manum admo-
 liri, ad multorum interitum, audiatur: si ego
 uelut $\kappa\omicron\lambda\sigma\iota\omicron\varsigma \ \eta\upsilon\ \tau\omicron\lambda\varsigma \ \mu\acute{\omicron}\sigma\alpha\epsilon\varsigma$, garritu saltè u-

lijis ueternum excussero: & arduam hanc rem, qua nostræ religioni Christianæ summa fit cõtumelia, altius perscrutandi, discutiendiq; qualem cunq; ansam fusiori deductione & quantum lacunq; demõstratione subministrauero: quan-

Præua opi-
nio, inexpi-
abilis tinctu-
ra.

quam non ignorem, præuæ opinionis sine ratione pertinaciam, inexpiabilem esse tincturam, et quæ elui nequeat, scire à Galeno nostro cõserui: his uerbis: ὅτι δὲ ἕδ' ἐμὴ Βαφὴ Δουσοποῖός οὕτως, ὡς τὸ τῷ ἄνδρι λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ λόγιατα πάθει· ἔ γάρ ὅτι μεταπέσσαι εἶς αὐτοῖς ἐντραφύτας. Sic enim educatos, ad resipiscentiam aut ueritatis frugem non posse reduci arbitratur. Tam non facile est, nouam rem ad communem hominum mentem & assensum accommodare.

Nec tamen hoc meum institutum quisquam calumniabitur, quasi nimis Suffenus, minusq; tenuitatis meæ conscius, quicquam præ aliis intelligere, aut posse, mihi temerè præsumam. Quàm sit mihi curta supellex, probè noui, & me certius nemo: atque hoc scio, quod nescio. Nemini hinc præiudicatur. Accedunt quotidianæ medicationes, & profectioes assiduæ, quæ certè ferias eiusmodi lucubrationibus sedulò donandas præcidunt: ut hoc nomine superioribus uenationibus Hambachi institutis,
dum

dum tuæ Cels. atque eiusdem illustri generosæq; soboli ex officio inseruirem, huic potissimum studio uacauerim.

Innumeros itaq; alios infinitis partibus longè meam hanc infantiam exuperare potuisse ueritatis inquisitione penitiori, oratione lucidiorè, doctioreq; & demonstratione euidentiorè, magisq; neruosa, ob ingenij acumen, doctrinæ excellentiam, & ocij accessionem, libenter fateor: at iciuno meo scripto felicia illa ingenia prouocatum iri sperare uolo, ut dicendo, me rectius erudiant, qui eiusmodi collationum soles esse fructus: uel, ut tacendo, meam hanc sententiam ab inolita religioso illo seculo opinione $\delta\iota\varsigma\ \delta\iota\alpha\ \pi\alpha\sigma\omega\upsilon$ dissonantem, comprobent. Hac ratione reportassè ex laboribus usuram satis uberem confidam: nec me præstitæ pœnitebit operæ, si saniore doctrinâ in ueritatis cognitionem reuocor, uel in rara paucisq; audita opinione confirmor.

Naturam in profundo ueritatem penitus abstrusisse, rectissimè docuit Democritus: hanc uigilantius inquirere, inuestigare & rimari decet. Id siquidem cum maiori æquitate coniunctum est: quàm sententiam, quam temerè quis amplexus sit, pertinaciter defendere.

Argumentum est partim Theologicū, quo diaboli

Veritas in profundo abstracta.

Argumentū
operis Theolo-
gicum.

Philosophicū.

Medicum.

Iuridicum.

Cur uaria in
serantur hi-
storie.

diaboli actiones & studia, sacrarū literarū te-
Simonij's produntur: & quo ijs modo tutissimè
obuiam iri possit, docetur. partim etiam Philo-
sophicum, dum naturalib. conuincuntur ratio-
nibus satanæ ludibriorum uanitas, & sagarum
corrupta imaginatio: partim item Medicum,
ubi secundum naturæ legem, morbos, eorum
causas & symptomata Lamij's perperam impu-
tata, oriri demonstratur. Partim id etiam Iu-
ris prudentiæ placita spectat, quum de magorū
infamium, lamiarum & ueneficorum pœnis,
pro delicti qualitate et magnitudine, alio quàm
hactenus usurpatum est modo, agatur.

Historias autē inserui passim uarias, eo por-
tissimū fine, quòd quum tam diuersa multi-
fariaq; sepe numero in hoc satanæ negotio à
multis referantur: ex nostrarum narrationum
collatione, ἀναλογία, & qualicunq; explicati-
one, citius in actionum præstigijsq; demo-
niacarum, & rerum multijugarum cognitionē
ac iudicium perueniri posse arbitratus sim.

Ne autem hīc mei ingenij metas & profes-
sionis limites temerè præfractaq; opinione, ni-
mis proprio fisis cerebro, transilisse censerer,
hæc mea τὰ γὰρ ὄψα plerisq; doctissimis, etiam
ex tuæ Cels. familia uiris, Theologis, legum pe-
ritis, & collegis excellentissimis, eo animo le-
genda

genda excutiendaq; proposui, ut horum censu-
ra, illa uel castigarentur, mutarentur, starent:
uel caderent, repulsamq; paterentur.

Si maleficarū Malleum hoc absoluisse pen-
sum quis obijciat, is amabò illius libri conge-
stas à Theologis, Henrico Institoris & Iacobo
Sprenger ineptias absurdas, sæpe etiam impias,
legat: & cum hoc nostro scripto, affectu omni
seiuñcto, conferat, iudicetq;: & sententiam
omnino aliam, imò contrariam me sustinere ac
defendere intelliget. Penelopes enim telam re-
texere, actumq; agere, profectò lubet minimè.
Pauca quidem in hanc rem dixit Vlricus Mo-
litor, Sigismundi Bohemiæ regis consiliarius,
in Dialogis de Lamys & Pithonicis: nonnihil
quoq; de strigibus scripsit Ioannes Franciscus
Picus, abbas item Spanheimensis Ioannes Tri-
temius quæstiones quinque Maximiliano Cæ-
sari proposuit, sua quoque lingua argumentum
hoc attigerunt quidam Germani: quo aut iudi-
cio, operis nostri collatione innotescet.

Malleus ma-
leficarum.

Cæterum præter multiplicem rationē, quæ
ut tuæ Cels. hanc meam qualemcunq; fœturam
consecrarem, me impulit, hæc quoque induxit
potissimum: quòd quum iam decimumtertium
annum tuæ Cels. à medicinis sim, ac uariam se-
penuerò in tuæ Cels. aula audierim de Lamia-
rum

rum iam denuò in amplissimis ditionibus tuis
renatarum, potentia & incantamentis senten-
tiam: uix à nemine tamen certiozem, meæ con-
sonam magis, & è ueritatis fontibus erutã pe-
nitius, me unquam hîc cognouisse, quàm aliquo-
ties à tuæ Cels. ore hîs hauserim auribus, uelim
nolim fateri cogor: nimirum Lamias nemini
ulla uoluntate maligna, quacunque dira impre-
catione, aut intuitu malicioso nocere posse: at
uiriata demonis conatu occulto phantasia, eas
tanquam melancholia agitatas, in mentem sibi
inducere, quæcunque mala ab ipso satana illa-
ta, uel naturali occasione ex abstruso Dei con-
silio prognata, abs se perpetrari. Vbi enim actio-
num modus ad trutinam uocatur, & earum
organa indagine circumspectiore obseruantur,
luce clarius mox omnium oculis patet rei ædolu-
vaticæ & falsitas. Veneficium solumodò à præ-
parandis uel ueneficis, ueneno uel propina-
to uel illito, noxiè fieri in hominũ & animan-
tium internecionem, doctè, prudenter & piè
concedit tua Cels. Hinc fit, quòd non multorũ
more, pœnam delusis aniculis statim seuerè in-
fligi iubeas: sed matura deliberatione prius de
uenenatione exactè inquire, ac si de ea indubi-
tante constet, legum præscripto satisfieri, à
Deo ad hoc constituta tua Cels. uelit. Hoc
profe-

profectò accedit meritò ad reliquas præclaris-
 simas & innumeras animi ingenijq; dotes, qui-
 bus mirè quam nactus es Spartam (κατὰ τὸ ἀ-
 πόφθεγμα à tua Cels. celebrari solitum) ador-
 nas, illustrasq;. Nihil híc præter institutum di-
 cam, de non uulgari tuæ pietatis studio: cuius
 plurima, & quidem memorabilia, ac imitatio-
 ne dignissima possem adducere exēpla, ni hinc
 potius inclementiam expectandam, quàm fauo-
 rem, uererer. Sit autem hoc unum, quòd solem
 exorientem nunquam uideas, nec uesperì te le-
 cto componas, quin ardentè prius fuis ad Deū
 precibus, à sacra lectiōe te totum, tuæq; Cels.
 commissam Spartam, ipsius patrociniò fideliter
 commiseris. Nihil addam de temperantia in
 potu, quo unico nomine non modò tuis subdi-
 tis omnibus numerosissimis exemplar existis
 admirabile: sed & tui ordinis illustrissimis, eis-
 demque potentissimis heroibus optimo prælu-
 ces iure: ut ebriã tuam Cels. uidiſſe neminẽ, non
 minima laus sit: imò ratã esse uelis Assueri re-
 gis legẽ, qua ne quis poculorũ certamen urgeat,
 seuerè cauetur. Longũ item esset recensere, tuæ
 Cels. omnes esse exosos, qui assiduis suis deiera-
 tionib. tremendum Dei nomẽ prophanare non
 erubescunt: quã blasphemiam omnes propemo-
 dum horribiliter concrepare aulas, est quòd
 Cbrì-

Esther

Christiana religionis homines meritò doleant, lugeantque, plagis hinc enatis palam uisis. Taceo continuos in quorumcunque libellorum supplicum, & aliorum scriptorum quotidie affluentium lectione, maturaque responsione labores: quo uel unico incomparabili exemplo, uerè paternum affectum erga commissum tuæ tutelæ subditorum gregem, quis non demiretur? quibus ut nec contempti hic Carlorum nomen, in aliorum ore innatans assiduè, unquam à tua Celsit. obiectum fuisse, quis audiuit, ita sæpenumerò eos blandissimo filiorum nomine dignaris: nec quicquam usque ad eò tuæ Cels. studio curæque esse norunt omnes, quàm tuam rempub. in summa tranquillitate perpetuò conseruare: id quod cum rara, imò diuina prudentia proximis aliquot annis turbulentissimis, undequaque bellico strepitu circum maximas tuæ Cels. ditiones sciente, nec tamen eas concutiente, testatus es. Nec postremam meretur laudem, quinimò apud omnem posteritatem propagandam, quòd uelut unicus doctorum uirorum Mecænas, singularem facias ingeniorum delectum in ijs, quos ad exteras regiones & præclaras in quacunq; facultate Academias tuæ Cels. impensis ablegari, ali, studiorumq; curriculum feliciter perficere,

cere, ut tua Cels. & reipub. decori usuique esse quandoq; queant, providè admodum uolueris: ut ea ratione insignibus doctrina, prudentia, existimatione, & rerum cognitione usuque uiris, illustrem illam tua Cels. familiam esse ornata, ad reliqua celeberrima tuae aulae ornamenta, non immeritò referri debeat. Minus tamen id mirū uideri debet, quòd ipse doctus, eruditos semper eo prosequutus sis studio, ut quibuscunque honorarijs & stipendijs honestis eos in tuam amplissimam pellicere accireque familiam, à regni primordijs non intermiseris. Sic providentia non uulgari factum est, quòd hic in uenerando ordinis Senatorij confessu, primo sic dignata loco tua Cels. uirum doctrina multijuga, nec uulgari prudentia, rerumq; uariarum usu & eximijs animi corporisque dotibus clarissimum, D. HENRICVM BARZIVM, Olislegerum nuncupatum, Ll. Doctorem & Cancellarium Cliuensem uigilantissimum, patriaq; amantiissimum: sic is certè πολὺν αὐτὰρξί & ἄλλωυ. At prorsus calamo hic imperasse præstat, quàm leuiter oratione ieiuna uerè heroicas tue Cels. uirtutes omnem omnium laudem post se relinquentes attigisse: quas non aliorum relatu cognoui, sed hisce oculis in tua Cels. uelut in lucidissimo

D. Henricus Barzius Cant. cellarius Cliuensis.

speculo

speculo quotidie contueor. Tali itaque ac
 tanto Principe patrocinium non denegante,
 mordaces uilitigatorum insolescentium den-
 tes haud difficulter uicturum me confido: præ-
 sertim cum à meis partibus in procinctu stare
 inuictam ueritatem non dubitem. Precor
 Deum opt. max. patrem Domini nostri IESU
 CHRISTI, ut quod pro sua boni-
 tate immensa in tua Cels. feliciter cœpit, ma-
 iore sui Spiritus accessione uberius augeat, ad
 nominis sui gloriam, Cels. tuæ salutem,
 & florentissimarum ditionum tua-
 rum felicitatem.

Tuæ Celsitudinis
 obsequentissimus,
 Ioan. Vuierus
 Medicus.

PRÆFATIO AD LE-
ctorem, de totius Operis
argumento.

REm profectò arduam, & lon-
gè tenuitatis meæ vires exti-
perantem, aggressum me esse
fateor, qui cum fraudulentis
spiritibus, laruis & mundi do-
minis in theatrum prodire, lustrariq; audè-
am: quum tot illi habeant modos fallendi
incōprehensibiles, & cuniculos, occultosq;
elabendi recessus, quibus ob essentiæ subti-
litate, motus celeritatem, vitæ longissimæ
usum, & peruersitatem uoluntatis, longè la-
teq; crassitiem nostram terream eludant, ut
quibuscunq; eos adoriaris rationibus, de-
fraudatum te esse palàm uideas. Quanquam
uera hæc esse non inficiar: in alia tamen enu-
tritus schola, atq; ab alijs institutus præce-
ptoribus, quàm Plato ethnicus apud super-
stitiosos suos Aegyptios & uates Memphi-
ticos, uel Proclus apud suum Marcum, dæ-
monum clientem: ex D. Pauli, uasis electio- *Actor. 9.*
nis, & pugilis aduersus spirituales astutias
in cœlestib. inuicti consilio, manibus indu-
bitatæ fidei firmissimis arripui doctrinam
Conditoris cœli & terræ, omniumq; quæ in *Philip. 2.*
eis sunt, & uerbū Christi (in cuius nomine
horum spirituum genua flectuntur, ipsiq; *Ephes. 6.*
dicto

dicto citius fugantur) gladium quippe spiri-
tus ancipitem, tentaturus quid cū diuini lu-
minis radio & rationum machinis, in luce cū
rectoribus tenebrarum seculi huius potero,
in eo potissimū fraudium genere, quo illi
hactenus tam densas hominum oculis offu-
derunt nebulas: ut quò se conuertere securè
debuerint, tanquam in ipsa caligine palpi-
tantes, ignorarint quàm plurimi. Id autem
existit ille incantamentorum labyrinthus:
ex quo ut, inuento qualicunq; filo, se expli-
candi monstrarem uiam multò aliam,
quàm hactenus obseruatam uidere licuit,
hoc institui Opus. Ne uerò obscuritatem
gigneret orationis perpetuitas, in quinque
illud distribui libros: ut eius ordo tamen,
quasi rectè instituta rerum œconomia, suis
conuenienter cohæreret partibus.

*Occasio ope-
ris.*


*ARGV M.
libri primi.*

Cæterum quum uniuersum id negotium
sit dæmonum præstigijs ac dolo implica-
tum, ut ad eorum quæ in reliquis dicentur
libris, intelligentiâ sterneretur uia: in Pri-
mo libro, diabolus quid sit, quæ eius origo,
qui primi dolosi eius conatus, perniciosiq;
pgressus ab Eua in rerum primordijs, usq;
in hæc tempora: quæ itē ipsius potētia, quid
etiam prorsus non possit: & quoddam limites
illi à Deo præfigantur, ultra quos ferri ne-
quit, describitur. Hinc, quid per suam cli-
entelam operetur, ostensurus: ad magos in-
fames,

*SECUN-
DI.*

fames, dæmonum operâ quascunq; præstigijs oculis nostris destinato studio multifariam obijciētes, diuinationumq; uarijs latuis deludentes alios, & medicinæ sacra suis imposturis satanicis fœdè conspurcantes, progredior: quos etiam à Lamijis segrego, *Magi infames.* ut quæ sexu inconstantes, fideiq; lubricæ, & ætate non satis mentis cōpotes, diaboli ludibrijs magis sint obnoxix: qui in illarum uim imaginatiuâ siue uigilantibus siue dormientibus se insinuans, quascunq; formas ipsis inducit, ea dexteritate cōcitatis in hūc dolum humoribus & spiritibus, ut nihil aliud illę sciant, aut queant fateri, quàm rerum à dæmone ex Dei abstrusa uoluntate uel consensu peractarum, aut plagarum hominibus bestijs uel inuectarum, siue designatorum flagitiorum, aut malorum pronatorum naturæ ductu, se effectrices esse: quemadmodum mentem quoque lædi, multifarijsq; imbui imaginibus, sæpe in ijs quorum cerebrum atra bilis uel eius uapor uitiarit, spectamus. Nullos quoq; libros eæ habent, nullos exorcismos, characteres, aut similia mōstra, uelut magi infames: nullos etiā præceptores alios, præter læsam à dæmone mentem, aut corruptam imaginationem. Hinc à Magis illis infamibus nō parum eas differre, omnibus erit perspicuum. Illi namque uiri sunt sæpe docti & cordati, sed curiosi,

b 3 longius



longius etiam peregrinantes, ut artem imbibant dæmoniacam, qua saltem præstigias & rerum ludibria, præter naturalem morem ostentât: hæ uerò ut plurimum scœminæ, eædemq; uetulæ, & mente titubantes, domiq; latentes: in quarum, uti organorum conuenientiũ, phantasiã propè torpidã, uelut se dem suis studijs accommodatã, in melancholiæ morbo, mœrore, uel extrema desperatione, ut spiritus est, illabitur: nec ita præstigijs deludens, quàm quæcunq; hominũ infortunia, calamitates & interitus tâta uehementia imprimēs, ut qualia quantaq; ea sint, se perpetrasse, ut dixi, arbitrentur: à quibus tamẽ hęc fuere alienissimæ atq; infontes.

Venefici,
κακουργοί.

Has itidẽ à ueneficis, quos *φαρμακὸύβας* Græci dicunt, separo: qui ueneno uel propinato uel illito, uel eo loco ubi halitu feriat collocato, homines uel bestias lædunt. Sic plurimum interessẽ inter prophanos magos, lamias & ueneficos intelligetur: de quibus tamen, uelut iisdẽ, hætenus cõfusẽ actum est, disputatũ, & pronunciata sententia. Ut autem hæc innotescerent clarius, Tertio libro eos qui Lamiarum maleficio affici putãtur, propono, demonstrans eos omnes à dæmonibus exerceri, uel obsessos esse, ex occulta Dei permissiõue, citra ullam ullius Lamiae aut hominis alterius cooperationem. Hinc QUARTI, iusto ordine, libro Quarto, ad eorum qui eius-



eiufmodi maleficio collifi creduntur, curationem, infinitis partibus aliã quàm hucusque obseruatũ sit, me confero: ubi, quæcũq; curationes illicitæ à dæmonijs in sui regni confirmationem effictæ, per uetitas conuersiones, characteres, ligaturas, periapta uel appēsa, annulos, sigilla, imagines, & similes umbrarum furias, sacrosanctæ Scripturæ auctoritate & rationũ pondere conuincuntur, explodunturq;: ut ab ijs fæcibus, uelut expurgato Augiæ stabulo, liberatæ mentes, in quacunq; afflictione ad ordinata à Deo media posthac confugiãt, puris manibus in cœlum sublatis, ac medicinæ sacra in hoc negotio incorruptius conscientia synceriores tractentur. Qui præcipuus fuit huius instituti mei laboris scopus.

In hac tamen graui meditatione aliquandiu suprã quàm dici potest occupatus, doloribusq; immensis excruciatuſ (nouit ille quem nihil latet) quòd uetulas illas dementatas, à dæmone illuſas, Lamias uulgò dictas, quæ nihil flagitij singularis commiffent (non autem loquor de ueneficis) tam atrociter, sine ulla cõmiferatione multis in locis in caliginofos squalidosq; carceres, horrida umbrarum hospitia & dæmoniorum domicilia inconfideratius præcipitari, inde in carnificinam truculentius rapi, ac demùm flammis deuorãdas temerè

obijci uiderem: proprièq; amentium anicula-
rum confessiõni stari, nec satis inter Lamias
& ueneficas discerni: & Magos sacrilegos,
in lege ueteri multatos grauiter, iam impu-
nius, imò cum laude apud plerosq; uersari:
non potui non inquam argumenti ratione,
conscientiæ impulsu actus, meam hac de re
sententiam qualemcunq;, quatuor ijs libris
AVINTI: adiungere: Quintoq; libro uelut appen-
dice declarare, quid & quib. rationibus ni-
xus, sentiam de punitione Magorum infam-
mum, à CHRISTI ueritate rempub. cum
A^{ct}or. 13. Simone & Elima auertentium, eamq; seda-
tam turbantium: quid itè de modo puniendi
Lamias à diabolo seductas, uelut melancho-
Hæretici. lia agitas, uix aut hæreticas: (eæ enim men-
te illæsa, sed præfracta constant) postremò
etiam, quid de ueneficorū supplicio statuen-
dū existimem, subiunxi: ubi locū habet pro
mulgatū ex Dei uoluntate Mosis edictum,
Contra uene- Græcè à Septuaginta senioribus redditū, &
ficas edictum uelut explicatum in uaria illa Hebraicarum
Mosis. uocum significatione, *φαρμακὸς ἢ περιβίωσις*,
Veneficos (uel, ut Hebræi habent, ueneficas)
non sinetis superuiuere.

Nec sibi hîc leges à me arrogantius præ-
scribi crimentur Magistratus, aut legum
periti. hoc enim meum fuisse institutum mi-
nimè, testor Deum: sed ex commiseratione
meditationem meam solummodo alijs cor-
datoribus

datioribus & pijs, ueritatis inquirendæ potius, quàm opinionis inconsideratius multis seculis imbitæ, affectu defendendæ studiosis, excutiendam sereno mentis oculo, summissè offero. Qui operæ precium me præstitisse agnoscent, ingenuam hanc libertatem bene interpretentur: qui secus censebunt, ignoscant bene uolenti. Interim mea qualiacunque argumenta, quibus toto hoc Opere nitor, conferri posito affectu cupio, dū in consilium uocantur Speculator & Iohan. And. titulo de Sortilegijs: aut Summistæ, Hostiél. Gotfridus Reinerius in Summ. de Sortilegijs: Canon in c. 1 & 2. ubi Alb. post Ioh. And. de sortil. in antiquis: Alb. conf. 55. 1. uolum. incip. Casus talis, per Oldrad. consilio illo 210. incip. Regularis: uel etiam recentiores post gl. in c. accusatus. §. de hæretic. initijs: Alber. de Rosatis in Dictionario, super uerbo Sortilegium: siue Bonif. de Vitalin. in tit. de Sortilegijs, in tractatu Criminalium: aut Matth. de Afflict. in constitution. Neapolit. de malis & noxijs medicamentis, parte tertia: item auditor eius Grillandus, aut etiam 2. lib. Syluestri Prieratis de Strigomagis: seu Bonauent. super 3. Sent. Quibus autem firmamentis sua scripta munierit quilibet author, horum librorum collatione manifestius intelliget æquus Lector.

Porro de re ipsa & materia, quoniam ad
 ueritatis doctrinam, & Ecclesiae CHRISTI
 quietem, ac proximi utilitatem spectat, non
 est quòd multis agam: quum ea sit huiusmo-
 di, ut quantumlibet inelegantem sit sortita
 artificem, satis tamen ipsa per se, omnium o-
 culis sese queat & debeat cōmendare: prae-
 fertim ob res non paucas in lucem magis e-
 ritas, quae haectenus uel ut incognitae, uel ut
 obscurae latuere. Solitū uerò esse apud Grae-
 cos olim prouerbij loco, hominibus parum
 scitè in re praeclara uersantibus obijci, Pro-
 ba quidem materia, si probum nacta fuerit
 artificem, non ignoro: at cuiuslibet liberum
 permitto de artificis opere statuere, quod
 illi libitum erit. Quod enim ad me attinet,
 ut nullius uel nasuti Momi, aut perspicacis
 Aristarchi reprehensionem, siue seueri Ca-
 ronis censuram deprecor, si merear: ita nec
 auram popularè, aliam ue laudem magno-
 pere uenor, bona fretus conscientia, qua
 hanc aggressus sum telam. Dies erit, quan-
 do unicuique à Domino laus sua accedet:
 dummodò illius accrescat gloria, & sata-
 nae tyrannis imminuatur, abundè
 satis erit factum meis
 uotis.

AD

AD AVGVSTISSIMVM TO-
 rius orbis Christiani Cæsarem, Reges serenif-
 simos, Principes & Duces illustrissimos, Co-
 mites generosos, & quoscunque ullum magi-
 stratum gerentes, tam seculares quàm
 ecclesiasticos, Libellus
 supplex.



INVICTISSIME Imperator, Reges &
 uiri principes, quibus ordine legitimo, ra-
 tionibusq; grauisimis gladiū ad coercen-
 dam merito supplicio maleficorū effrenē
 inobediētiā: ad eos uerò qui se rectis po-
 litie legibus inculpate submittunt, uigilāter defenden-
 dos, eoq; nomine tranquillitatem reipublicæ ritè consli-
 tutæ sedulo conseruandam, cōmendauit Rex regum &
 Dominus dominantū: uobis demissa oratione hunc sup-
 plicem libellum cum omni subiectione reuerenter offe-
 ro, ex cordis penetralibus orans, obsecrās & obtestans
 quàm humillimè, ut concedere non dedignemini in illis
 demonum præstigijs, quibus à rerum primordijs tan-
 densas hominum oculis offudit tenebras ille primus uni-
 uersi mali architectus: & in ijs quas senescente mundo
 demum idem ille ueterator mille artifex in deliris stupi-
 disq; quibusdam mulierculis fabricatus est in Christianæ
 Europæ fœdissimam labem, hominum errorem crassissi-
 mum, cædem insontium frequentissimam, & uulnus cō-
 scientiarum magistratus haud profectò leue: concedere
 inquam clementer, mihi minimo obsequentissimoq; ue-
 stro clienti, tempus apud uos proponendi his quinq; li-
 bris

bris meam qualemcumq; sententiam. Quæ si supremi ordinis uestri punctum non tulerit, eam uti merito exhibendam explodendamq; ut quàm ocysimè, ita & libentissimè palinodia suppressere non grauabor, rationibus argumētisq; neruosiorib. conuictus. Sin uerò auctoritatis uestre calculo ea confirmabitur, operæ precium me fecisse, in animum inducam: non minori denuò supplicans studio, ut huic sententiæ tum locus detur, semota uetustatis religione, & opinionis tot seculis imbibitæ affectu posito: si quando cum uestri Imperij regnis, prouincijs & ditionibus se offerat occasio deliberandi, iudicandi & pronunciandi in causis illis diabolicis, & potissimum in Lamiarum negotio hætenus tam multifarijs tricis inuoluto. Hoc modo sereniore mentis oculo huiusmodi dæmonum ludibria discretum iri, omnes quæ uerè Christianos non tantam eorum esse potentiam cognituros, ut dubito minimè: sic quoque minus innoxij sanguinis, quem auidissimè sitit ille ab initio homicida, fundetur: nec ita quietis publicæ, cui ipse tragædiarum author inuidet summopere, compages luxabuntur: & conscientie rariore pungentur aculeo: satanæ item imperium indies magis ac magis colabascet, atque Christi regnum longius
 latius que propaga-
 bitur.

AUTHOR

A V T H O R A D

Lectorem.

Omnigenas uasri præpono dæmonis artes,
 Quid potis est, & quæ iurè negata sient.
 Quid magus infamis monstratur, sagacq; mente
 Turbata, hinc meritò quæq; uenefica erit.
 Ordine succedunt uarijs cruciatibus acti
 Astu dæmonij, nec renuente Deo:
 Hi quibus auxilijs licitæ sanariet artis
 Ritè queant, sine ui carminis, inde uides.
 Post, quæ pœna Magis statuenda est, quæ Lamij's ue,
 Quæ ue ueneficijs, ultima classis habet.

IOANNES BVVICH

Doct̃or Medicinæ.

Dæmonis exortum, studium, uiresq; dolosq;
 Qui uelut in media luce uidere cupis:
 Qui quæ carminibus sit uis, & quanta nocendi,
 Si desint sacris philt̃ra parata modis:
 Qui miserè uarijs homines cruciatibus actos
 Nosse cupis, quæq; hos arte leuare queas:
 Tandem quæ pœna infandæ legitima sectæ,
 Infanti ut parcas, constituenda siet:
 Hunc lege, quem Ianus Vucierus condidit arte,
 Iudicio, & magna sedulitate, librum.
 Viue opus eximium, meritumq; attolle trophæum,
 Victa est Circeæ turba prophana schola:
 Viue etiam æternos, Author, sc̃eliciter annos,
 Non erit ingenij fama sepulta tui.

IOAN-

IOANNES BRACHELIUS LL.
Licentiatus, ad Lectorem.

Cum Deus immensi spaciōsa uolumina cœli
 Conderet, & medio suspenderet æthere terras,
 Ornaretq; polum stellis, atq; æthera nimbis:
 Ille sibi pariter famulos, diuina creauit
 Corpora, qui tenues ferrent sua iussa per auras;
 Quiq; procul curis agerent terrestribus auum.
 Horum de numero genitor iustissimus unum,
 Sic meritum, Stygias cœlo detrusit ad undas:
 Illic & manibus & dura compede uinctus,
 Ad scelerum pœnas sedet, æternumq; sedebit,
 Tristia commissæ persoluens crimina culpæ.
 Quas tamen interea fraudes, quasq; improbus artes
 Nocte dieq; struat miseris, quæ retia tendat:
 Quidue potis, si fortè tibi cognoscere curæ est,
 Hoc lege, Lector, Opus, docti monumenta Vueri:
 Hinc optata feres, hinc te tua uota docebis.
 Insuper & magicis quæ sit fiducia rebus
 Attribuenda, modò crudelia pharmaca desint:
 Quæ ue ueneficijs presso medicaberis arte,
 Quam' ue satis dignam pendet sub iudice pœnam
 Sagarum furiale genus, miro ordine narrat.
 Sed tibi cur tantos memorande Vuiere labores
 Sumpseris, haud equidem sat adhuc discernere possum.
 Publica me, dicis, mouerunt commoda. Sed quis
 Publica nunc curat, præclaraq; pectora uulgo
 Suspicit, & meritos rebus persoluit honores?
 Tu tamen hoc fessam nimium solabere mentem,
 Quòd tua non ullo moritura est tempore fama.

DE DIABOLO,
EIVS ORIGINE,
STVDIO ET PO-
tentia, Liber I.

De diaboli origine, quando sit creatus, quæ eius
essentia, & de illius lapsu.

Cap. I.

DAEMONVM præstigias & in-
cantamenta explicaturus, à pri-
mario eorum authore diabolo,
huius artibus, studijs & potesta-
te exordiar: ut eo cognito, illius-
que authoritate ac existimatio-
ne perspecta, euidentius de omni ipsius opere
censeatur: atq; cunctas eius actiones unusquis-
que dilucido mentis oculo introspicere, & post
hac minus impedite penitusq; iudicare queat.

Religionis autem Christianæ sacram ample-
xus doctrinam, fideique indubitatae confesio-
nem, quemadmodum Aristotelis Peripatetico-
rumq; non esse dæmones in rerum natura con-
tendentium, placita prorsus rejicio: sic & Plato-
nis commenticiam distinctionem omnino ap-
probare, aut etiam Porphyrij, Pselli, Procli, Plo-
tini & Iamblichii opinionibus subscribere ne-
queo, qui copiose quidem de dæmonibus, ue-
rùm multa quæ non uidere aut cognouere, tan-
quam rei notæ historiam conscripserunt.

*Non esse da-
mones præta-
uit Aristot-
eles.
De demoni-
bus sinxerunt
multa Plato-
nici.*

Omnipotentem itaq; uniuersi architectum
Deum,

Gen. 1. Deum, ante aspectabilis huius mundi opifici-
Hebr. 1. um, incorporeum illum admirandis spirituum
Angeli quã ordinibus in ministerium pulchrè ornatũ con-
do creati. didisse, ex historia sancta Mosis, diuinæ Maiesta-
Exodi 33. tis legati, atque fidelissi mi scribæ (cum quo fa-
Angeli cie ad faciem quasi cum amico loquutum esse
quid. Deum, perhibet sacrarum literarũ ueritas) fir-
 miter credendum est. Boni uerò hi spiritus erãt
 omnes, quemadmodum omnia à summo bono
 creata: naturæ nimirum intelligentes, absque
 corporibus: essentia diuinæ naturæ quadante-
 nus conformi, sed finita: à quib. agnosceretur
 & coleretur Deus eo, quo ipse uellet & præscri-
 beret, modo: quibus & suam uicissim bonita-
 tem in omni æternitate communicaret. quare
 illis excellentem intelligentiam, eximiam per-
 spicaciam, notionesq; æternæ & immotæ iusti-
 ciæ suæ illustres, tanquam radios de æterna sa-
 pientiæ suæ luce accensos indidit.

Dæmonum Sed ubi quidam, ob dotes quibus condeco-
origo. rati erant, præstantissimas, proprio efferrentur
2. Pet. 2. arbitrio, & adeò insolēserent, ut sese tandem
Iud. epist. Deo conferrent, non seruantes suam originem,
Iob 4. relinquentes suum domicilium, ac peccantes:
Luca 10. eos honoribus nudatos, ministrorum suorum
 numero exclusit iratus Deus, repulit ac præci-
 pites egit, uinculisque perpetuis sub caligine
 ad magni illius diei iudicium seruauit. Huc E-
Esaiã 14. saiæ uaticinium de superbissimi Babylonæ re-
Apoc. 12. gis (quem Luciferum uates nuncupat) fastu &
Esaiã 27. altissimo lapsu contorquent quàm plurimi. Hic
 draco ille magnus, in terrã proiectus cum suis
 angelis,

angelis, serpens antiquus, qui uocatur Diabolus & Satanas, ut Ioanes ait, tortuosus serpens Esaię. Hęc casum, nō solūm nostri & Hebręorū Theologi docēt: uerūm etiā Assyrij, Arabes, Aegyptij & Gręci suis dogmatibus cōfirmant. Pherecydes dæmonum lapsum describit: & Ophin, hoc est serpētem dæmoniacum, rebellantis, & à diuinę mentis placito deficientis exercitus caput & antesignanum fuisse tradit. Eandem ruinam & Trismegistus in Pimandro depingit: & uetustissimum Empedoclem, dæmones ἑρανεπνυῖας cœlo ruentes uocantem, eorum casum nouisse, significat Plutarchus in sermone de Fœnore.

Eleganter hic Augustinus: Quæris unde diabolus? Inde utique, unde & cæteri angeli. Sed cæteri angeli in sua obedientia perstiterunt: ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus. Item de Vera religione, cap. 13. Diabolus in quantum angelus est, non est malus: sed in quantum peruersus propria uoluntate. Magis enim seipsum quàm Deū diligendo, subditus ei esse noluit, & intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit.

Hi ergo spiritus antea diuini, cœlestes, puri, lucidi, nullius malicię consciij, Dei solius nutū obseruantes, in ministerium emittēdi propter eos qui heredes futuri essent salutis, angelicam essentiam non omnino perdidērunt: sed perditissimè, lumine gratiæ priuati, uitiarunt, denigrarunt quę, ut iam aerei, mundani, obscuri, tenebricosi, & (uno uerbo) immundi maliq; dicantur & sint; ac licet lumen intellectus natura

Ophia.

Tract. in Io.
an. 42.Hebr. i.
Psal. 103. &
104.
Spiritus im-
mundi &
mali.
Ephes. 2. 6.
i. Corinth. 2.
Zach. 13.
Matth. 8. 12.
Marc. 1. 3. 8.
Luc. 8. 9. 11.

Act. 19.
Iudic. 9.

lis etiamnum obtineant, lapsus tamen pœnam infinitis partibus duriolem, obscurata obfuscataque diuinæ sapientiæ luce sustinent: & grauiorem expectant, quàm ex transgressione genus humanum. Quanquam si hoc quoque supremæ prudentiæ radios, quos in primorum parentum animis de suo æterno lumine Deus incenderat, retinisset, plurima acumine mentis perspicacissimo intueretur clarius, penitius intelligeret, certiusque dijudicaret: quæ nunc hebetato mentis oculo, ceu solis faciem, per densas nubes aut atras in aere nebulas conspicit.

Quare & quomodo Euam deceperit diabolus,
& primùm corruerit mundum.

Cap. I I.

Diaboli erga
Deum odium
immedicabile.

PORRÒ ex hac sui exclusione, repulsa, ac ignominiosa ex patrijs sedibus deturbatione, tam ingens & immedicabile erga Deum odium conceperunt hi spiritus, ut quæ cum offendere, uel eius gloriam labefactare, aut quod admiranda prouidentia fabricatus fuerat mundi opificium, deformare, uitiare & corrumpere posse uiderentur, ac errima indagine inuestigare, & studio indefesso conari cœperint. Ac primùm nobilissimam inter creaturas, clarissimo sapientiæ cœlestis lumine illustratam, absque labe Deo fœdere consociatam, primam parentem nostram Euam adoriuntur: quam partim amissi status dolore, partim alienæ felicitatis inuidia à Deo alienare, sui que exitij sociam reddere fatagunt, deluduntque astu quàm blandissimo, ubi
nullus

nullus uidebatur subesse fucus, submota mor-
 tis minarum opinione, his quippe uerbis: Ne *Gen. 3.*
 quaquam moriemini. Deinde fraudulenter e-
 lufis & abiectis præceptionibus à Deo impo-
 fitis, Euam erigunt falsis pollicitationibus in
 spem longè maiorum ornamentorū, excellen-
 tiorisq; potentia, hoc modo scilicet: Deus no-
 uit, quòd ipso die quando comederitis ex ipsa
 arbore, aperientur oculi uestri, eritisque sicut
 dii, scientes bonum & malum. Idem profectò
 laqueus, quo semetipfos statim à creatione sua
 & allectos, & irretitos fuisse sentiebant. Sic per-
 fecerunt tandem, ut misera à mandato descisce-
 ret, sequereturque consilia in suam internecio-
 nem contra Deū instituta atq; ordinata. Nam
 satan iam malus, malumque transgressione e-
 doctus, & causæ sui lapsus probè cōsciens, quòd
 nimirum præscriptas sui ministerij metas factū
 tráfilire cogitasset, in idem studium Euam per-
 trahere conatus est gratæ persuasiōis illecebris;
 quòd ab esu uetito oculis Euæ & Adæ referatis;
 dijs adæquarentur, scientes bonum antea so-
 lummodò cognitum, & malum nondum notū:
 Nec illi, subsequituræ ex inobedientia cala-
 mitatis præscio, labor fuit inanis: licet illa se à
 serpēte falsam, serò agnosceret, confitereturq;.
 Violata siquidem obedientia, factus est hostis *Hostis Dei*
 Dei homo, in pœnas illapsus transgressioni di- *factus homo*
 uinitus constitutus: condemnationem nempe, *ex inobedi-*
 diaboli tyrannidem ac mortem tum hanc, tum *tia.*
 æternam: denique & exutus honoribus, digni-
 tate & dominatu, quibus maxima cum autho-

ritate ipsum ornarat Deus. Proinde Tatianus Assyrius contra Græcos: Verbum, inquit, ante creatos homines produxit angelos: utraq; uerò creatura, arbitrij sui libertati pmissa est, &c. & paulo pòst: Postquam uerò homines callidiorum quendam, utpote prouectiorem ætate, sequuti sunt, & diuinæ legi se opponentem pro Deo habuerunt, tum uerbi potètia & huius dementiæ authorem, & obsequutos ei homines, commercio suo priuauit: & qui ad imaginè Dei factus erat homo, potentiore spiritu iam exutus, mortalis fit: angelus autem ille primogenitus in dæmonem mutatur: & alij phantasmata eius sequuti, dæmonum exercitui deputantur, & propter arbitrij libertatem stulticię suę permittuntur. Scitè admodum quoque Augustinus hic scribit ad Iulianum Comitem: Diabolus est angelus per superbiam separatus à Deo, qui in ueritate non stetit: & doctòr mendacij, quia ab ipso primùm inuentum est mendaciũ. Ipse est aduersarius effectus generis nostri, inuentor mortis, supbię institutor, radix maliciæ, scelerum caput, princeps omnium uitiorum, persuasor turpium uoluptatum. Hinc ergo, cùm illum primum hominem à Deo factum, Adam patrem omnium nostrũ intueretur, uideretque hominem ex limo terræ ad imaginè Dei factum, pudicia ornatũ, temperantia compositum, charitate circũdatum, immortalitate uestitum: æmulus atque inuidus tantam beatitudinem hominem accepisse, quam ipse dum angelus esset, per superbiam agnosceret amisisse, inuidit

*Diabolus
quid.*

inuidit statim insatiabilis homicida, primumq; parentē nostrum tantis & talibus bonis expoliavit, & nos interemit.

Hoc auspicato primi conatus successu effrenatius insolescentes hi maligni spiritus, potissimum recepto à Deo rursus in gratiam homine, multa imposita. ac pmissione facta de CHRISTO, mulieris semine caput serpentis contrituro, *ἄρσεν* & mediatore apud Deum, pro genere humano, aduersus eorum uiolentiam: deinceps porrò furere, uarijsq; modis ferocius insidiari occipiunt, & machinari omni arte doloque ea quæ ad promissionis huius deprauationem, abolitionemq; in Dei contumeliam, & hominum perniciem facerent. Sic Cainum, tertium hominem, inuidiæ facibus mox inflamant in Abelis iusti, numero quarti, crudelem cædē, homicidæ ab initio: sic deinde Caini sobolem, & uniuersum generis humani figmentum paulatim ea maliciæ exuperantia & enormitate deprauarunt, ut Deum fecisse hominem poenituerit: eumq; prorsus, exceptis octo in arca conseruatis, aquarum inundatione absorpserit.

Cain Abelē fratrem occidit.

*Genes. 4.
Ioan. 8.*

Gen. 6.

Gen. 7.

Quid in alterius mundi initio machinatus sit diabolus in Nohæ sobole, & quando Magia infamis cœperit.

Cap. III.

Hic deleto propemodum homine obprosperas horum spirituū machinationes, triumphū se acturos ipsi sperabant. Quapropter siccata aquarum diluuię, statim in alte-

Diluuiio mundus interijt.

38 De præstigijs dæmonum

rius huius mundi renascentis quasi infantia, in Nohe patris inebriati irrisionem, uerendis eius denudatis, Chamum filium minorem, ut inde patris execrationem audierit, extimulant: cuius filium Misraim, ab his spiritibus haud dubie institutum, magiæ infamis blasphemam impietatem primum comperisse, atq; hinc Aegyptiorum, Babyloniorum & Persarum duci originem, postea docebitur. Ad Nohæ item sobolem, Iouis Hammonis oraculum, tanquam à Chamo (quod nomen Hebræi aspiratione paulò duriore pronunciant) refertur alicubi: quemadmodum Dodonæum ad Dodanum, Nohæ nepotem, qui Epirum, Dodonam prius uocatam, occupauit, excoluit, suoque insigniuit nomine: ut sanctas patrum Ecclesiæ sedes in prostibula dæmonum, impendiò flagitiosa, degenerasse sit uerisimile. Horrendas uerò idololatrias cõfestim à diluuiò, Noha adhuc superstite, indefesso dæmonum studio in Ecclesiam Dei irrupisse, quas in sua posteritate non sine ingenti animi dolore miserum senem cõtueri & tolerare oportuit, cum prohibere non posset, testatur sacra Historia. Inde tam inauditis turpissimæ libidinis furijs, populosissimas Sodomorũ & Gomorreæ ciuitates exagitat ille spirituũ cœtus, ut ne desẽ quidem in tanto numero inuenti sint iusti: & missis à Domino de cœlis sulphure & igne, subuersæ sint ciuitates illæ, & in cinerem redactæ, cum tota illa planicie, omnibus quoque habitatoribus illarum urbium, simulque germine terræ. Hinc cuestigiò Loth egressum, ebrietate & incestu

*Execratio
Cham.
Gen 9.
Magia infamis
quãdo cœperit.
Clem. lib. 4.
Recog.
Iouis Hammonis
oraculum à Chamo
deductum.
Dodonaum à
Dodanũ, Nohæ
nepote.
Epirus prius
uocata Dodona.*

*Sodomæ &
Gomorreæ
ciuitatum.
Gen. 19.
Esaiæ 13.
1. Petr. 2.*

incestu cum filiabus nefario grauiter uulnerat. Non ne & Esau de innocentis fratris Iacobi nece inferenda, strenuè sollicitat? Pòst & in iustū Iosephum emulatione fratres excitauit, prope modum fraticidas factos: illum etiam, obiecta adulterij occasione captiosa, tandè perdere uoluit. Non ne etiam, quò Israëlè numeraret, Dauidem excitauit satanas? ut pestilètia inde ceciderint uirorum septuaginta millia.

*Quomodo pro dijs haberi uoluerint demones,
& præsidere regionibus: eorumq;
in hoc officio nomenclaturæ.*

Cap. IIII.

EIusmodi denuò felicibus auspicijs audaciores redditi dæmones, in huius mundi principatū exules pteruius grassati sunt: cultusque simul multifarios & oracula inde diuersa diuinis contraria effinxerunt: ac ad ea inuitarūt pellexeruntque animas uacillantes, ita ut uniuersum propè orbem pedetentim quasi obsidione quadā subiugarint: obstreperumque diuinæ legi, contumacem, idololatriarū & contemptus eorum quibus morem gerere decuit, ac cuiuscūque uitiositatis plenum reddiderint. Eò deinum audacię & petulantis fastus excreuit horum insolentia & ars, ut pro dijs haberi apud peritos imperitosque uoluerint, & præsidere regionibus, populis, insulis, môtibus, fontibus, locis, urbibus, uicis, familijs, tâquam dij proprij, tutelares & patrij: quorum nomenclaturas partim Historia sacra, partim Origenes,

*Loti ebrij in
cestus cum fi-
liabus.*

Gen. 27.

Gen. 37.

Gen. 39.

2. Regum 24.

1. Paral. 24.

Tertull. in
Apolog. ad
Gentes
cap. 23.

De div. gen-
tium in
opus
Liber Gregor.

Gregori: itē
res libri de
Cognomini-
bus deorū, Tu-
liani Aure-
lij Less. de qui-
bus etiā Ger-
manicos li-
bros sex edi-
dit Ioannes

Herold.

Dæmones pro-
dijs habiti, &
eorū nomina.

Bel.

Beelzebub.

Lactant. l. b.
2. cap. 15. de o-

rig. err.

Trifurcatus.

De priapo,
hermaprodi-

ty, Dionysio,

pantheo, iuss,

Lucifer. Sic.

1. cap. 1.

Tertullianus, Apuleius, Diodorus Siculus, par-
tim alij recensent historiographi & scriptores
haud ignobiles. Eorum uerò nominum expli-
catione, ut plurimum studia dæmonum prodi
non dubium est. Sic Bel, uetustum, nihil, con-
fusum sonas, Babyloniorum habebatur deus:
Esaiæ 46. Daniel. 14.

Beelzebub, dominus muscæ: qui omnibus
retia tendens, muscam saltem, id est infirmum
capit. Spurcissimum Accaronitarum idolum,
qui sunt quidem in regione Iudææ, sed impij. 4.
Reg. 1. Ab hoc, principem dæmoniorum Beel-
zebub nuncuparunt Hebræi: Matth. 12, Luc. 11.
Plutonē Græci *Δαιμόνιάρχης* dixerūt: à gentib. Pria-
pus appellabatur. Serapin & Proserpinā, mali-
gnorū dæmonū primarios uocat Porphyrius.

Baal, idolum aut dominans uel subijciens,
aut possidens, nomē idoli à Sidonijs ad Iudæos
profecti, Samariæ & Moabitarū numinis: Mar-
tem Græci putant. Num. 22. Rom. 11. Id Gedeon
destruit, Iudic. 6.

Beelphegor, dominus hians, aperiens, nu-
dus, aut dominus hiatus siue nuditatis, Moabi-
tarum deus: Osee 9. 11. Num. 25. Deut. 4. Sic &
Phegor: Num. 25. Deut. 3. 4. Iosue 22.

Adramelech, pallium regis, siue magnitudo
uel potentia regis uel consilij, idolum Sephar-
naim: 4. Reg. 17.

Anamelech, afflictio siue responsio regis, de-
us Sepharuaim. Succot Benoth, tabernacu-
la filiarum, Babyloniorum numen.

Nergal, explorans, aut lucerna tumuli, idolū
Cuthæorum.

Asima

4. Reg. 17.

Afima, delictum, idolum uirorum Emath.

Nibhas, prophetans, aut potius loquens uisionem, aut fructus uisionis, deus Heueorum.

Thartac, concatenatus, Heueorum numen.

4. Reg. 17.

Nifroch, tentatio delicata, idolum adoratum à Sennacherib: 4. Reg. 19.

Chamos, quasi palpans, aut quasi recedens, uel auferens, Moabitarum numen: Numer. 21.

3. Reg. 11. 4. Reg. 23. Ierem. 48.

Melchom, rex uel consiliator eorum, idolum quod colebant filij Ammon: 4. Regum 23. 1. Paralip. 20. Ierem. 49.

Dagon, frumentum, aut dolor, uel denique piscis eorum, Philistinorum idolum: Iudic. 16.

1. Machab. 10.

Astarte, quod à caula siue grege dici uidetur, nomen deæ Sidoniorum, à Salomone culta: 3.

Reg. 11. 4. Reg. 23.

Sumpfisse præterea quandoque nomina hos spiritus à pessimis hominibus, aut pessimorum hominum habitationibus, in literis Sacris comperimus, sicut Astaroth, Palæstinorum fuit deus, Iosepho teste: quem sustulerunt Iudæi Solomonis iussu, 1. Reg. 7. Item deus à Salomone adoratus, 4. Regum 23. Et quanquam significet greges, aut etiam diuitias, faciens explorationē siue tineam legis: fuit tamen olim nomen ciuitatis Og regis Basan, in qua habitauerunt Gigantes: item urbis Amorrhæorum.

*Astaroth.
Lib. 6. ca. 14.
antiq. Iudæi.*

Legunrur & aliæ in Biblijs, horum numinum nomenclaturæ: ut Baalim, plurali nume-

42 De præstigijs dæmonum

ro: 1. Reg. 7. 2. Paralip. 28. Ierem. 2.

Baalberith, dominus fœderis: Iud. 9.

Rempha: Actor. 7.

Reimmon, id est altitudo: 4. Regum 5.

Adonis, in Hebræo Thamuz, hoc est consumptus, seu incendium, Syrum est: Ezech. 8.

Narrat Philo, fuisse Amorrhæis septem simul lachra aurea, quas uocabant nymphas sanctas: quæ inuocatæ ostenderunt Amorrhæis per singulas horas opera eorum, & nomina eorum: nomina mulierum, quæ fuerunt uxores septem uirorum peccatorum, qui eas consecrauerunt post diluuium, uidelicet Chanaan, Phut, Selath, Nembroth, Abirion, Elath, Desuat.

Deus Vualdath: Abd. episcop. Babyl. libro 8. Hist. apost.

Adorabantur & uituli aurei: 3. Reg. 12. Militia cœli: 4. Reg. 17. Regina cœli: Hierem. 44.

De prouinciarum dijs, Græcorum idololatria, Romanorum deorum distinctione & sacrificiorum numero, item quòd in Dei populum peruasit idololatria.

Cap. V.

Prouinciarum dij.

Coluerunt & reliquæ prouincię suos deos: Aegyptij, Osirim & Ilidem: Aethiopes, Meroen incolentes, Iouem & Bacchum: Arabes, cum Baccho Venerem, & Diasaren: Bœoti Amphiaraum, Aphri Mopsun, Scythæ Mineruam, Naucraticæ Serapim, Syri Astartē, Norici Tibilænum, Mauri Iubam, Macedones Gabirum, Pœni Vranum, Samos Iunonem, Paphos

phos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Li-
berum. in Diomedea insula, Diomedē: in cuius
templo, mirabili obsequio aues aquam rostris
& pellunt: Græcos homines non solum admit-
tunt, sed ipsis etiam adulantur, idque dæmonū
instinctu, quorum interest persuasisse deum fa-
ctum esse Diomedem. Sic Delphi colunt Apol-
linē: & quemadmodū canit Ouidius in *Fatis*,
Pallada Cecropida, Minoa Creta Dianam,

Vulcanum tellus Hypsipylæa colit:

Iunonem Sparte, Pelopciadesq; Mycenæ,

Pinnigerum Fauni Manalis ora caput.

Græci ad hæc, quorum post Aegyptios ua-
nitas præcipua & superstitio celebratur, cælo
Iouem, Mari Neptunum, intimis terræ cauernis
& recessibus Plutonē præfecerunt, ac horum
singulis alios infinito numero adiūxerunt. Sa-
turnum & Cybelem Ioui: item Mercurium,
Apollinem, Martem, Iunonem, Mineruam, Ve-
nerem, Dianam Ephesiorum deam, Aëtor. 19.
Neptuno Nereum, quem *ἀνακτόν* & *πόσειδον* nomi-
narunt, Latini Portunnum, & cohortes Nym-
pharum. Imò singulis in natura corporibus a-
desse peculiare numen, ut crederetur, persuasit
diabolus: eamq; opinionem, numinum illorū
fese specie ostentans, auxit & confirmauit.

Nec ferè pauciores deos Romani habuerūt:
inter quos numerātur ab antiquioribus pro e-
uocandis fulminibus, Statores, Tonantes, Fe-
retrij, Iupiter Elicius: deinde dij maiorum gen-
tium, Iuno, Vesta Trojanorum dea, quam pro-

fugus

August. lib.
18. de ciuitate
Dei, cap. 12.

Græcorum è
dololatria.

Romanorum
dij.

Statores.

Tonantes.

Feretrij.

Dij maiorū

gentium.

Vesta.

44 De præstigijs dæmonum

fugus Aeneas in Italiam transtulit: item Minerua, Ceres, Diana, Venus, Iupiter, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo, qui ab Ennio enarratur, & Consentes dicuntur, cum Ioue

Consentes.

de rebus omnibus consultantes: quibus octo adiungebantur, ut coadiutores, selecti dij nuncupati, Ianus, Saturnus, Genius, Plutus, Bacchus, Sol, Luna, Tellus: Penates, Iuno & Minerua: dij communes, Mars Latio uenerandus erat,

Penates.

Dij selecti.

Dij communes.

Dij geniales.

quia præsidet armis: item Bellona, Victoria: dij geniales, Terra, aqua, aer, ignis, sol & luna, quibus natali die quisq; sacrum faciebat, quod rerum gignendarum & producendarum uim obtinere existimarentur. Genij duo, Lares, quos priuatarum rerum, triuorum uiarumq; & urbis curam agere opinio erat. Vnde & appellabantur inferiores ac minorum gentium dij, & Præstites

Genij.

Lares.

Præstites.

Ouidio 5. Fastorum dicti, Quod præstent oculis omnia tuta suis: id est, quod res omnes conseruent & tueantur in ædibus: pacato enim & quieto numine domum possidere putabantur.

Indigetes.

Affinxerant & deos indigetes: qui ex hominibus ob eximias belli & pacis artes & bene merita, inter deos erant relati. His accedebant dij patrij & tutelares, & reliqua familia Faunorum, Syluanorum, Satyrorum, Lemurum. Potentissimum suum numen Thor appellarunt Gothi, alterum Odhen, tertium Frigga. Varro, qui Ethnica numina singulari conquisiuit diligentia, supra triginta millia commeticiorum deorum reperisse se, literarum monumentis tradidit. Hinc

Dij patrij & tutelares.

Olaus Mag. li. 3. ca. 3. hist.

Septent.

Commenticia nam deorum numerus.

etiam

etiam rituum & sacrificiorum excreuit numerus, quorum sexcenta sexagintasex genera Aegyptijs in usu fuerunt: Græcis & Romanis non multo pauciora. & quanquam hi ab illis deorum numero & sacrificijs olim superati putantur, facta tamen temporis successu multâ uicissitudinē, Romanosque superstitionis uictoria potitos esse, dolens uereor.

Sacrificiorum numerus a- pud Aegy- ptios.

Prolixior uerò in recitando gentiliciorum deorum catalogo fui, ut in suis exorcismis & preculis sub barbararum & ignotarum uocum palio sæpe dæmonia tegi meminerint, qui illas usurpant liberius. Deos gentium dæmonia esse, affirmat regius ille uates Dauid: quæ dicuntur etiam in Sacris literis dij gentium, terrarum, & dij populorum terræ, 2. Paral. 32. dij populorum, 1. Paral. 16. dij terræ, Iud. 3. Idola nationum, Sapient. 15. dij montium, 3. Reg. 20. dij filiorum Seir, 2. Paral. 25. dij Damasci, 2. Paral. 28. Dij autem alieni frequenter nuncupantur, quales ex æde Domini abstulit Manasses, 2. Paral. 33. item Iofias, 4. Reg. 23.

Dij gentium dæmonia. P/al. 95.

Nec solum abominanda hæc idololatriæ portenta inualuerunt, peruagataque sunt omnes gentes: uerum etiam in populum Dei, molimine diaboli peruaferunt, uirusque seminarium sparserunt. Nam deos Laban patris sui, & soceri Iacobi, furabatur Rachel fugiens. At Iacobus tandem domui suæ, & omnibus qui secum erant, præcipit inquit: Abijcite deos alienos qui sunt inter uos, mundamini, & immutate uestimenta uestra. Itaque eos illi cum in auribus que in illo-

Idololatria in pop. Dei.

Gen. 31. Gen. 35.

46 De præstigijs dæmonum

Exod. 32.
Vituli ado-
rantur.

in illorum auribus erant, dederunt Iacobo : quos subter quercum, quæ erat iuxta Sichem, ille defodit. Vituli item simulachrum adorant, eique sacrificat populus Israel in deserto, dicens: Isti sunt dii tui ô Israel, qui fecerunt te ascendere de terra Aegypti. ac tria millia uiro- rum è populo ob hanc impietatem interficiun- tur à Leuitis, uno die. Et Iudic. 10. filij Israel rur- sus fecerunt malum in oculis Domini, colue- runtque Baalim & Astaroth, & deos Aram & Syriæ, deos Zidon, & deos Moabitarum, & de- os filiorum Ammon, deos denique Palæsti- norum : deserueruntque Dominum, & non seruierunt ei. Item, particeps idolorum Effra- im. Osee 4. & Ezechielis 8. 18. & multis alijs locis.

De humani sanguinis uictima, à diabolo inuenta; celebrataque in populo Dei, apud Græcos, Ro- manos & alios: item de diuinatione ex mactatorum hominum uisceri- bus. Cap. VI.

Humani san-
guinis uicti-
ma.
2. Paral. 33.
Hierem. 32.
Psal. 106.

S Vb hoc quoque fraudulento blasphemiarum, sa- crificiorum & uaticiniorum prætextu (quod magis deplorandum) teterrima flagitia & horribiles cedes fabricatus est mille artifex ille, in cœtu Israelis sancto: ut is abiectis cõtumacis- simè legibus cœlestib. & oraculis, sanguine hu- mano litauerit, filiosque & filias per ignem du- xerit, in gratiam & cultum Moloch idoli Am- monitarum, in ualle Gehennõ, crudelitate plus quàm ferina.

Quum

Quum etiam Græcis & Romanis, in nefanda ac multiplici idololatria, multa sint communia: & ut alia plura, ita quoque ritus certorum sacrorum Romani à Græcis sint mutuati: eò demum insanix & inhumanitatis utrosque redegit diabolus, ut ad sua ipsius iussa humano quoque sacrificarent sanguine. Hoc enim authore, uaticinia Tiresiæ & Calchantis iuebant mactare humanas uictimas: sanciebantque præsentem *idololatriam*, atque prodigiosam illam de plurium deorum numero opinionem. Tiresias pollicetur Thebanis uictoriam: sed ea lege, ut Creontis filius mactatus sit uictima pro patria. Calchas uaticinatur de Troiæ excidio, & successus spondet: at simul Agamemnonis filiam Iphigeniam immolari iubet. Ionibus remedium desiderantibus ab oraculo Delphico, aduersus sequissimam luem in tota uicinia horribiliter grassantem; respondet Delphicum numen, Non remittendam pestem, nisi offeratur Dianæ Triclarix Menalippus cum Comethone, quam in Dianæ templo ipse stuprauerat: & nisi annuatim eodem tempore pro Menalippo elegantissimus iuuenis, pro Comethone puella uenustissima ad Dianæ aram mactetur. Idem in Messenijs, in longo illo & diuturno bello, quod cum Lacedæmonijs gesserunt, consulentibus de exitu, prædicit uictoriam: uerùm ea conditione, si uirginem incorruptam de Aepytidarum familia Deo sacrificarēt. Ibi quum Aristodemus, unus ex præcipuis familix

48 De præstigijs dæmonum

familiæ Aepytidarum, gratificaturus patriæ, filiam quam habebat unicam, destinasset immolationi: alius quispiam amore puellæ adactus, quò miseram seruaret, ex se gravidâ esse, & idcirco Deo litari non posse, fingit. Quo audito, pater effreni exardescens iracundia, euestigiò interemptam filiam dissecat: paulo pòst noctu secundùm quietè fœda specie sauciata & concisè filiæ à sathana repræsentedata, grauiter animo deiectus, ad tumulû eius semetipsum iugulat.

*Aristode-
ms filiam &
aspum iugu-
lat.*

*Lib. 6. de bel-
lo Gall.*

Nationem esse omnium Gallorum admodû deditâ religionibus, scribit Cæsar: atque ob eâ causam, qui sunt affecti grauiorib. morbis, qui- que in prælijs periculisque uersantur, aut pro uictimis homines immolant, aut se immolatu- ros uouêt, administris que ad ea sacrificia Dru- idibus utuntur: quod pro uita hominîs nisi uita hominis reddatur, non posse deorum immorta- lium numen placari arbitrantur, publica que e- iusdem generis habent instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulachra habent, quo- rum cõtecta uiminibus membra uiuis homini- bus complent: quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eo- rum qui in furto aut latrocinio, aut aliqua no- xia sint comprehensi, gratiora dijs immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius generis co- pia deficit, etiam ad innocentium supplicia de- scendunt. Tertullianus in Apologet refert, in Aphrica infantes palàm Saturno fuisse oblatos usque ad proconsulatum Tyberij, qui sacerdo- tes eius religionis in patibulis suspendebat.

Summe

Summè id placuit illi, qui ab initio homicida fuit. Eodem authore, à Gallis seniores Mercurio offerebantur: eiusmodi oblatio ludus erat lætus Tauricis. In ciuitate Enchadarum, quidam Iupiter in ludis sanguine humano perfundebatur. Cum Bellona, belli dea, paciscuntur sanguine ex lumbis effuso. In officio diuino nobiles pueri cæduntur omnes, astantibus parentibus, qui ut perdurent hortantur. Temixtitæ in America, idola sanguine hominum oblatorum conspersa fuisse, author est Ferdinádus Corthesius.

Gothi quoque suum maiorem deũ Odhen, id est fortiorem, armis præsentem, semper crudelissimo placauère cultu, morte scilicet captiuorum: arbitrati, bellorum præsidem conuenientius humano conciliari cruore, à quo omnem belligerandi industriam tam absolutè didicissent, ut deuictis Europæ & Asiæ potentissimis imperijs, summum fortitudinis nomen reportarint. Item Froe, Vpsalensis deorũ satrapa, deus sanguinis postea habitus, humanorum corporum hostias mactauit.

Talia certè non ab illa æterna mente, iusta, casta, misericorde, rerum tam conseruatrice quàm conditricè: sed præculdubio ab authoribus dæmonibus oriebantur, qui ueri Dei odio, inde usque à rerum primordijs, in conscientias & corpora hominum quauis occasione immanissimè sæuierunt, & multiplici eorum cæde plurimum delectati sunt. Hinc philosophi tradunt, dæmones nidoribus sacrificiorum affici:

d incan-

Olaus Mag.
de gentibus
Sept. lib. 3. ca.
3. 4.

incantationibus item, quæ plerunque sanguine fuso, suffumigationibus adhibitæ celebrabantur, præfuisse. At ô miseræ deceptionis errorem, tale numen colere, quod hominum morte placatur: ait Cassiodorus in Epist.

*Diuinitio ex
uiscerib. ma-
ctatorum ho-
minum.*

Atqui *κόλπον μακτοῦ*, id est, diuinatione ex mactatorum hominum uisceribus, primum solumque diaboli instigatione usum Heliogabalum imperatorem, turpissimū & flagitiosissimum monstrum, accepimus: qui paulo post huius immanitatis plusquā beluine pœnas meritò dedit, quando crudeliter interfectus, & in latrinam abiectus, inter excrementa computruit.

De diaboli uatibus, Enthusiastis, Pythijs mulieribus, & Sibyllis. Cap. VII.

Enthusiastæ.

VT porrò suam in hoc mundi theatro tragediam idoneis dein cohonestaret organis, & suis undiquaque communiret membris, enthusiastas & uatidicos ministris quoque finxit dæmon, amulatione ueri Dei, qui per prophetas sanctos cum patribus loquutus est, ne cedere Deo uideretur scilicet, & in grauiorem hominum ruinam.

Pythiæ uates.

Adhibuit insuper eiusdem artis fœminas, uates Pythias, quæ penè apud singulas fuere gentes, atque adeò Dei populum etiam conspurcarent: ut Moses lege lata strictissimè cauerit, ne consulerentur, easque lapidibus obrui iussit. Eiusmodi consultationis diras luit pœnas Saul rex. Huc pertinent pleræque famosæ Sibyllæ, à dæmone uelut conductæ, ad ipsius regni quod in genere humano instaurarat, confer-

Leuit. 19. 20.

1 Reg. 28.

Sibyllæ.

*Ambros. in
cōment. in epi-
stolâ prior ad
Corinth.*

natio-

uationem & confirmationem. ex quarum li-
bris ad uarias insanias compellebantur Roma-
ni: ut apud alios plerisque, tum apud Zozimū
uidere est, à quo multa citantur carmina Gen-
tilium. superstitione plena: licet Sibyllæ uel E-
rythreæ uel Cumanę opus heroico scriptum
carmine, Christi præconia declararit. Ex pro-
phetarum enim uaticinijs, potissimum Esaiæ
& Dauidis, non obscure ea colligere potuit dia-
bolus. Mansit tamen eiusmodi uatum præci-
pua autoritas & obseruantia usque ad Chri-
stum, æterni Dei filium: quo nato, prodeunte-
que, ut legationis suę ministerio ex patris cœ-
lestis uoluntate perfungeretur, cessarūt passim
in orbe terrarum oracula, & quęcunque impia-
rum diuinationum genera: testibus Athanasio,
Augustino, Eusebio, Lactantio, Plutarcho,
Plinio: conticueruntque demones ubique, &
tanquam ranæ Seriphiz obmutuerunt: ac de-
sertis quibuscūq; enormis suę nequię latebris,
cesserūt, nō quidē ultrò, uerūm cōpuli, partim
quidē horrendo metu omnipotentię uindicis
CHRISTI, partim uerò condemnationis sui,
quā præ foribus iā esse cernebāt. Quandoquidē
eò CHRISTVM missū probè norāt, ut satanę
opera pessundaret, demolireturq;: & genus hu-
manū in integrū restitutū uindicaret aduersus
diaboli technas, rabiemq;: ex his Zacharię uati-
cinijs diuina uoce longē antea traditis: Eritq;
die illo, dicit Dominus exercituū, excindā nō-
mina idolorum è terra, ne ultrā eorum fiat inen-
tio: & pseudopphetam & immundum spiritū

*Christo nato
cessarunt ora-
cula, conticue-
rūt demones.*

*Athanas. de
humanitate
uerbi, essetq;
corporali ad-
uenit.*

*Aug. de ciuitate
Dei.*

*Euseb. lib. 7:
cap. 6. & li. 5:
cap. 1. 8.*

*Plutarch. de
abol. Orac.*

*Plin. lib. 30:
cap. 1.*

Zach. 13a.

52 De præstigijs dæmonum
de terra auferam. Si postea tamen adhuc fuisse
audita responsa quis obijciat, ea certè tam fue-
runt rara, læsa, manca, & omnino inutilia, ut nul-
lo haberi loco debeant. Pulchrè igitur & ue-
rè Athanasius inquit: Olim dæmonia inani spe-
cie ludibrijsq; rerum intricabant homines, in-
sensis alibi fontibus, alibi fluuijs, lapidibus aut
lignis, atq; ita præstigijs fatuos in furorem age-
bant: nunc uerò quum apparuit Dei uerbū, spe-
ctra huiusmodi & ludibria imaginū cessauerūt.

*De uno eodemq; diaboli cultu in disitisimis re-
gionibus, & quàm uariè in Christia-
na Europa illudat.*

Cap. VIII.

TAndem & hoc non sine singulari studio
& ratione machinatus est diabolus (quan-
quam peculiare quasdam cæremonias
coluisse plerosque non disitear) ut non solùm
in longissimè disitis totius orbis partibus, uti
olim apud Gallorum Druidas, & remotissimos
Indorum Gymnosophistas, unus idemq; eius
cultus obseruaretur: sed & (quod multo ma-
gis mirandum, uel potius dolendum) in Chri-
stiana nostra Europa apud diuersissimas regio-
nes, in cuiuscunque materiæ uel nominis ido-
lis, non disimili ritu honor sibi haberetur.
Hanc cæcitatem apud comoda suis præsti-
gijs organa auxit, uoce, cantu, capitis nutu, a-
uersione, inflexione ad latera, manuum gesticu-
lationibus, aut alijs motibus: eoque modo indi-
cia propitiæ uel auersantis atq; abhorrentis uo-
lunta-

*In cuiuscunq;
materia uel
nominis ido-
lu colitur dia-
bolus.*

luntatis edidit ex statuis : prophanauitque loca, quæ certè erant domicilia & sedes doctrinæ *Sapient. 14. 15*
 cœlestis, sanctissimæ scholæ patrum, & *vaci αγιοι,*
αγαθὰ κατοικητήρια τῶ θεῶ, in quæ uelut conuersa suę im-
 pietatis & superstitionis latibula, suas blasphemias in Deum contumeliosas, & hominum generi exitiales eructare atque euomere conatus est. Imò in hac mundi senecta nutantibus technis illis manifestis, se in uero Dei templo collocat, & hominum mentibus dominatur, in lucis angelum transformatus. Hac ratione, se grauiori diuinæ maiestatis contemptu, atque hominũ exitio magis ulciscitur.

In uero Dei templo se collocat diabolus.

1. Cor. 3. 6.

2. Corinth. 12.

Huc pertinent ludibria quibus nostros homines etiam adegit, ut nisi sacro baptismo, regenerationis lauacro ad Christi solummodo mēbra pertinente, & exorcismis tantum ubi è sua sede deturbandus est dæmon, ab illis qui eius pellendi singulare donum habent applicandis, campanæ & tintinnabula expientur, sanctificenturque, sponsoribus & testibus in sacrilegam uberioris auri expilationem undique conuocatis, res illas inanimatas mortuasque è turribus à diabolo ablatum iri, simplicibus persuasum sit. Quinimò foueæ & stagna ostenduntur, quæ etiam uidi, si dignus sum, quò eiusmodi nõ baptizatas consecratasque campanas à dæmone ex turribus proximis inuectas esse, asseueranter dicunt : audiri que earum sonum nocturna hora duodecima in Natiuitatis Christi solennibus, uel etiam singulis quatuor anni temporibus, quæ uocant; & eum cominori, qui audierit.

Sic fit, ut à sono caueant imprudentes, nec inueniatur qui audierit: & si aliquem audire contingeret, is proculdubio à dæmone ob impietatem illuderetur: interim tamen hisce religionis nostræ præstigijs illi detinentur. nec ita pridem eò loci prope Abbatiam Knechtstein ductus sum, ubi firmiter adhuc credi hoc sacrilegium coràm audiui: monstratur fouea, turrisq; ostenditur. Propterea perquam imprudenter & piè Cæsar Maximilianus inter grauamina sedis Romanæ à Germanis non toleranda, campanarum consecrationem recensuit in hæc uerba: Suffraganei excogitauerunt, ut solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas baptizarent. Credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus suffraganeis, tales campanas baptizatas, dæmones & tempestates pellere. Quapropter innumeri plerunque adhibentur compatres, præcipuè uerò qui fortuna pollent: exorantur, qui baptismationis tempore funem, quo campana ligata est, tangunt, ac suffraganeo præcinnente (quemadmodum in paruulorum baptismatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, uesteque noua (quemadmodum & Christianis fieri solet) campana induitur. Inde ad sumptuosa properatur conuiuia, quibus præcipuè compatres, ut eo largius munera offerant, adhibentur: nec non suffraganei, & eorum capellani cum multis alijs ministris regaliter pascuntur. Nec hoc satis est, sed & suffraganeo mercedem persolvere necesse est, quam illi munusculum uocare

care solent. Inde euenit, ut aliquando etiam in paruis uillis centum floreni in tali absumantur & expendantur baptizatiōe. Quæ res non solum superstitiosa, sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio & mera est exactio. Veruntamen episcopi ut suffraganeos uel uilissima obærare possint mercede, talia & adhuc absurdiora tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita meritò aboleri debet.

Scribit itaque in hæc uerba, scitè admodum Lactantius: Ita hominum crudelitatem mentita diuinitate deludunt dæmones, quòd illis uerum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines & simulachra fingere docuerunt: qui ut & hominum mentes à cultu ueri Dei auerterent, & fictos mortuorum regum uultus & ornatus exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt, & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi, & ij quos uerè maleficos uulgus appellat, quùm artes suas execrabiles exercent, ueris suis nominibus cient, illis cœlestibus quæ in Sacris literis leguntur. Hi porrò incesti ac uagi spiritus, ut turbent omnia, & errores humanis pectoribus infundant, serunt ac miscent falsa cum ueris. Ipsi enim cœlestes multos finxerunt esse, sed ueritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt. Et paulo pòst: Illi autem qui descuerunt à Dei ministerio, quia sunt ueritatis inimici & præuaticatores, Dei nomen sibi, & cultum deorum uenci ar-

*Lib. 2. cap. 17.
de Orig. err.*

*Magi.
Malefici*

conantur: non quòd ullum honorem desiderent (quis enim honor perditis est?) nec ut Deo noceant, cui noceri non potest: sed ut hominibus, quos nituntur à cultu & noticia ueræ maiestatis auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdidērunt. Offundunt itaque tenebras, & ueritatem caligine obducunt, ne Dominum, ne Patrem suum norint. & ut illiciant facilè, in templis se occultunt, & sacrificijs omnibus præsto adsunt. Eduntque sæpe prodigia, quibus obstupefacti homines, fidem commodent simulachris diuinitatis ac numinis. Et post: Itaque sibi apud homines qui eos nesciunt, auctoritatem ac timorem pariunt. Hac uersutia, & his artibus, noticiam ueri & singularis Dei apud omnes gentes inueterauerunt. Suis enim uitijs perditis sæuiunt, & grassantur ut perdant. Idcirco etiam humanas hostias excogitauerunt, ipsi hostes humani generis, ut quàm multas deuorarent animas. Plura ibidem.

Obscænum diabolicalium lib. 14. de reg. Danicæ.

Nec mirum, ait Saxo Grammaticus de Rugianis, si illorum numinum potentiam formidabant, à quibus supra sua sæpenumero punita meminerant. Siquidem mares in ea urbe Karentina, cum fœminis in concubitum accitis, canum exemplo cohærere solebant: nec ab ipsis morando diuelli poterant. Interdum utrique perticis ediuersò appensi, inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuère. Ea miraculi fœditate solennis ignobilibus statuis cultus accessit; creditumque est, earum uiribus

bus effectum, quod dæmonum erat præstigijs adumbratum: qui statuis demolitis, Rugianorum templa & urbes destituerunt.

Sic dæmonem, eiusque studia depingit Terullianus: Agnoscimus unde talia suggerantur, quis totum hoc agitet: & quomodo nunc astutia suadendi, nunc duricia sæuiendi, ad constantiam nostram deiiciendam operetur. Ille scilicet spiritus dæmoniacæ & angelicæ paraturæ, qui noster ob diuortium æmulus, & ob Dei gratiam inuidus, de mentibus uestris aduersus nos præliatur, occulta inspiratione modulatis & subornatis ad omnem, quam in primordio exorsi sumus, & iudicandi peruersitatem, & sæuiendi iniquitatem. Nam licet subiecta sit nobis tota uis dæmonum, & eiusmodi spiritus: ut nequam tamen serui, metui nonnunquam contumaciam miscent, & lædere gestiunt, quos aliàs uerentur. odium enim etiam timor spirat: præterquam & desperata conditio eorum ex prædamnatione, solatium reputat fruendæ interim malignitatis de pœnæ mora: & tamen apprehensi subiguntur, & conditioni suæ succidunt: & quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Hos Augustinus describit spiritus esse nocendi cupidissimos, à iusticia penitè alienos, superbia tumidos, inuidia liuidos, fallacia callidos: qui in hoc quidem aere habitent, quia de cœli superioris sublimitate deiecti, meritò irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo uelut carcere prædamnati sunt. Proinde eos potissimum

ca. 27. in A-
pologet. ad-
uersantes.

simùm infeltant, quibus beatitudinem, quam ipsi amiserunt, promissam cognoscunt. Item

Serm. 4. in Sermonibus communibus: Quid prauius, quid malignius, quidûe aduersario nostro nequius? qui posuit in cælo bellum, in paradiso fraudem, odium inter primos fratres, & in omni nostro opere zizania seminauit. Nam

*Simile quid-
dã apud Cre-
zoriũ legitur
lib. 29. Mora-
lium, in per il-
lud iob: Diui-
ditur æstus su-
per terram.
Itẽ apud Leo-
nẽ Pont. ser-
8. Natiuitat.* in comestione posuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuersatione inuidiam, in gubernatione auariciam, in correctione iram, in præsulatu siue dominatione superbiam. In corde posuit cogitationes malas, in ore posuit loquutiones falsas, in membris operationes iniquas: in uigilando mouet ad praua opera, in dormiendo ad somnia turpia. Lætos mouet ad dissolutionem, tristes autem ad desperationem. Sed, ut breuius loquar, omnia mundi mala sunt ipsius prauitate commissa.

*Vnde tam admirandas res, & potissimum
uaticinari possunt dæmones.*

Cap. IX.

*Vnde tam ad-
miranda pos-
sunt dæmo-
nes.*

NEc mirum est uaria & infinita eius generis hos spiritus conari. quum etenim tenuis sint substantiæ, sua tenuitate, subtilitate, celeritate incredibili, sensuum acrimonia, & lumine naturæ lucidiore, quibus omnibus terrenorum corporum inhabilitatem & sensuum tarditatem longè lateque præcellunt, multa Dei permissu, partim uerè, partim præstigiôsè intelligunt, & possunt. Quibus accessit,

cessit, teste Augustino, diuturnioris tempo-
ris beneficio, quo eorum uita à primo quo pro-
tenditur, comparata insignis rerum longè ma-
iorum experientia, quàm hominibus ob bre-
uitatem uitæ momentaneam potest eueni-
re. Idcirco quædam admiranda faciunt: &
quædam, potissimum ob Scripturæ sanctæ &
uaticiniorum cognitionem, prædicunt, uel e-
tiam probabili coniectura consequuntur: non-
nunquam etiam quæ ipsi facturi sunt, prænun-
tiant, quibus homines alliciunt, inescant, seduc-
unt & defraudât: quo nomine illis mirabilem
prudentiam, acutum ingenium & tenacem me-
moriam tribuit Plato in Epinomide. Quapro-
pter tradit Clemens, istos, quùm sint dæmonia
et spiritus, & multo citius scire aliqua, & multo
perfectius: non enim tarditate corporis de-
grauantur. Hinc addit: Et ideo quæ medi-
ci longo tempore & labore plurimo assequun-
tur, hæc illi, tanquam spiritus, absque mora ul-
la, & sine difficultate cognoscunt. Non ergo
mirum est, si plus etiam aliquid quàm homi-
nes, sciunt: sed hoc metuendum est, quòd ea
quæ sciunt, non ad salutem, uerùm ad deceptio-
nem proferunt animarum, ut per hæc eas cul-
tum falsæ religionis edoceant. Hic Tertullianus
sic disserit: Omnis spiritus ales est, hoc angeli
& dæmones, igitur momento ubique sunt. To-
tus orbis illis locus unus est: quid ubique gera-
tur, tam facilè sciunt, quàm enunciant. ueloci-
tas diuinitas creditur, quia substátia ignoratur.
Sic & authores interdum uideri uolunt eorum
quæ

*Li. 4. recogni**In Apologesi
aduersus gen-
tes, cap. 22
Diuinationes
demonum
unde,*

60 De præstigijs dæmonum

Daniel. 8.

quæ annunciant, & sunt planè malorum non-
 nunquam, bonorum tamen nunquam. Disposi-
 tiones etiam Dei & nunc prophetis concionan-
 tibus excerpunt, & nunc lectionibus resonan-
 tibus carpunt. Ita & hinc sumentes quasdam
 temporum sortes, diuinitatem emulantur, dum
 furantur diuinationem. In oraculis autem quo
 ingenio ambiguitates temperent in euentus,
 sciunt Cræsi, sciunt Pyrrhi. Sic præsciuit dia-
 bolus ex Esaiaë & Danielis oraculis (quorum
 uterque adolescentem Alexandrum expressè
 delineat) eum ipsum Alexandrum superato
 Dario, potiturum Asia uniuersa, & translatu-
 rum imperium à Babylonijs ad Græcos. Pro-
 pterea Delphicam uatem consulenti, & ab in-
 uita responsum extorquenti, tandem ipsa in
 hæc uerba prorumpens, respondi: Inuictus e-
 ris Alexander. Postea ad Persas exercitum
 traducenti, prodigia offudit multa. In aditu
 Asiæ, simulachrum Orphei sudore maduit.
 Hinc Alexandro ad extremum cum Dario
 confligente, aquila è sublimi supra eius uerti-
 cem sese librare, & in aduersos hostes trahere
 uisa est. Ludibria haud dubiè dæmonij
 hæcerant, adornata ad prodigiorum & auguri-
 orum, quibus tunc fidebatur, obseruationes
 confirmandas. Darium ediuersò, ancipitibus
 somnijs in falsam uictoriæ spem erexit. Præno-
 uit ex Esaiaë prophetijs, fore ut Tyrus destrua-
 tur à Macedonibus. Ita enim ille ait: Vlulate na-
 ues maris, quia uastata est domus, unde uenire
 consueuerant. De terra Cethim reuelatum est

Esaia 23.

eis. Terram uerò Cethim Macedoniam esse, asserunt plerique, & ab Homero *Ἰνδίας* Macedones uocatos. Quidam tamen per terram Cethim, Cyprios intelligunt. Inde quum fuso fuga toque Dario, copias ad Tyrum admouisset Alexander, præmonuit quendam qui ciuibus prænunciaret, Apollinem ciuitatem deserturum esse: ut quum euentus responderet, idolorum existimationem stabiliret. Ex iisdem Esaiæ & Danielis uaticinijs præsciuit, fore ut Assyriorum monarchia pessum iret, & in potestatem redigeretur Medorum ac Persarum: & quidem à Cyro, cuius nominatim Esaias meminit. Unde coniectatus est, Cræsum etiam de regno Lydiæ periclitaturum esse. Quare & aliquanto ante τὸν πικτήτων ἀπόγονον Gygis, quòd in Cyri tempora incidere eum prospiciebat, amissurum regnum Lydiæ prædixit, consultus ex oraculi Delphici sede: & postea cùm regnum adeptus esset Cræsus, ut opum suarum fiducia insolentem, superbientem, & regnum Persicum affectantem euerteret, χρυσὸν λιβδύησιν uictoriam in speciem ipsi annuente, ad bellum Cyro inferendum perduxit: quo modo uictus, captus, & regno exutus, uitam in Persia finiuit. Infinita eiusmodi in historijs obseruantur exempla: sed ad posteriora, nec obscura, conuertamur.

Vide Joseph. lib. 1. antiq. Iud. cap. 6.

Esaiæ 44.

Christum

*Christum, & ad quid missus esset, prius norunt
dæmones, quàm Apostoli: & qua-
re illum tentarit diabolus.*

Cap. X.

Perhibet sacræ Scripturæ authoritas, dia-
bolum prius **CHRISTVM** penitus
nouisse, quàm ipsi quibuscum ille loque-
retur & familiariter degeret, Apostoli: ut eti-
am ante **CHRISTI** mortem resurrectio-
nemque sciuerit, testatusque fuerit inuitus, ad
quid uenisset **CHRISTVS**: nimirum, quò
cognitum faceret satanam, eiusque fraudes: il-
lius actiones demoliretur, atque regnum euer-
teret. Quapropter metu iudicij diuini æterna-
rumque pœnarum contremiscens, & penè de-
ficiens, in obfesso ante **CHRISTVM** pro-
cidente, magna exclamauit uoce: Ah, quid rei
nobis tecum est **IESV** Nazarene? uenisti
ad perdendum nos. Noui te qui sis, nempe san-
ctus ille Dei. Et increpauit illum **IESVS**,
dicens: Obmutesce, & exi ab homine. & cùm
proiecisset illum dæmon in medium, exijt
ab illo, nihilque illi nocuit. Et post: Exi-
bant & dæmonia à multis, clamantia & di-
centia: Tu es **CHRISTVS** ille filius
Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui,
quòd sciebant ipsum esse **CHRISTVM**.
Hic Anastasius: Dæmonis, inquit, sermo-
nem compescebat **CHRISTVS**, ne si-
mul cum ueritate, etiam suam iniquitatem
promulget: ut nos etiam assuefaciat, ne ta-
li-

Na curemus, etiam si uera loqui uideantur. Illud aliàs etiam pios postea latuisse, Sacra-
rum literarum testimonio docetur: ut alij
eum Heliam, alij Iohannem baptistam, alij
Hieremiam, alij unum de prophetarum nu-
mero esse dicerent. Petro autem pronuncian-
ti, Tu es C H R I S T V S ille filius Dei ui-
uentis: respondit C H R I S T V S, Bea-
tus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis
non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis
est. Id quod Petro à patre cœlesti hic reue-
latum asserit C H R I S T V S, hoc ipsum &
satan nouit, & palàm testatus est, non rogatus.
Hinc ipsius ingenij acumen liquet, cuius ope-
res etiam abstrusissimas, nostrisq; sensibus ap-
primè alienas, nouisse potest.

Huc facit illud puellæ Pythiæ, de Pau-
lo & Barnaba clamantis testimonium: Isti
homines serui Dei excelsissimi sunt, qui an-
nunciant uobis uiam salutis. Atque id genus
testimonia ab Astaroth & Berith idolis, & à
dæmonio obsessis, de Bartholomæo aposto-
lo, Thoma & alijs data legimus. Veritatem
uero hic confitentur dæmones, non ut popu-
lum ad audiendam amplectendamq; eorum
doctrinam perinouerent: sed exhorrescentes
& reformidantes ministerij Euangelici uir-
tutem, & sui condemnationem ac expulsio-
nem ex obsessis: quæ hospitia si obtinuis-
sent, statim Apostolorum ministeria seditio-
ne potuissent conturbare, aut inchoata post
opprimere, nouis rumoribus disseminatis
per

Math. 16.
Marc. 8.
Luca 9.
Ioan. 6.

Actor. 16.

64 De præstigijs dæmonum

per Pythiam uatem , obsessos & idola , quæ apud stultum uulgus magno habebantur loco. Addatur & illud mali spiritus responsum : Iesum noui, & Paulum scio, uos autem qui estis? *Act. 19.* Item : Quid rei nobis tecum est IESV fili Dei *Matth. 8.* altissimi? Venisti huc ad cruciandum nos ante tempus. Obsecro ne nos torqueas.

Enimuerò semen mulieris contriturum caput serpentis , prophetarum de C H R I S T O nascituro etiam in Bethlehem Iudææ uaticinia: præfinitum hinc tempus, I E S V M in Diuæ uirginis utero , superueniente Spiritu sancto , & uirtute Altissimi obumbrante conceptum, ex angeli Gabrielis annunciatione, admirandam eius natiuitatem, longinquum magorum ex Oriente iter , ut eum adorarent , sciuerat dæmon. Quapropter inter spem & metum , Herodis animum diris contra I E S V M inflammauit facibus, ut inter infantium Bethleemiticorum bimulorum ætateque iuniorum deplorandam cladem, I E S V S simul internecone absumeretur. atque salutifero magis Dei consilio suos collabescere conatus, infringi que , re ipsa experitur diabolus.

Ne quid tamen incredibili eius audaciæ & fastui incomparabili decederet, atque ut adoratione, peculiari Dei prærogatiua honoraretur, uel Christum certius tunc cognosceret, ipsum in solitudine tentat: illi que in præaltum montem adducto, omnia mundi regna, ac eorum gloriam ostensam se daturum, si se pro-

si se prostratus adorauerit, ausu plusquam sacri lego pollicetur: quum diuinam maiestatem in hominum regnis atque imperijs solam dominari, eaq; cui libet tradere constet. Porro Christum iam certò cognitū, uoluit etiam perditum: quare ut eum proderet, in cor Iudæ Simonis Iscariotæ immisit, in quem post offulam à Christo porrectam ingressus est. Tantum enim huius solertissimi artificis cōtr: Deum & genus humanum est odium, ut quicquid machinetur, sit in Dei contemptum, & hominum detrimentum perniciemq; , fraude & extremo dolo cautè tentum.

A. Christo uult adorari diabolus. Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. Daniel 4. Ioan. 13.

Multa studia diaboli, & opera breuiter comprehensa. Cap. II.

CAeterum ut instituti mei ratio certius citiusq; innotescat, paucis, ueluti fasciculo uno, quædã ex demonis actionibus & potentia colligam. Quum angelica eius essentia nõ interierit, sed malè proprię uolūtatis affectu degenerarit, accreueritq; tam diutino tēpore eximia rerum obseruatio & usus insignis: magne illum esse constat uirtutis, calliditatis incredibilis, sapientiæ plus quàm humanæ, perspicacitatis acutissimæ, uigilantiæ summæ, artificij technas struendi perniciosissimas fucos speciosissimo incomparabilis, maliciæ infinitæ, odij erga genus humanum *ἡσπίνδα κὶ ἀννύστν*: atq; hoc nomine cum sæpenumero (permittente, uel saltem conniumente Deo) admirandas facere res, & se in bestias, statuas, specus, latebras, cauernas ingerere:

Diaboli studia & potentia.

66 De præstigijs dæmonum

*Strab. Geog.
lib. 16.*

gerere: in quercus Dodonæ Molossidis in Epi-
ro, unde Dodonæum oraculum frequentatum
est, insinuare: apud Aegyptum ex Hercule, A-
polline, Minerua, Diana, Marte, Ioue, Api bo-
ue, Latona in urbe Buti, furiosis sacerdotibus
Apollinis in Colophone, Thebis in Bœotia, &
in Læbadia ex Trophonio, ex uacca Memphi,
ex boue Mneo Heliopoli, ex crocodilis in Arsi-
noe, ex Amphiarao uate in Attica, responsa da-
re, humana uoce, nutu, alioue gestu, affictis sub
inde gestibus furentium, nonnunquam ebrio-
rum, aliàs trementium, aut ridiculè gesticulan-
tium: quandoque somnijs, amphibolijs intere-
dum, plerunque & ænigmatibus: quia ignorat
diabolus quò usq; toleraturus sit Deus, aut per-
missurus, quæ intendit & struit. Potuit & ad Io-
uis Hammonis oraculum inquirendum in ex-
tremo sinu Libyæ, apud Garamantes, ultra Cy-
renen, in solitudinibus uastis, torridis ac siccitate
sterilibus, Cambyfen Cyri & Alexandrum
instigare: item Pythium Delphis præ cæteris,
cultu, religione, fama, opibus & donarijs cele-
bratius reddere. Nouit & uaticinari ex certis in-
dicijs uel coniecturis, siue rerum retroactarum
obseruatione, ut hinc etiam cogitatus & sensa
peruidisse quandoque credatur: quanquam in-
terim fallat & fallatur, tenebras offundat, ueri-
tatem caligine obscuret, atque etiam mentia-
tur. Nam rogatus dæmon, Porphyrio teste, eti-
am quæ non nouit, constanter affirmat: & quæ
nouit, si semel uerè, decies illa falsò refert. Po-
test quoq; plerisq; locis in simulachris sua exer-
cere

*Diabolus
quomodo uati-
cinetur.*

Clem. lib. 4.

Recog.

core ludibria, ut ad ea ex lōginquis regionibus
 confluant imprudentes, ea uerentur incauti,
 adorent, eorum opem implorent in rerum an-
 gustijs, in ualetudine aduersa, & quacunq; affli-
 ctione: quo à ueri Dei cultu & inuocatione ad
 suas imposturas in interitū eos auocet. Sic Gal-
 lorum rusticis hanc fuisse consuetudinem scri-
 bit Seuerus Sulpitius, dæmonum simulachra
 candido tecta uelamine, misera per agros suos
 circumferre dementia. Nec satanæ difficile est,
 animarum corporis mole exutarum figuram
 mentiri, circa monumenta uersari, in cœmite-
 rijs oberrare, spectris perterrefacere hæredes
 aut alios, ut ad illicitos cultus, uetitam religio-
 nis ergò peregrinationem, iustorum & parenta-
 lium præscripta forma persolutionem damno-
 sam, imperitos minusq; Deo fidētes cogat. Co-
 natur itidem imbecilles fide præcipites agere,
 fortes uerò diuersis modis semper impugnare,
 si qua ratione eos agere trāsuersos posset: item
 desperantes, credulos, maleq; sanos pollicita-
 tionibus & gloria ditare, in spem felicium suc-
 cessuum illicētos perimere, aut tristium euentu-
 um metu iniecto cruciare. Nouit adhæc uarias
 ostentare formas, inania idola arte mira confor-
 mare, uisus organum turbare, oculos perstrin-
 gere, falsa pro ueris singulari dexteritate ne-
 agnoscantur proponere: quæ uerè sunt, ut nō ap-
 pareāt, uelare: & quæ reuera nō existunt, ut esse
 appareant exhibere: se in mille species transfor-
 mare, Proteumq; agere: & ut canit Poeta,

*Li. i. in uita
 D. Martini.*

Mish. P. 100

*Virg. 4
 Georg.*

Im̄ maria illudunt species atq; ora ferarum.

*Fict enim subito sus horridus, atraq; tygris,
Squamosusq; draco, & fulua ceruice leona,
Aut acrem flammis sonitum dabit:*

*Omnia transformans sese in miracula rerum,
Ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem.*

Consuevit & hominum mentes multifarijs phantasmatum ludibrijs uitiare, uigilantes per turbare, dormientes infomnijs terrere, peregrinantes à recto itinere seducere, errantes atque etiam alios quandoq; ridere, aliàs terrore concutere, multa labyrinthis opinionum inextricabilibus implicare & innectere, tetriora mala plerunq; boni specie serere, & ueritatis confessione in suam illicere nassam, grauiusq; fallere. Solet quoq; lac uaccarum cohibere, & ne in butyrum coalescat impedire: uinum aliunde adferre, claustra referare: præterea ocysimè res uarias, uelut panni lacinias, ossa, ferramenta, clauos, acus, aciculas, fila, eorumq; globulos, intortum capillitium, ligna, idq; genus portenta in uiuorum extremas fauces, nec penitius, quò ore reijciantur, ingerere: in mortuorum uentriculû & partes alias præstigijs aptas, & post mortem sectas, ligna, cultros, & quæcunq; uis alia, fallaciter arte dolosa inter secandum inserere: ex parte postica & uteri collo, implicatos crines, arenæ copiam, clauos ferreos, ligna, uitra confracta, stuppam, lapides, ossa, & similia præstigijs mouere, offuscata interim oculorum acie: insecta auribus furtiuè immittere, quæ postea uel prodeant, uel euolent. Hæc à me uisa sunt clara, ex auribus cuiusdam uirginis Henricæ

cæ nomine, miserè à dæmonio exagitata de sumpta, Procliuè illi quoq; est, ulcere corpus defœdare, pudenda meliceride uel ulcere sanioso inficere, euirationis persuasionem falsò inducere, corpora tota obsidere, eaq; sursum ac deorsum distrahere, quando & quamdiu à Deo permittitur. Illam uirginis prædictæ uiolentam sublationem in arce Caldenbroce apud Geldros, Deo iuuante, aliàs intrepidè reluctando impedire ualui: à morsus tamen interim inflictu, quo manus meas mirè impetebat, in horribili illa subuectione, anxie cauendum erat. Cur enim non tam meos promouere conatus in iuuando, quam dæmoni permittere sua studia in lædendo, potuit Deus? Assueuit præterea uariè corpora transferre, eorumq; humores commouere, originem neruorum in cerebro turbare, quò atrocissimis rarissimisq; conuulsionis speciebus, iactu tractuq; incredibili, & quasi crepitantibus sonitu horrifico iuncturarum compagibus, in admirationem, diffidentiam, sinistram de alijs opinionem, ad mendacia, uerita auxilia & cædes, homines compellat. Ad hunc modum neruos & musculos præter uoluntatem inordinatè crudeliterq; conuellere potest: plerunque *ἐπιπέσει* ciere, ut ceruix unà cum corpore immobilis maneat, & in neutram inflectatur partem, sed iuxta in utranque partem intendatur: subinde *ἐμπροδύτον* uel tensionem ad anteriora excitare ualet, ut caput, ceruix, reliquumq; corpus, iugularibus uenis mirum in modum circū collum distentis, contrahatur: quandoq; *ἐπιδύτον*

uel tensionem ad posteriora citare tam uehementem solet, ut caput in dorsum & scapulas grauitèr conuellatur, cruribus interim contractis: item diuersas horribilium conuulsionum facies, multifariam & inæqualiter in membris producere: nonnullis totum corpus, ceu articulis tormèto luxatis diuulsisq; eneruare, aut palpitantium, trepidantium uè musculorum speciem inferre: quibusdam os & oculos truculenter intorquere, septum transuersum in homine ita constringere ut spiratio uix difficulter duciqueat, arterijs interim pulsantibus leuiculū inferens impedimentum, sed uentriculum singulibus frequentibus conuellens. Interim hic præstantissimos sæpe Medicos ludificat, qui eiusce modi morborū dira contuiti symptomata, imò laruas, ad naturales ea referentes causas, frustra curationem medicamentis tentant.

At aquam etiam coniurationibus sacratam se formidare impense, gestibus & uoce in corporibus quæ obsidione coercet regitq;, simulat: quemadmodum se naribus extrahi, uirtute radicis inclusæ annulo ex Solomonis, ut fertur, doctrina naribus admoto. Deinde multa obseruare assolet, artificioseq; imitari, seu uerè seu falsò: plurima eorum quæ acta aut prodita sunt, incredibili solertia ratiocinari & colligere: uaria ex notis naturalib. argutissimè elicere, penitissimèq; eruere: diuersa in imperiorum & hominum priuatorū negocijs moliri, mira astutia contexere telam longam, uariam, nobisq; inextricabilem, qua inopinatò insperatoq; implicatur

*Joseph. lib. 8.
c. 19. q. Iudai.
cap. 2.*

cantur & irretiuntur certè pluriimi: tandem homines, bestias, aerem conturbare, prodigia meteoris similia in cœlo effingere, figuras confligentium exercituum exprimere, clangores tubarum, armorum strepitus, ferientium se inuicè & exiētibus collabentium sonitus: uoces eiulantium aut exultantiū imitari, sceleratè abuti natura rerū ad generis humani perniciem, callidè exitiosas præstigias physicis effectibus conformare, & multa in ordine causarū suo tenore progressuq; agentium confundere, mala quanta potest calliditate attrahere & urgere, in ceruices nostras cogere & contorquere, bona abigere atq; excludere: quinimo ea interdū suadere, sed propter mala: suadere quoq; mala sub specie bonorū: dissuadere mala, ut ducat ad peiora, tandē etiā cœlū terrę miscere & inuoluere.

Proinde in Apologetico scitè testatū reliquit *Aduersus*
Tertullianus, in quib; Dæmonum operatio est *gentes, ca. 22.*
hominis euersio. Sic spiritalis malicia à primordio auspicata est in hominis exitium. Itaq; corporibus quidem & ualetudines infligunt, & aliquos casus acerbos, animæ uerò repentinos & extraordinarios per uim excessus. Suppetit illis ad utramq; substantiam hominis lædendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritalibus uiribus, licet & inuisibiles & insensibiles in effectū potius quàm in actū adpareant: si poma, si fruges nescio quod auræ latens uitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat: si cæca ratione tentatus aer, pestilentes haustus suos effundit, eadem igi

tur obscuritate contagionis, aspiratio dæmonum & angelorum mentis quoq; corruptelas agit furoribus & amentijs, scædis ac scæuis libidinibus, cum erroribus uarijs: quorum iste potissimus, quòd eos ipsos captis & circumscriptis hominum mentibus comedat, ut & sibi pabula propria nidoris & sanguinis procuret, simulachris imaginibus oblata: & quæ illi accuratior pascua est, qua hominem è cogitatu ueræ diuinitatis auertat falsis præstigijs: quas & ipsas quomodo operetur, expediam. Omnis spiritus ales est. Reliqua Tertulliani uerba suprâ recitantur cap. 9.

Quomodo & qua substantiæ commoditate tam uaria machinetur diabolus, ex Psello: interiecta historia de bestiola ex militis dormientis ore egressa, & rursus ingressa. Cap. 12.

Psellus de dæmonibus,

AT qui fusiorem, ea quæ diximus, aliaq; similia agendi modû & rationem, Michæli Psello explicauit quidam Marcus, dæmonij cultor eximius, in Chersoneso Græciæ contermina uitam solitariam degens: Dæmones (ait) licet sexu & propria lingua careant, corpus tamen illud aereum sibi concessum, pro arbitrio uelut nubes uento flante, in uarias formas mutant, contrahuntq; atq; extendunt, quemadmodum lumbricis uidetur accidere ob substantiâ meliorem, ductuq; facilissimam: neq; solum magnitudine diuersitas in eis accidit, uerùm etiâ figuras coloresq; uariant multiformes. Corpus enim dæmonis ad utrunq; est naturâ paratum.

qua

qua enim ratione est natura facilè cedens, sic in varias figurarum species trāsformatur: qua uerò aereum est, diuersos aeris instar colores subit. Sed aer quidem extrinsecus coloratur, corpus uerò dæmonis iuxta animi sui affectus species colorum mutat, uelut & hominis: sed longè melius, ut quod animæ sit obedientius. Omnia tamen celeriter dilabuntur, ob corporis mobilitatem, tenuitatemq; . Sic tanquã uir apparet, & mox occurrit ut fœmina: leonis more fremit, saltat ut pardalis, latrat ut canis, atq; ad utris uasisq; formam se aliquando transfert.

Lubet non inelegantem hoc loco historiam aptè interponere. Refert Helinandus monachus, se audiuisse ab Ebaudo patruo suo, qui à cubiculis erat Henrico Remensi archiepiscopo, Ludouici Gallorum regis fratri: quòd Henrico archiepiscopo ætate quadam in itinere somnum meridianū capiente, miles quidam inter cæteros aperto & hiante ore post prandiū dormiret, è cuius ore uisa est ab alijs uigilantibus quædam albâ bestiola mustelæ similis exiisse, atq; ad uicinū ibi riuulum procurrisse. Cumq; sursum deorsum in ripa riuuli anxia cucurrisset, nec transeundi uiam inueniret, quidam ex astantibus accedens, euaginatam gladiū riuulo angusto ueluti pontem faciens, imponit. Bestiola ilicò riuulum super gladiū transgrediens, longius procurrit, & sese subduxit. Paulo pòst redire uisa, cum iterum notum pontem quaereret, atq; eo iam sublato discurrens transire non ualeret, idem ille qui antea, rursus riuuli ripas

*Libro Chroni-
corum 19.*

*Mustela simili
bestiola uide-
tur ex militis
dormientis ore
egredi, rursusq; more
di.*

imposito gladio coniungit, atq; abscedit. Tum transit bestiola, & ad dormientis adhuc patulum os rediens, uidentibus omnibus ingreditur: ac ilicò qui dormierat expergiscitur. rogatusq; , num quid in somno passus esset? respondit, se fessum esse, & fatigatum, tanquam ex difficili & lōgo itinere: in quo bis super pontem ferreum, flumen transiuisset. Vnde socij collegerunt, cum (quæ ipsi uiderant) uerè somniasse. Mihi uerò diaboli ludibrium esse uidetur, qui ut uigilantes socios falleret, aut animam hominis corpoream esse, ideoq; interiturā cum corpore, ipsis ostenderet persuaderetq; , idolū hoc, exiens dormientis corpus, & ingrediens, oculis obiecit. Reperimus, inquit etiam Plinius, inter exempla Hermotini Clazomeni, animā relicto corpore errare solitam, uagamq; è longinquo multa annunciare, quæ nisi à præsentī nosci non possent: corpore interim semianimi, donec cremato eo inimici, qui Cantaridē uocabatur, remeanti animę uelut uaginam ademerint: Aristei etiam uisam, euolantē ex ore, in Proconeso corui effigie, magna quæ sequitur fabulositate, &c.

Simile quiddam de Gūtiano rege legitur: neque id mirū est. nam ut idem Marcus loco paulo antè citato deinde refert, spiritui qui nobis inest phantastico propinquant dæmones, utpote qui & ipsi spiritus sint: uerba perturbationū & uoluptatum nobis insinuant, non emittētes quidem uocem, pulsatione quadam & sonitu, sed sermones suos absq; sonitu immittentes. At

quónam

quónam pacto inquam (respódet Pfellus) sine uoce sermones nobis ingerere possunt? Quid mirum (ait Marcus) si modò illud animaduer-
tas, quema dmodum uidelicet qui loquitur, si procul loquatur, uehementiore clamore eget: factus uerò propinquior, in audientis aurem su-
furrando subloquitur: qui si posset cum ipso a-
nimæ spiritu copulari, nullo sono prorsus ege-
ret: sed sermo eius uoluntate conceptus, nullo penitus sono audièti illaberetur. Et paulo post:
Sicut aer præsentè lumine colores & formas ac-
cipièns, traducit in illa quæ naturaliter accipere
possunt, sicut apparet in speculis, rebusq; quasi
specularibus: sic & dæmoniacæ corpora, susci-
pientia ab ea quæ intus est essentia phantastica,
figuras atq; colores, & quascunq; ipsi uoluerūt
formas, in ipsum animale nostrumq; spiritū
transmittunt, multa nobis negocia præbent, uo-
luntates & consilia suggerentes, formas subin-
dicantes, suscitantes memorias uoluptatum, si-
mulachra passionum frequenter concitantes
uigilantibus atq; dormientibus: nonnunquam
uerò femina nobis & inguina titillantibus inci-
tantes, insanos & iniquos amores subijciunt &
subacuunt: præcipuè autem, si humores cali-
dos humidosq; ad id cōducentes nacti fuerint.
Sed hi Plutonis galeam subinducentes, pertur-
bant animas arte quadam, & sophi-

stica fraude. Hactenus

Marcus.

Exempla

Exempla uariæ formæ laruarum & actionum
dæmoniacarum memorabilia.

Cap. 13.

Lib. 8. epist.
ad Suram.

Demon mu-
lieris forma
Curtio Ruso
apparet.

Memorabilia uariæ formæ laruarum & actionum dæmoniacarum exempla describit C. Plinius iunior, in hæc uerba, primùm de Curtio Ruso: Tenuis adhuc & obscurus obtinenti Africam comes hæserat. Inclinato die spaciabatur in porticum: offertur ei mulieris figura, humana grandior, pulchriorq;: perterrito, Africam se futurorum prænunciã dixit. iturum enim Romam, honoresq; gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem prouinciam reuersurum, ibiq; moraturum. Facta sunt omnia. Præterea accedenti Carthaginem, egredientiq; nauem, eadem figura in littore occurrisse narratur. Ipse certè implicitus morbo, futura præteritis, aduersa secundis auguratus, spem salutis, nullo suorum desperante, proiecit.

Sabellie . lib.
10. Exempl.
cap 3.
Dæmonis do-
lo infamis do-
mus Athe-
nis.

Iam illud nõnne & magis terribile, & non minus mirum est, quod exponam ut accepi? Erat Athenis spaciosa & capax domus, sed infamis & pestilens: per silentium noctis sonus ferri, & si attenderes acrius, strepitus uinculorum longius primò, deinde proximè reddebatur. mox apparebat senex idolon, macie & squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo: cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebatq;: inde inhabitantibus tristes diræq; noctes per metum uigilabantur: uigiliã morbus, & crescente formidine mors sequebatur. Nam
interdiu

interdium quoque; quanquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inhærebat, longiorisque causa timoris timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaque; illi monstro relicta: præscribebatur tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali uellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum. auditoque; precio, quia suspecta uilitas, percunctatus, omnia docetur: ac nihilominus, imò tanto magis, conducit. Vbi cœpit ad uesperascere, iubet sterni sibi in prima domus parte: postulat pugillares, stylum, lumen, suos omnes in interiora dimittit: ipse ad scribendum, animum, oculos, manum intendit, ne uacua menses audita simulachra & inanes sibi metus fingeret. Initio, quale ubique; silentium noctis: deinde concuti ferrum, uincula moueri, ille non tollere oculos, non remittere stylum: sed obfirmare animum, auribusque; prætereundum. tum crebrescere fragor, aduentare etiam, ac iam ut in limine, iam ut intra limen audiri: respicit, uidet, agnoscitque; narratam sibi effigiem. stabat, innuebatque; digito, similis uocanti. hic contra, ut paululum expectaret, manu significat: rursusque; ceteris & stylo incumbit. illa scribentis capiti ceteris insonabat, respicit rursus idem quod prius inuenientem: nec moratus, tollit lumen, & sequitur. ibat illa lento gradu, quasi grauis uinculis: postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit comitem: desertus, herbas & folia concerpta signum loco ponit. Postero die adit magistratus, monet ut illum locum effodi iubeant.

*Athenodori
philosophi ob
firmatus contra
demonis
terriculam
ta animus.*

beant. Inueniuntur ossa inserta catenis & implicita, quæ corpus æuo terraq; putrefactum, nuda & exesa reliquerat uinculis: collecta publicè sepeliuntur, domus postea reconditis manibus caruit.

*Valer. Max.
li. 1. ca. 5. 5.
κακοδαίμων
apparet Cas-
sio Parmensi.*

Item, apud Actium M. Antonij fractis copijs, Cassius Parmensis, qui partes eius secutus fuerat, Athenas confugit. Vbi cōcubia nocte, cum solitudinibus & curis mente sopita, in lectulo iaceret, existimauit ad se uenire hominē ingentis magnitudinis, coloris nigri, squallidum barba, & capillo demisso: interrogatumq; quisnam esset, respondit, κακοδαίμων. Perterritus deinde tam tetro uisu, & nomine horrendo, seruos in clamauit: sciscitatusq; est, si quem talis habitus aut intrantem cubiculum aut exeuntem uidissent? quibus affirmantibus, neminem illuc accessisse: iterum quieti & somno se dedit: atque eadem animo eius obuersata est species. Itaque fugato somno, lumen intrò ferri iussit, puerosq; à se discedere uetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paruulum admodum tempus accessit. Facile huius mortem poterat diabolus prænouisse, ex Cæsaris in hanc rem apparatu & uerbis. Describit quoque Valerius, Iulij simulachrum, quo post mortem C. Cassio suo interfectori apparuerit.

Li. 1. ca. 6. 9.

*Dionysii Sy-
racusanū ex-
territi spe-
ctrum.*

Dionysius Syracusanus breui antea quam interimeretur, consedit in sua domo, cogitationibus molestis grauatus: tum illi apparuit imago illa deformis, habitus satanici, scopis domū uerrens

terrens & expurgans. unde ille usq; aded extimuit, ut noctu solus in ædibus manere noluerit: sed quosdam amicos rogarit, qui cum ipso pernoctarent.

M. Brutus, quum ex Asia contra Octavianū & Antonium aliquid graue moliretur, contigit ut in suo cubiculo apud lumen consideret, ardua meditatus & animo uolutans: interim animaduertit aliquem ad se cubiculū ingredi. Apertis oculis circūspiciebat, num aliquis ex familia uel ministris aliquid uellet: inopinatò uidet imaginē formidabilem & admirandam corporis tyrannici & agrestis. Hic Brutus multo animosior liberiorq; Dionysio, sciscitabatur, Nū spiritus esset, uel aliquis deorū, & quid uellet? Cui occulto murmure respondet spiritus: Diabolus sum, & spiritus malus: in Philippis denuò me uidebis. Inquit Brutus ingenuè, ut uir Romanus, & magnanimus: Imò sine metu te iterum uidebo. Quum autem ex famulis studiosè inquireret, num ingredi aut egredi aliquem obseruassent? respondebant, Non. Hinc perterritus Brutus, infœlicem instituti sui prælij successum uerebatur: quemadmodum

*Plutar. in uita
Caesaris
paulo aliter.*

*Contra diabo-
lum magna-
nimitas M.
Bruti.*

Lib. 4. Hist.

Saxones armatos, tradit Saxo, à Sclauis horrenda forma, tanquam bono & optato omine, supernè in uertice montis uiso dæmone, fuisse interèptos: quia eo môstro ueluti diuinitùs dati ducis aduētū firmati, sumptis uictoriæ auspicijs, ex im. p. uiso Saxones eosdē prorsus occiderūt. Quū bellū inter se Romani Albaniq; gere-

*Ang. Pol. in
Mis. ca. 58.*

rent,

Monstruosa specie apparet diabolus.

rent, & utraq; in procinctu iam staret acies, ex-
 titit repentè quidam monstruosa specie, pelle a-
 mictus furua, uociferas: Iubere Ditem patrem,
 deamq; Proserpinam, fieri sacrum sibi, prius-
 quam committeretur prælium. Quo per terre-
 facti uiso Romani, protinus aram sub terra ædi-
 ficarunt: & statim sacrificio facto, pedum uigin-
 ti aggere contexerunt, ut ea ab omnibus præ-
 terquam Romanis ignoraretur.

*Li. 2. Genial.
 dierum ca. 9.*

*Spectrum mi-
 rum.*

Alexander ab Alexandro scribit, quendam
 suum familiarem, non ambigua fidei hominè,
 amici funus curasse: & cum inde Romam re-
 uerteretur, nocte adueniente in hospitium uia
 proximum diuertisse, & ibi se animo & corpo-
 re fatigatum quieti dedisse. Cumq; solus dege-
 ret, & adhuc uigilaret, ait repentè amici nuper
 defuncti imaginem summo pallore & macie, ac
 eo fermè habitu oris, quali illum cum ægrota-
 ret dimiserat, ad se accessisse: quem quum fuis-
 set intuitus, & præ timore nec animo nec men-
 te satis constaret, quis nam esset interrogauit.
 Ille autem cum nihil respondisset, exutis ut uī-
 debatur uestibus, in eodem cui ipse incumbē-
 bat lectulo se collocauit, ac propè accessit qua-
 si eum amplexurus. Alter uerò cum ferè iam
 metu exanimis uideretur, ad lectuli spondam
 secessit, illumq; propius accedentē abegit: qui
 se repulsam pati uidens, alterum toruo & mi-
 nus familiari uultu aspectat: resumptisq; mox
 uestibus è lectulo surrexit, & cinctus calcea-
 tusq; inde abiens, nunquam postea apparuit.
 Quo timore familiaris ille percussus, graui cor-
 riptur

ripitur morbo, ut propemodū interierit. Addebat his, dum in lectulo cum illo luctaretur, se nudum illius pedem usq; adeò gelidum cōtrectasse, ut nulla glacies huic frigori potuerit comparari. Adhæc, Gordianus amicus meus spectatæ fidei homo mihi retulit, quum Aretium cum familiari suo proficisceretur, & ab itinere, ut sit, lōgè aberrassent per difficilia & deuia loca, ubi nihil uiderent culti, sed saltem nemora, saltus niuei & inaccessi obijcerentur oculis, & ipsa terret solitudo: uergenteq; ad occasum sole, labore fessi confedissent: tandem hominis uocē procul audiri uisum est, quam sequuti, in proximo fastigio trium hominum conspiciunt imagines immanes & formidabiles ultra humanum modum, nigris & demissis tunicis, in ueste lugubri funestaq; barba capilloq; summisso, horribili facie. qui quum uoce gestuq; ad se ipsos aduocarēt, ac iam propè illexissent, ingēte interrim corporis mole, lōgè humana maiores apparuerunt: atq; alius specie nō absimili nudus, mirificos edidit saltus, gestusq; indecoros. Quo spectaculo consternati fugam hi cepēre: uiāq; arduam & præcipitem emensi, uix rustici demum uile hospitium, ubi diuerterent, inuenēre.

Idem Alexander eiusdem argumenti historias describit lib. 4. in hæc uerba: Nuper amicus meus summus, ingenio & fide singulari, rem diestū admirabilem sibi euenisse narrauit, eius ueritatem multorum comprobans testimonio: se uidelicet; cū apud sibi familiarem & coniunctissimū Neapoli diuerteret & nocte intempe-

Tres uisi demones.

*Genial. dier.
lib. 4. ca. 19.*

*De iuuenepa-
rentibus im-
morigero. &
ab illis execra-
to, in signe-
xemplum.*

sta hominis in uia clamantis, opemq; imploran-
tis uocem audisset, accenso lumine accurrisse,
quid rei esset inquisitū. ibiq; dæmonem & dirū
quoddā numen tetra & horribili specie conspe-
xisse, quod iuuenem uociferantem & reluctan-
tem in uia infestis manib. inuadere nitebatur.
Ad hunc propè accedentem miser ille accurrit,
uestemq; & manum quā potuit tenacissimè
apprehendit: multūq; & diu frustra reluctatus,
inuocato numinis diuini auxilio, uix tandem à
dæmone se uindicat. Quum uerò iuuenem ani-
mo turbatum in domū recepisset, ut ab ipso di-
mitteretur, aut pallium relinqueretur, nunquā
potuit effici: tantus enim illū inuaserat horror,
ut mente euita sui non esset cōpos, quū illi per
petuò ob oculos uersari uideretur illa species.
Vbi tandem ad se rediisset, rem omnem quo pa-
cto habuerat, exposuit. Fuerat aut sceleratæ ui-
tæ, contēptor Dei, & parentibus immorigerus:
quos tunc obiurgarat, contumeliasq; & intole-
randa probra in eos cōgesserat, ut ab illis conse-
cratus diris execrationibus abierit. At ne cui
hæc uana fictaq; appareât, Thomas monachus,
homo minimè malus, cuius fidem probitatēq;
in rebus non paucis expertus sum, seriò mihi re-
tulit, quum in monasterio & sacris ædibus, sitis
in Lucanis montibus, eum pluribus altercatus
fuisset, & post multa cōuicia rixasq; animo per-
turbato solus secessisset per nemora, se speciem
hominis uultu tetro, aspectu deformi sæuoq;
nigra barba, promissis tunicis, obuiam habuis-
se. qui rogatus, quid solus per deuia oberraret
locat

*Monacho de
mon apparet.*

loca? respondit, Se equū, quo uehi solet, amisisse, & sua opinione in proximos excurrisse campos: cūq; per sinus inuios equū unā quęsitū pergerent, ad riuulum in cuius alueo gurgites latebant formidabiles, deuenerūt. Quare monachū calceos exuentem in faciliorem transitum, magnopere urgebat alter, ut in ipsius conscenderet humeros, transferendus ab eo qui maior erat corpore. ille acquiescēs, collumq; amplexus alterius uada inquirentis, pedes ipsius non humana, sed tetra & deformi specie cōtuetur. Quare animaduersa, terrore perculsus, diuinam implorat opem: atq; euestigiō dæmonem & simulachrum illud dirum, audita inuocatione diuina, murmare querulo & turbine usque adeo ualido profugisse asseuerat, ut imminentem quercum ingenti colliserit impetu, & infractis ramis radicitus euerterit: se autem consternatum, & uelut exanimem diu iacuisse: & nisi preuidisset, diabolum in uorticēs & uoragines fluuioli prealtas ipsum præcipitaturum fuisse, atq; interempturum, persuasum habet.

Sed præ omnibus quæ audiuerim aut uiderim, res est admiratione digna, quā recenti memoria euenisse Romæ comperimus. Quū apud Gabios quidam infimę sortis & obscuris natalibus adolescens, furiosus, corruptorum morum & facinorosæ uitæ, parentem obiurgasset, conuicijsq; proscidisset, ijs agitatus furijs dæmonē inuocat, cui se deuouerat: Romāq; meditatur; ut grauius aliquod flagitium in patrem moliretur. In itinere dæmonē facie hominis truculen-

ta, sordida barba & capillo, uesteque obsoleta & squalida obuiam habuit: qui comitatus, tristitiæ & anxietatis causam ex iuvene percunctatur. Hic, sibi quid altercationis fuisse cum patre, & scelus aliquod iam animo constituisse respondit. Cui dæmon, sibi eandem obuuisse sortem ait, pergendumque ut suas simul ulciscantur iniurias. Cumque nocte appetente ad urbem peruenissent, in proximo diuerterunt hospitio, unaque incubuerunt. Iuuenis uero somno oppressi iugulo manus inijcit pestilens ille comes: quod iam infregisset, nisi alter expergefactus Deo supplicasset. Vnde furiam illam teterrimam tanta uis stridula & impetu cubiculum dicitur exeundo collisisse, ut tigna & tectum diruerit, tegulasque penitus perfregerit. Hoc spectaculo perterritum & ferè mortuum adolescentem, uitio sitatis & antea actæ uitæ pœnituit: qui alio afflatus spiritu, perosus scelera, boni exempli uitam procul à populari tumultu egit. Hæc Alexander.

A dæmonio exagitatus iuuenis parentibus immorigerus, resipiscit.

Tibicen quidam Hammelæ ad eliciendos glires cōductus, sequenti rependit facinore ingratitudinem, cum illi ex pacto nō satisfieret. Nam anno millesimo ducentesimo octagesimo quarto, die uicesimo sexto Iunij, hunc tibicinem Omnicolorem nuncupatum ob uestis uarietatem, centum & triginta pueri Hammelæ nati sequuti sunt, & Caluarię sub monte Koppen dicto perierunt. Vnus superstes relictus narrauit, En dæmonem tibicinem sanguinarium.

Platina de uis.

Sunt item qui referunt, episcopum quendam die in solitudine uidisse Benedictum octauum pontificem

pontificem 151. post mortē equo nigro infidentem: eumq; interrogasse, quid causæ esset, cur mortuus equo nigro ueheretur? tum Benedictum hominē rogasse, ut pecunias quas occultauerat (locum indicat) pauperibus suo nomine erogaret: quæ antea datæ fuerant eleemosynarum nomine, nihil ei profuisse, quia ex rapinis partas constabat. Facit mandata episcopus: & statim episcopatu se abdicat, monasticam amplexus uitam. Legitur etiam, pontificem Benedictum 9. anno 1056. à diabolo in sylua iugulatum fuisse, uisumq; postea ab heremita horribilē hirsutūq; uelut ursum capite asinino. Rogatus metamorphoseos huius causam, respondit: se talem apparere, qualis uixisset. Id genus similia, & alia tum uetera tum recētia terriculamentorum ludibriorumq; diabolicorū testimonia, possem recensere multa: at quū ea infinita multifariaq; sint, & cuius obuia, cognitaq;, ijs longiori enarratione immorari, superuacaneū existimo: potissimū, quoniā multiplicem eius argumenti historiam, commodiori occasione sequentes suppeditabūt libri. In Vitis patrū quoque, ut D. Martini, Antonij, Eulogij, atq; aliorū exempla extant nō pauca. Inter alia legitur, monachū quendam ἀναχορίτην, habuisse patrem non procul degentem: qui filium inuisurus, securim comportabat, qua in reditu ligna domū conferenda cēderet: quare dæmon in angeli specie huic apparuit monacho, diabolū in patris forma cū securi aduentare, ut eū iugulet, nunciās, affirmansq; se ea causa præuenire admonitum

*Benedictus
8. pontifex e-
quo nigro
post mortem
uectus.*

*Nauclet. 2. ge-
nerat. 35.*

*Seuer. Sulpit.
in uita Mar-
tini lib. 1. ut ē
in uita Cle-
mentis.*

eremitam, ut is satanæ conatus præuerteret, prius illum occidens, quàm ab eo interficeretur. Itaque ratus patrem accedentem salutantemq; esse diabolum, confestim illum interemit, & uicissim monachum dæmon euestigiò strangulat. Fabula esse uidetur: si tamen uera sit historia, diabolum spiritum non alio conuinci oportuisse gladio, quàm spirituali, ignorauit monachus.

Huc apparitionum & figmentorum sathanicorum ingentia possent conuehi plaustra ex libro Conformitatum, ob conformitatem B. Francisci cum uita Domini nostri Iesu Christi, sic inscripto à fratre Bartholomæo Pisano, approbatoq; à fratre Henrico ordinis fratrum Minorum generali ministro, anno millesimo trecentesimo octuagesimonono, secundo Augusti, ac impresso Mediolani apud templum sancti Satyri anno millesimo quingentesimo decimo, finitoq; die decimo Aprilis: hic Alcoranus Franciscanorum alicubi nuncupatur. In eo legitur, dæmonem per mulierem Rauennatem nomine Zantefem, confessum fuisse cuidam Iacobo presbytero Bononiensi, Franciscum occupare Luciferi cathedram: eundem quoque Iesu Christi esse uexilliferum, atque ea ratione Regi proximum, nec ullum ecclesiasticum ordinem esse Christo uiciniorum cætu Franciscanorum, & Franciscum gloriose latus Regis regum claudere: sedere item supra omnes cœli sanctos, excepta Dei matre, S. Ioanne Baptista, & Ioanne Euangelista, & Apostolis.

lis. Mirum est cognouisse satanam, Franciscum in eius successisse locum, & illum in cœlis seruari ordinem, quum à lapsu reuocare eò gradum nequiverit. At id ipsum uisione obseruasse Rudolphum episcopum Erfurtensem, factum eo nomine monachum gregis Franciscani: duos item ciues Venetos hoc uidisse scilicet, uelut & fratrem Pacificum extasi in cœlos raptū, alibi in eodem ueritatis opere narratur. Legendā item antiqua asseuerat, monachum expulisse dæmonem, qui de Francisci sanctitate rogatus, respondit: nato Francisco, mox metu tanto fuisse perculsum uniuersum illud dæmonum collegium, tamq̃; graues turbas motas, ut extremum adesse diem fuerint ueriti. Quum uerò hic se falsos uiderent, inter sese dicebant, puerum certè natum esse, qui Auerno grauiter turbato, horrenda nos clade afficiet. Quare Beelzebub princeps eueltigò in omnem terram suos ablegat inuestigatum, ubi nam locorum hic puer mundo apparuisset. Tandem intellexêre, Franciscum esse hunc, quem nimis coarctaturum Tartara, habuerunt persuasissimum. quocirca ut è medio tolleretur, infanti insidiabantur: sed frustra. Angelus enim Domini in peregrini forma uenit ad Francisci matrem, domusq̃; famulam, præmonitum ut ob diaboli insidias singularis haberetur pueri ratio. Quare dæmones indignanter dixêre: Esto, si Franciscus tolli nequit, eius tamen ordinem persequemur, uexabimus & affligemus.

2. Pet. 2.

Visionis au-
thor manife-
stus.

Alibi adhęc in dicto uolumine scribitur, satanã ex obsessa fœmina fassum esse, quum Christus deum patrem festinare uideret ob populi peccata ad extremam mundi punitionem finemq; eũ rogasse patrem, ut Franciscũ sibi adiungeret, in portãda cruce manus auxiliatrices subministraturũ. Inde in Frãcisco apparuere quinq; uulnerũ stigmata, à Christo illi, ut suo coadiutori & in omnib. ipsi simili impressa. Sed ne ultra clesydra in hac narratione morer, manũ de tabula.

De studijs dæmonum pauca Patrum sententiæ, cur hominum corporibus se immergere cupiant, & quomodo eam sortiantur potestatem, & quare eos hominibus aduersarios constituerit

Deus. Cap. 14.

VT porrò latius dæmonũ innotescant studia, citiusq; finiã, adhuc paucas huc spectantes, nec ad nostrã institutionem inidoneas Patrum sententias obiter annectere placuit. Amare, docet D. Clemens, immũdos spiritus, inherere corporibus hominũ, ut ipsorum ministro cupiditates suas expleat: & ad ea quę ipsi desiderant, inclinantes animæ motus, suis eos parere libidinibus cogant, ut efficiantur ex integro uasa dæmonũ. Et li. 4. Dæmones habere de fideriũ immergendi se corporibus hominũ, hęc causa est. Spiritus sunt, habentes propositũ conuersum ad maliciã: per cibos ergo & potus immoderatos ac libidinẽ, perurgent homines ad peccatũ, eos tamen qui peccandi propositũ gerunt: qui dum uidentur naturæ necessaria uelle comple-

*Lib. 2. recog.
Cur hominũ
corporibus se
immergere cu-
piant dæmo-
nes.*

*Quomodo in
corpora ingre-
diendi. Loci 5
datur dæmo-
nibus.*

complere, nō tenentes modum per luxū, ingrediendi in semetipfos dæmonibus faciunt locū. donec aut naturæ mensura seruetur, & modus legitimus custoditur, Dei clementia ingrediēdi in homines non eis tribuit facultatem. Vbi uerò aut mēs ad impietatem declinauerit, aut corpus immoderatis cibis & potibus adimplebitur, tanquam uolūtate & proposito eorū qui se ita negligunt inuitati, quasi aduersum eos qui à Deo positā legem soluerint, accipiunt potestatem. Et post: Dæmones quantū uiderint fidē in homine crescere, tantū ab eo refugiunt. Si tamē in aliqua infidelitatis parte resederint, cū tempus inuenient, cogitationes subijciunt cordibus hominū: & illi nescientes unde hæc ueniant, suggestionibus dæmonū quasi animæ suæ sensibus credunt. Suggestunt ergo alijs, occasione corporeæ necessitatis delicias sequi: aliorū iracundiam excusant per abundantiam fellis, aliorum insaniam nigri fellis uehementia colorant, sed & stulticiā quorundam ob phlegmatis multitudinem extenuant. Quod etsi ita esset, tamen hæc singula molesta esse corpori nō possent, nisi ex ciborū, potuumq; redūdantia: qui cū iusto amplius sumuntur, abundantia eorū quam decoquere naturalis nō sufficit calor, crudescit in uenenū quoddam: idq; in uisceribus uenisq; omnibus sentinē in modum redundans, motus corporis insanos reddit, & turpes. Cyprianus in serm. 2. de zelo & liuore: Circuit ille nos singulos, & tanquā hostis clausos obsidens muros explorat & tentat, an sit aliqua pars membrorū

*August. sibi
per homil. 3.*

90 De præstigijs dæmonum

minus stabilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices, & faciles uoluptates, ut uisu destruat castitatē. Aures per canorā musicam tentat, ut sonus dulciori auditu soluat & molliat Christiāni uigorē. Linguā ad conuiciū prouocat, manus iniurijs lacessentib. ad petulantia cedis instigat. Ut fraudatorē faciat, lucra opponit iniusta: ut animā pecunia capiat, ingērit perniciofa cōpendia: honores terrenos promittit, ut cœlestes adimat: ostēdit falsa, ut uera subripiat. Et quū latēter nō potest fallere, exertē & apertē minatur, terrorē turbidę persecutionis intentās, ad debellādos Dei feruos inquietus semper, & semper infestus. in pace subdolus, in persecutione uiolētus. Idē epist. 8. l. 1. Vitate linguā diaboli uenenatā, qui ab initio mūdi fallax semper & mēdax, mētitur ut fallat, blāditur ut noceat: bona promittit, ut malū tribuat: uitā pollicetur, ut pimat. Lucent nūc quoq; uerba eius, & uenena manifesta sunt: pacē pollicetur, ne perueniri possit ad pacē: salutē promittit, ne, cui promittit, ueniat ad salutē: Ecclēsiā spōdet, quū id agat, ut qui illi credit, in totū ab Ecclesia pereat. In tract. de Idolorū uanitate, ubi de Romanorū dijs & de dæmone Socratis quoq; agitur, hæc legūtur: Spiritus insinceri & uagi, q̄ posteaquā terrenis uitijs immersi sint, & à uigore cœlesti, terreno contagio recesserūt, nō desinūt perditū perdere, & deprauati errorē prauitatis infundere. Docet Augustinus, illos spiritus q̄ decipere uolūt, talia procurare cuiq;, qualib. irretitū eū per suspensiones & consensiones eius uideāt. Rectē itaq; Lactantius: Illicita, inquit,

lib. 2. de doct.
Christi. ca. 24.

inquit, desideria immittit dēmon, ut aliena cōta
 minēt, quib. habere, ppria sine delicto licēt. Ob
 ijcit quippe oculis irritabiles formas, suggerit-
 que fomēta, & uitijs pabulū subministrat: tū in-
 timis uiscerib. stimulos omnes cōturbat ac cō-
 mouet, & naturalē illū incitat atq; inflammat ar-
 dorē, donec irretitū hominē implicatūq; deci-
 piat. Eadē sensit & prodidit Athenagoras philo-
 sophus Christianus: *ὅταν ὁ δαίμων ἀνδρὶ προσκίνηται*
καὶ, τὸν νοῦν ἰβλαψῆι πρῶτον: Si quādo dēmon cuipiā cō-
 paret mala, mentem labefactat prius. Tatianus
 scriptū reliquit ad Gētes in Apologetico: *δαίμο-
 νες εἰς πολλὰ καὶ κέρει φοιτῶντες, τὰς μνημόνων παρ' ἑμῶν
 ψυχὰς διὰ ἀγνοῶν καὶ φαντασιῶν ἱξηπατύλασι*. Dēmones,
 ait, in multū scelus prolapsi, animas apud nos
 initiatorū p̄ inscitias & apparentias deceperūt.
 Proinde uoluit Deus (authore Lactātiō) qui
 homines ad hāc militiā genuit, expeditos in ac-
 cie stare: & intētis acriter animis, ad inuisibilis
 hostis insidias uel apertos impetus vigilare: qui
 nos, sicut periti & exercitati duces solēt, uarijs
 captat artibus, pro cuiusq; natura & morib. s̄-
 uies. Alijs enim cupiditatē insatiabilē immittit,
 ut opibus suis tanquā cōpedibus illigatos, à uia
 ueritatis excutiat. Alios inflammat iræ stimu-
 lis, ut ad nocendum potius intentos à Dei con-
 templatione detorqueat. Alios immoderatis li-
 bidinibus immergit, ut uoluptati & corpori ser-
 uietes, ad uirtutē respicere nō possint. Alijs ue-
 rò inspirat inuidiā, ut suis ipsi tormētis occupa-
 ti, nihil aliud cogitēt, nisi eorū quos oderint fe-
 licitatē. Alios inflammat ambitionibus. Ii sunt,
 qui

*Li. 6. de uero
 cultu. ca. 4.*

qui ad gerendos magistratus omnem uitæ suæ operam curamq; conuertunt, ut fastos signent, & annis nomen imponât. Quorundâ cupiditas tendit altius, non ut prouincias temporali gladio regant, sed ut infinita & perpetua potestate dominos se dici uelint uniuersi generis humani. Quos aut̃ pios uidet, inanibus implicat religionibus, ut impios faciat. Iis uerò qui sapientiam querunt, Philosophiâ in oculos impingit, ut specie lucis excæcet, ne quis comprehendat aut teneat ueritatē. Sic hominib. obstruxit aditus omnes, & obsepsit omnes uias publicis latas erroribus: quos ut discutere possemus, ipsumq; authorem malorum uincere, illuminauit nos Deus, & armauit uera cœlestiq; uirtute. Et in proœmio de Opificio Dei: Ille colluctator & aduersarius noster, scis quàm sit astutus, & idē sæpe uiolētus. Is hæc omnia quæ illicere possunt, pro laqueis habet: & quidē tā subtilibus, ut oculos mētis effugiât, ne possint hominis prouisio ne uitari. Eius cibus est ebrietas, inq̃ Hieronymus, luxuria, fornicatio, & uniuersa uitia. Hæc blâda sunt, & lasciua, & sensus uoluptate demulcēt: statimq; ut apparuerit, ad usum sui puocât.

*In epist. ad
Damasum.
Cibus diaboli.*

*Lib. de opif.
dei ca. 19. 20.
Quare demonem hominibus aduersarium cōstituit Deus.*

Hunc autē, Lactantio teste, constituit hominī Deus aduersariū, nequissimū & fallacissimū spiritū, cum quo in hac terrestri uita sine ulla securitatis requie dimicaret. Nam ut uictoria cōstare sine certamine non potest: sic nec uirtus quidem ipsa sine hoste. Ita, quoniã uirtutem dedit homini, statuit ei econtrariò inimicū, ne uirtus torpens naturam suam perderet. Noluit enim

nim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire.

Nomina diaboli, ipsius studium prodentia, quibus nuncupatur in sacris literis. Cap. 15.

SVa uerò nomina, aptè ipsius studium & fabricam prodentia, sortitur diabolus tum alibi, tum maximè in sacrosancta Scriptura: quæ hic recensere lubet, ut præter nomēclaturas supra recitatas copiosius, quibus Deum mentiebatur satan, eiusq; sibi honorem assumebat, denominationibus nunc his, qualis est affectu & opere, cognoscatur plenius. ipsa siquidē nominum diuersitas, diuersa illius uitia commōstrat, cui nomina mille, mille nocendi artes: ne quis præter ordinem, nouum hic dæmoniacorū nominum catalogum contexi arbitretur.

Elephas ubi in Iobo describitur, Behemoth uocatur, id est bruta, ut Græcis frequenter *βῆμα*. Et quidē plurali numero, designatur eius uastitas. Sub allegoria uerò elephantis, satanę potentia docetur. Behemoth (respondens Dominus è turbine, ipsi Iobo inquit) fœnum comedat ritu bouis: hoc est, paleas igne comburendas. Ecce uirtus eius existit in lumbis eius, & robur illius in umbilico uētris sui. Illecebris enim uenereę uoluptatis, quę circa lumbos & umbilicum præcipuè sentitur, frequenter impugnat. Ossa eius uelut fistulæ æris, & cartilago eius quasi lamina ferri. Ad duritiem diaboli ista referuntur; quoniã à malicia, quam semel amplexus est, nequit dimoueri, ære & ferro obduratior. Quem
arbuta

Behemoth.

Iob. 40.

Dæmonū nomina, ipsorū studia prodentia.

94 De præstigijs dæmonum

arbuſta tegūt umbra ſua. Hoc illud eſt quod in

Pſal. 9. Pſal. legitur de impio: Sedet in inſidijs in occul-
tis, ut interficiat pauperem, dum attrahit eum.

Leuiathan. De Leuiathan idem ferè alijs uerbis prædica-
tur, quod de Behemoth: & uis naturę dæmonia
cæ exprimitur, ſupra modum potens atq; uerſu-
ta: quæ utiq; cunçta humana ſubuerteret, niſi dī
uini arbitrij habenis coerceretur. Vide integrū
Iobi caput 40 & 41. Sonat autē Leuiathan, ſibi
traditus, uel appoſitio: qui uerbo Dei & rebus
quibuſcunq; addit. Eſaiæ 27. Iob. 3.

Aſmodæus. Aſmodæus, ſpiritus uel deus cęcitat̄is, deſtru-
ct̄or, diſſipator, aut delicti abundantia, uel pec-
catum abundās, ſiue ignem menſurans. Tob. 3:

Mammona. Mammona, uoce Syriaca, cupiditas pecunię,
aut diuitiæ: Matt. 6. His ille imprudentiū men-
tes implicat, ne Deo ſeruire queant, cū mam-
monæ cœperint famulari.

Diabolus. Diabolus Græcis, calūniator. Matt. 4. Ioan:
8. Apocal. 12. & alibi ſæpius:

Dæmon. Dæmō & Dæmoniū, ſciēs, callidus, & multarū
rerū peritus. Matth. 8. Iac. 2. ἀπὸ τοῦ δαίμο, ſcio. Plato
quoq; in Cratylo arbitratur ex Heſiōdi ſentētia,
dæmones quaſi *δαίμονες* dici, hoc eſt prudētes &
ſcientes. Sic autē eos dici ob terrorē, uult Euseb.

Cacodæmon. Cacodæmon, peruerſè ſciens. Quoſcunq; ue-
tuſtas deorū cultu uenerata eſt, omnes *κακοδαί-
μονες* fuiſſe, author eſt Porphyrius. Dicitur &
malus dæmon: & dæmon *βαβυλώνας*, id eſt no-
centiſſimus, in Sympoſio ſeptem ſapientum.

Satan. Satan, Hebræis aduerſarius, qui obſiſtit atq;
obturbat. Iob. 1. 2. Zachar. 3. item Satanaſ. Matt.
12. Marc:

12. Marc. 1. Apocal. 12.

Abaddon Hebraicè, perditor, aut perdens: *Abaddon*
Græcè ἀπολλύων, Apoc. 9. *ἀπολλύων.*

Principatus, potestates, mūdi domini, rector
res tenebrarū huius seculi, spirituales astutię in
cœlestibus, à Paulo inscribūtur hi spiritus: Eph.

Legio, quia multi sunt: Marc. 5. Luc. 8. (6.

Itē, Princeps cui potestas est aeris, qui est spi
ritus nūc agens in filijs contumacibus: Eph. 2.

Deus huius seculi, sensus incredulorum ex
cæcans. 2. Corinth. 4.

Princeps huius mundi: Ioan. 8. 12. 14. Habens
mortis imperium. Heb. 2. Qui seducit totum ter
rarum orbem. Apoc. 12.

Spiritus mundi. 1. Corinth. 2.

Rex super uniuersos filios superbię. Iob. 41.

Celsitudo quę tollitur aduersus cognitionē
Dei. 2. Corinth. 10.

Spiritus Dei, spiritus Dei malus. 1. Reg. 16.

Spiritus malus. 1. Reg. 16. Act. 19.

Spiritus ad uindictā creati, qui in furore suo
confirmauerunt tormenta sua, & in tēpore con
summationis effundent uirtutem: & furorem
eius qui fecit illos, confundent. Eccles. 39.

Aduersarius noster diabolus, qui ut leo ru
giens obambulat, quē deuolet inquirēs. 1. Pet. 5.

Homicida ab initio, qui in ueritate non per
mansit: mendax, & pater mendacij. Ioan. 8.

Author peccati. 1. Ioan. 3.

Spiritus qui nōn confitetur Christum in car
ne uenisse, spiritus Antichristi. 1. Ioan. 4.

Spiritus Aegypti, & uertiginis, qui fecit erra

re Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & uomens Esaia 19.

Spiritus Pythius, uel diuinationis. Leuit. 20.

Spiritus mendax. 3. Reg. 22.

Spiritus immundus. Luc. 11.

Spiritus impostor. 1. Timoth. 4.

Spiritus dæmoniorum. Apoc. 16.

Spiritus mutus & surdus. Marc. 9.

Spiritus iræ. Iob. 4. Psal. 17.

Spiritus soporis. Esaia 29.

Spiritus timoris. 2. Timot. 1.

Angelus Domini. Psal. 34. Ita uult Hieronymus. 1. Paral. 21.

Angelus uel nuncius satanæ. 2. Corint. 12.

Angelus crudelis. Prouerb. 17.

Angelus abyssi. Apoc. 9. Habes iram magnam.

Apoc. 12.

Accusator sanctorum fratrum. Apoc. 12.

Loliorum seminator. Matt. 13. Marc. 4. Luc. 8.

Malus. Ephes. 6. 1. Ioan. 2. Malus ille. Matt. 13.

Quoniam omnium scelerum princeps est, & inuentor, per excellentiam uocatur *ὁ πρωτεύων*.

Inimicus. Luc. 10.

Inuidus. Sapient. 2.

Meretrix Babylonica, bestia habens septem capita, &c. Apoc. 13. 14. 16. 17. 18.

Abominatio desolationis. Matt. 24. Dan. 9.

Venator: illius astus, laqueus: timor nocturnus, sagitta uolans in die, pestis in tenebris graffans, exterminium meridianum. Psal. 90.

Volucres cæli. Mart. 13. quia semine uerbi Dei, quod in duro solo & nullo cõpunctionis uomere proficisso

proscisso cecidit, rapiunt protinus, & absumūt.

Aspis & basiliscus illis dicitur, quos primo congressu superat: aspis quippe morfu, basiliscus aspectu statim perimit. Psal. 90.

Leo, quia aperto Marte nos inuadit ut dilaniet: Draco, quia occultè nobis insidietur, uiro so afflatu perdens. Esaiæ 13. 34. Psal. 90. Apoc. 16. 20. Viro autem iusto promittitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

Draco magnus, Apoc. 12.

Serpens, scorpio: Genes. 3. Luc. 10. Mera enim uenena sunt, quicquid diabolus suadet.

Vnde tamen suos liberat Saluator dicens: Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones.

LUCA 10

Serpens antiquus, Apoc. 12.

Serpens tortuosus, Esaiæ 27.

Ohlim, onocrotalus, ericius, ibis, coruus, struthio, onocentaurus, satyrus, lamia, miluus, alulæ uel zijm Hebraicè. Esaiæ 13. 34. Perdix, malleus, thaninim: Hieronymus in epistola ad Damascum.

Locustæ similes equis in prælium paratis, quia feroces dæmones: & super capita earum tanquam coronæ similes auro, quia superbi: facies earum uelut facies hominum, & capilli sicut capilli mulierum, quia utriusque sexui insidiatur: & dentes quasi leonum, quia quos uiderint, perimunt: loricæ sicut loricæ ferreas habent, quia in malicia obduruerunt: alis perstreperunt, quia uelociter omnia permeant: caudas

g scorpio.

scorpionum aculeatas gerunt. quia unus eorum finis est nocendi hominibus. Et habent super se regem, angelum Abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon. Apoc. 9.

Greg. lib. 14. Iumentum ijs quos luxuria inflamat, auis
Moral. ijs quo: superbia euehit.

Diaboli membra & expressæ imagines. Plerisque tamen hisce nominibus satanę quoque membra nuncupari possent: uelut Ioannis sexto, Iudas diabolus à Christo nominatur. Sunt & eius figuræ imaginesque expressę, Pharao, Antiochus, rex Babylonis, Assur, & omnes impij.

Nomina dæmonum ex actionis uarietate apud Ethnicos: distincta quoque ex officijs apud Latinos: dæmonum poetorum nomenclaturę, ternistratores, uirunculi terrei & montani, dæmones familiares, Sibylle albę, atque quorundam gentilitiorum dæmonum nomina.

Cap. XVI.

DIuersè, adhęc pro actionis uarietate frequenter Ethnici dæmonio commutauerunt nomina. ut quod uarijs formis aut spectris sub meridiem, quando inferis parentatur, calamitosis iubente Hecate obuersatur, *ἑκατα* nominant: quemadmodũ Aristophanis interpret docet. nominis ratio est, quia uno incedat pede ut Eustathio placet: uel (ut alijs) quia alterum pedem habeat æneum. Id genus terriculamenta dicuntur quoque à Gręcis Hecatę, quod ab Hecate immittantur.

De spiritibus quoque alijs Suidas in dictione: ἑκατα.

Hecatę dicitur.

ἑκατα etiam uocant, quod terrorem incutiat
repre-

representatione uel imitatione. Erant & dæmo-
 nes quidam Dionysiaci, asperi & immites: sunt
 quos *λεβήτες* nuncuparūt, quasi dicas ludificato- *λεβήτες.*
 res Qui uerò dēmon interuertere & elidere res
 bonas ac salutare, calamitates autē & incom-
 moda tum inferre, tum si impenderēt, maturare
 atq; in capita nostra cogere, & uelut p̄ præcep-
 s agere, omninoq; ad scelera & flagitia ppellere,
 indeq; in discrimina uitæ adducere, uel in subi-
 tum præcipitare exitiū putabatur, *ἀλιτήριον, πρῶτος*
πῦλον, παραμυσιον, & δαίμονα λεβήτα τὸς ἀφας appella-
 rūt antiqui. Qui ad uitæ tædiū & dispendiū ur-
 gent demones, *παρίδρι*, assessores illis uocantur. *παρίδρι.*
 Diabolicam uirtutē, cuiusmodi fuerat in Simo-
 ne mago, paredrum dici, annotauit Eusebius: &
 sic deinceps.

Ex officijs quoque dæmones distinxêre
 Latini. ut hi qui regionum administrationi præ-
 sidere censentur, antè recitati, Penates dica-
 tur: qui pacatius ædes possident, Lares: aut si
 quando exterreant, domosq; incursionibus in-
 festent, Laruæ. Qui autem nobis singulis desi-
 gnati sunt, genij mali: item manes, quos Græci
 Heroas indigitarunt: & iracundos occursanti-
 busque infestos fuisse, Menander signat. Hos
 Lemures Latini ueteres appellare solent, Italis
 Folleti dicuntur, & Empedusæ.

Dæmones ficticij & poetici, ut Matuta, Ocea-
 nus, Galacia, Phorcis, Saturnus, Opis, Iupiter,
 Iuno, memoratur à Platone in Timæo, à Marco
 in lib. de Vniuersitate. Ternistratores dicuntur
 etiam dæmones, quòd triplici calle ad animarū

Penates.
Lares.

Laruæ.
Genij mali.
Manes.
Lemures.
Folleti.
Empedusæ.

Dæmones poe-
tici.

Ternistratores,
res.

properent interitum: uerbo nempe, cogitatione, & opere.

Terrei uirunculi:

Sunt ex Larum & Laruarum familia, qui uulgò nostrati dicuntur terrei uirunculi, iam detectis nonnihil manifestis dæmonum imposturis infrequentiores quàm olim. Horum duplex genus. Sunt enim aliqui mites, meritò Lares familiares nuncupandi, qui in domibus concubia potissimùm nocte uersantur, atque ministrorum munia peragere, auditui apparent, descendere scilicet è gradibus, ostia aperire, struere ignem, haurire aquam, cibum & quæcunque alia cuique domui consueta apparare, quum prorsus nihil faciant. Horum plerique rerum quoque futurarum ex occultis indicijs præscij, ea quæ paulo post comperimus perfici, antea administrare audiuntur: ut etiam breui adfore mercatores signis prænuncient, qui merces uenales sint ablaturi. Id quod aliquoties in ædibus parentum Theodori & Agnetis (quorum Deus pro ineffabili sua misericordia meminerit in resurrectione iustorum) obseruauit puer, admodum territus, unà cum fratribus Arnolde & Matthia: ubi quum in tabulato ingens lupuli asseruaretur copia, si quando uenturi essent emptores, præcedenti nocte per gradus deiici eo modo audiebantur sacci, quo ueritatem subsequens ostendebat dies. Omen id ut faustum, plausu semper excipiebatur. Quum enim de rebus suis statuunt mercatores, aliquò mercium causa profecturi, de ijs antea loquuntur, ingredi que se earum

rum nomine iter fatentur. Quod intelligens diabolus, sua his ad quos contendunt mercatores antè ostendit ludibria, quàm illi adueniant. Tempus siquidem suppeditat locorum distantia. Ita & prænouisse & prænunciare uidetur de mon, quæ iam fieri cœpta sunt. Alij tetrici sunt, familiam quocunque modo uel turbantes, uel exterrentes. Hos dæmones etiam in subterraneis, ut Theologis placet, substantiarum numero habitos, in quibusdam uersari fodinis, tradit uir eruditissimus ac metallicarum rerum inuestigator acerrimus, Georgius Agricola: truculenti autem & aspectu terribiles, plerunque metallicis infesti atque inimici sunt. Talis fuit Annebergius ille, qui operarios duodecim amplius flatu interfecit in specu, qui Corona rosea appellatur: eo nomine relictus, quantumuis argento diues esset. Flatum uerò emittebat ex rictu. equi enim specie, habentis procerum collum, & truces oculos, dicitur uisus. Eiusmodi etiam fuit Snebergius, nigro cucullo uestitus, qui in fodina Georgiana operarium è solo sublatum, in superiore loco maximæ illius concauitatis quondam feracis argenti collocauit, non sine corporis attritu. Quæstuosam admodum fodinam deserere apud Turcas cogebatur Iudæus à dæmone metallico, hominibus frequenter in forma capræ aurea cornua gerentis apparente. Psellus certè, cùm sex genera dæmonum definiat numero: hoc ceteris peius esse dicit, quòd ipsi amiētui sit crassior materia. Quidam philosophi hos & similes dæ-

Tetrici familiares dæmones.

In lib. de animant. subterraneis.

Annebergius dæmon.

Snebergius dæmon.

mones, qui nocentes sunt, & naturâ improbi, nominant brutos, & rationis expertes. At sedatos illos Germanorum alij, ut etiam Græci,

Cobali. Cobalos uocant: quod hominum sunt imitatores. Nam quasi læticia gestientes rident, & multa uidentur facere, interim nihil planè effici-

Virunculi montani. faturam significantes, qua plerunque apparêt: nempe nani, tres dodrantes longi. Videntur autem esse seneciones, & uestiti more metallicorum, id est, uitteto indusio, & corio circum lumbos dependente induti. Hi damnum non solent dare metallicis, sed in puteis & cuniculis oberrant: & quum nihil agant, se tamen in omni laborum genere uidentur exercere, quasi modò fodiant uenas, modò id quod effossum est in uasa infundant, modò machinam uersent tractoriam.

Quanquam uerò interdum glareis operarios lacessunt, rarissimè tamen eos lædunt. Nec lædunt unquam, nisi prius ipsi cachinno aut maledicto fuerint lacelsiti. Itaque non admodum sunt absimiles dæmonibus, tum his qui rarò hominibus apparent, quum quotidie partem laboris domi perficiant, & curent iumenta: quibus quòd nostri causa benignè faciant, generique hominum sint, aut saltem uidentur esse amici, nomen imposuerunt

Guteli. Germani (Gutelos siquidem appellant:) tum Trullis uocatis, quos sexu tam mulieris quàm uiri ementito, cum apud alias nationes, tum maximè apud Suionas in famulatu fuisse ferunt. Sed dæmones montani potissimum laborant

laborant in his specub. è quibus metalla iam effodiuntur, uel ea effodi posse spes est. Quocirca à laboribus non deterrentur metallici: sed omen inde capientes, alacriori sunt animo, & uehementius laborant, eosque exoptant.

*Dæmones
militares.*

Familiares quoque referuntur dæmones priuatorum hominum se nutum obseruare simulantes. Tali consiliario fretus legitur Socrates, quem deum appellauit Apuleius: de quo peculiarem huius uidi librum, & Sermone 26 & 27 Maximi Tyrij philosophi Platonici: unde hoc consequutus est, ut nihil suo iuuantem deo, uitæ finem ueneno coactus sit facere: quemadmodum Q. Sertorius, qui certam Dianæ, ut prædicabat, numine afflatam, consultricem habuit, nullo suæ deæ monitu edoctus, domestica fraude perijt. Eadem ratione Numã quoque Romanorum regem, nymphã Aegeriã coluisse, consuluisseque, in memorie proditum est.

Dæmones familiares.

Pueri quoque incorrupti & uiolenter necati animã, adiuramentis ineffabilibus à se euocatã asserere sibi, & per eam omne quod iuberet fieri, iactabat Simo Samaræus. Erat autem familiaris illi diabolus, quẽ pueri animã esse prædicabat, ut diuinitatem suam mentiretur cautius.

*Clem. lib. 2.
Recogn.*

Benedicti tertij pontificis Romani tempore, in urbe Moguntinensi dæmonium quoddam, sub cuiusdam sacrifici pallio, dum aquam lustralem spargeret, quasi familiare esset, latitans, illum accusabat, quod ea nocte cum procuratoris filia concubuisset: ut Sigebertus atque Vincentius tradunt.

Huic numero accensendi dæmones, qui hominibus plerisque peculiaribus tanquam familiaribus, morituri alicuius notas uel gemitu uel strepitu uel pulsatione in claudenda clauis theca futuri cadaueris, siue etiã in commostrando pullato funeris adhuc ignoti, subsequuturi tamẽ comitatu, sub ipsa meridie uel aliàs ostêtât.

Ludibria insuper quædam diaboli ad nostræ ætatis crepundia, ante doctrinam Euangelij, è superstitionum tenebris minus euolutam repurgatamque, in Germaniæ nostræ locis plurimis obseruabantur, familiaria adeò, ut publicæ lemurum (albas mulieres, & Sibyllas albas, uernaculo sermone appellabamus) choræ hoc uel illo loco, celebratæ narrarentur. Eratque hoc laruarum genus apprimè infestum puerperis, & infantibus lactentibus, cunis adhuc inherentibus. Quod etsi olim erat frequentissimum, cum satanæ præstigijs nimium tribueretur, Christoque eius supplantatori ac nostro patrono unico ignauius adhererêt animi, diabolo ludente, ridente, uarijsque artibus, quibus ad se imperitam multitudinem illexerat, impium cultum stabiliente; tamen post puriorem feruentioremque Euangelij prædicationem mentibus hominum insonantem, id usque adeò euanuisse, est quod Deo gratias agamus summas, ut ne leuia quidem eius uestigia uideantur reliqua. Hoc dæmoniorum genus intellexisse apparet Hieronymum, ad Paulam super obitu Blesillæ in epistola sic scribentem: Quid causæ est, ut sæpe bimuli & trimuli, ac u-
bera

*Alba mulie
res.
Sibylla alba,*

bera materna lactantes, à dæmonio corrupantur?

Deumum nūcupatum cacodæmonem ueneratur rex emporij Indiæ celeberrimi Calchut, confusus illi factam à Deo potestatem iudicandi orbis terrarum, & tribuendi unicuique pro benefactis uidelicet & malefactis mercedē meritam. Eius imaginem ut monstrum horrendum ingens, sedentem capite redimito diademate, Romanorum pontificum modo, scribit Ludouicus Romanus patricius regem habere in sacello suo. Hoc autem illi accedit, quod diadema ipsius ternis insignitur cornibus. Deum uerè maximum Tamerani appellant incolæ.

*Deumum**Lib. 1. nauis
gat. cap. 2.**Tamerani*

Agnan uocatum dæmonem nunc hac, nunc alia forma uidere Americos, ab eoque multum infestari, tradit frater Andreas Theuet Angoulesme, in obseruationibus suis in America cap. 35 & 36.

Agnan

Grigri dictum dæmonium apud eosdem in Canada & Guinea, maximè uerò in eorum syluis conspicitur.

Grigri

Habent etiam suos dæmoniorum sacerdotes aut uates, Pages uel Charoibes uocatos; horum aliquis postquam dies nouem ab uxoribus abstinuit, in nouo quodam tuguriolo importatis ad uictum, ut regio fert, necessarijs, mundo lecto à uirgine annorum duodecim strato, totus decumbit solus, semoto populo in uocans dæmonem quem Houioulsira nuncupant, per horæ & amplius spacium, adhibitis suis ceremonijs. Facta deinde inuocatione, dæ-

Houioulsira

hoc est falsi dii dicuntur, qui assumpto diuinę ma-
iestatis nomine, pro dijs coli uolunt, sacrificijs-
que & adoratione honorari: sicut satan ille Mat-
thæi 4. Marc. 1. Luc. 4. eos supra latius recensui.
Secundo habetur loco spiritus mendaciorum:
cuiusmodi fuit ille, qui egressus est spiritus mē-
dax in ore prophetarum Achab. Hoc dæmo-
niorum genus sese oraculis immiscet, & Pythio-
rum uatum diuinationibus ac prædictionibus
homines ludificat. Tertio ordine censentur ini-
quitatis uasa, qui spiritus sunt inuectores ma-
lorum, omniumque artium prauarū: qualis a-
pud Platonem Theutus ille dæmon, qui ludos
& aleam docuit. Vasa furoris, Esa. 13. uasa irę, Je-
remię 50. uasa mortis, David Psal. 7. Quarto lo-
co, ultores scelerum. Quinto, præstigiatores, qui
miracula imitantur, & Magis infamibus male-
ficisque inseruiunt, atque ita populum sedu-
cunt. Sextę classi assignantur aerę potesta-
tes, se tonitruis, fulminibus & fulguribus mis-
centes, corrumpentes aerem, pestilentias & a-
lia inducentes mala. Septimam mansionem
tenent furię, seminatrices malorum, discordia-
rum, bellorum & uastationum. Octauam, cri-
minatores & exploratores. Postremam, tenta-
tores & insidiatores, qui singulis adesse homi-
nibus creduntur, mali Genij idcirco nuncupati.

3. Reg. 22.

Eccles. 39.

Apoc. 13.

Apoc. 7.

Apoc. 9.

Mali genij.

Nolo hic dęmões in igneos, aereos, aqueos,
terreos, subterræeos & lucifugos, in Iouiales,
Saturnios, in oriętales, occidętales, meridiona-
les, septentrionales, in diurnos, nocturnos, me-
ridiāos, in syluestres, mōtanos, cāpestres, domę-
sticos,

Dæmonum
uaria apud
diuersos di-
stinctio.

sticos, cum Psello & reliquis Magis secernere: nec eorum itidem numerum & officia secundū duodecim signa zodiaci, iuxta decurios cœli, quinarios, triplicitates, elementa, planetas, & reliquam Magorum, bonos interim dæmones prætextentium, commenticiam scenam recensere: aut Marci cuiusdam imbibitas ex dæmonum institutione opiniones, à Psello recitatas & creditas, enarrare inquam nolo, hic doctrinæ sacro sanctæ & religionis nostræ (ut in exordio fassus sum) limitibus contentus.

*Dæmonum
differentia se-
cundum phi-
losophos.*

Philosophi, qui dæmones esse crediderunt, trifariam eos diuiserunt. Alij immortales, & omnes malos esse putant, ac imbecilles: ut Psellus, qui cum esset Christianus, Christianorum sententiæ subscripsit: Alij mortales, aliosque bonos, alios malos, potentes, sed qui metu mortis sibi prospicerent. Tertia Platoniorum est discretio, qui eos immortales, potentesque, ac nobis familiares, partimque bonos, partim malos esse affirmant. Omnium adhuc philosophorum is est consensus, naturales esse dæmones, quos Plato ueneficijs, incantationibus, magicæ, γοηταίᾳ, sacerdotumque artibus & oraculis præficit.

*Bonorum &
malorum dæ-
monum di-
stinctio.*

Porro clarè, & Proclo apertius, bonos à malis dæmonibus distinguit Iamblichus de mysterijs: Dij (inquiens) angeli, dæmones boni non apparent phantastico modo, sed proprio prorsus, & uero: at spiritus mali, phantastico, fallaci que, simulant deorum præsentiam, dæmonumque bonorum: idcirco cultorem suum iubent esse iustum, ut ipsi uideantur boni, sicut

ni, sicut & dij. Quoniam uerò natura sunt mali, rogati mala inferre, libenter inferunt, atque nobis ad iniusta conducunt. Hi sunt omnino, qui & in oraculis mentiuntur & fallunt, & turpia consulunt atque peragunt. Dij autem bonique dæmones neque fallunt unquam, neque conferunt ad iniqua. Est insuper malorum natura demorum sibi inconstans, instabilis, secumque disfidens, aliàs alia suadens. Superiorum uerò natura sibi constat assidue, eundemque seruat semper in actione tenorem. Dæmones malos arbitratus est bonos Plato interdum, & Porphyrius, & multi alij Platoniorum. nam Plato suam philosophiam ab Aegyptijs, cæterisque barbaris, Plutarcho iudice, hauserat. Amussis autem qua interstinguuntur spiritus, ita proponitur à Petro apud Clementem lib. 3. *Recog.* Ille qui à malo est, signa quæ facit, nulli profunt: illa uerò quæ facit bonus, hominibus profunt. Nam dic quæso, quæ utilitas est, ostendere statuas ambulantes? latrare æreos aut lapideos canes, salire montes, uolare per aerem, & alia his similia, quæ dicitis fecisse Simonem? Sed quæ à bono sunt, ad hominum salutem deferuntur: ut sunt illa quæ fecit Dominus noster, qui fecit cæcos uidere, fecit surdos audire, debiles claudos erexit, languores & demones fugauit, mortuos fecit resurgere, & alia his similia, quæ etiam per me fieri uidetis. Ista ergo signa quæ ad salutem hominum profunt, & aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere nequit.

*Clem. lib. 4.**Recog.*

Machinationum diaboli finis: & quòd sine Dei consensu nihil potest: & quare Deus illi multa permittit, constitutis limitibus.

Cap. XVIII.

Machinationum diaboli finis.

Lib. 2. cap. 15. de Orig. err.

Genij dæmones.

ATqui miraculorum, machinationum, & apparitionum diaboli, quis finis unquam, & uelut ex professo alius, quàm erroris furoris' ue manifestè impij, blasphemi, & in Deum contumeliosi, aut sceleris alicuius confirmatio, præceptio' ue, aut approbatio, uel porrectio? Hinc eleganter scribit Lactantius: Hi spiritus, inquiens, contaminati ac perdit, per omnem terram uagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidijs, fraudibus, erroribus complent. Adhærent enim singulis hominibus, & omnes ostiatim domos occupant, ac sibi Geniorum nomen assument: sic enim Latino sermone dæmonas interpretantur. Hos in suis penetrabilibus consecrant, hos quasi terrestres deos uenerantur, & quasi depulsores malorum, quæ ipsi faciunt & irrogant. Qui quoniam spiritus sunt tenues & incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occultè, in uisceribus operati ualetudinem uitiant, morbos citant, somnijs animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

Et quanquam Deus suo consilio, & nostro merito, ut dæmon sua ludibria & tyrannidem
in cu-

in cuiuscunq; ordinis homines exerceat, quandoque permittit: non tamen indulget ei, conuictaque ad omnia: nec infinitam, nullis uel astrictam limitibus licentiam concedit: alioqui uero momento à diabolo eneecti interiremus omnes: sed metas constituit, quò usque illius actiones tolerare uelit (interea tamen nos clementissimè alarum suarum umbraculo complexos custodit, fouet & patrocinator) quibus tam angustè satanam coercuit, ut citra eius assensum, ne in bestias quidem aliquid possit, multo minus in homines. Exemplum habes Matthæi octauo: ubi porcos ingredi nequiuit, nisi singulari CHRISTI permissione. Nec unquam illi Deus in homines uel tantillum concedit, nisi ut uel probentur, si boni sunt: uel castigentur punianturque, si peccatores. præfixis terminis, ultra quos ferri non sinitur. Ut infideles (ait Clemens) à fidelibus, & pij discernantur ab impijs, permissum est maligno uti his artibus, quibus singulorum erga uerum parentem probentur affectus: Sic Deuteronom. capite 13. permissæ tentationis explicatur causa: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signum aut portentum, & euenerit quòd loquutus est, & dixerit tibi: Eamus, sequamurq; deos alienos quos ignoras, & seruiemus eis: non audias uerba prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat uos Dominus Deus, ut palàm fiat an diligatis eum, an nò. Pulchra Gregorij est sententia: Diabolo ex se uoluntas semper mala est; sed potentia eiu

à Deo

Agendi limitet diabolo cōst. inuuntur.

Citra Dei assensum, nullum quidē potest satan.

Quare diabolo aliquid in homines permittitur.

August. in Euang. Ioan. tract. 7. item serm. 241. de tempore.

Lib. 2. Recog.

Li. 1. Moral.

à Deo habet, nunquam. Voluntatem etenim iniquam non permittit illi Deus: sed ut rectè agat, quemadmodum ipse uult. Propterea non est iniuste timendus, qui nihil quàm quod Deus uult & permittit, potest. Terminum uerò hunc statutum esse, author Clemens existit, ut nisi quis prius fecerit dæmonum uoluntatem, dæmones in eo non habeant potestatem.

Eccl. 1. Recog.

Exodi 7. 8.

Permittit Deus, ut præstigijs miracula quædam Mosis, adminiculo diaboli imitentur magi Aegyptij, uirgasque in dracones uideantur uertere, fluuina sanguine tingere, ranas ex fluminibus euocare: at cyniphes ex terræ puluere productos, uel muscas domus Aegyptiorum solas infestantes, uel sæda hominum & pecorum ulcera, aut reliqua Mosis opera imitatione mentiri, minimè conceditur, ut à solo Deo ea proficisci cogere fateri. Annuebatur satanæ, ut regem Babyloniorum Nabucadnezar in furorem actum, & ab hominum usu in solitudinem propulsum, forma miserè defœdata, durissimè affligeret & exagitaret totum septennium: ne autem animæ uim faceret, prohibebatur. Interea nec penitus illum reiecit Deus, nec pœnis obrutum deserit: sed exacto septennio liberatū

[Daniel. 4.

Job. 2.

à furijs, regno restituit. Itidem illi Deus assensit, ut in fortunas & corpus Iobi sæuaret: ne tamen animam illius læderet, mandato cauit. Cōcedit ut septem uiros Saræ uirginis uita priuaret dæmon, propter effrenem in illam affectum, cuius illi erant indigni matrimonio: at in caltū iuuenem Tobiam, nihil illi licuit. Quum Iosue

Tobia 3.

Zach. 3.

prin-

princeps sacerdotum (per quem Iesus significatur) coram Dei angelo confisteret, permissum est satanæ ad eius dextram stare, ut ei aduersaretur. Christum adhæc tentare permittitur, sed usque ad aras. Petrum expetiuit satanas, ut cribraret sicut triticum: nec illi concessum est.

Matth. 4.

Luca 22.

Nec ullo modo admittendum sentio, uel leuissimum quiddam illū posse, cui ex sacrosanctis literis uel probæ monetæ libris exemplum uel *ἀναλογία* non attestentur: quin huc maximè ueris & noui Testamenti monumenta, prophetarum concio, Christi aduentus spectēt, ut diabolus, eius artes, conatus & potentia innotescant, neruus illius infringatur, opera dissoluatur, regnumq; pessum eat. Quapropter si quid præter omnem fidem ad diaboli potentiam relatum audiatur, non confestim confugiendum est ad illud imperitorum axioma, diabolum uidelicet Deo permittente hæc & illa indiscriminatim posse. Considerandum siquidem, quis ea in re maiestatis diuinæ à rerum primordijs fuerit ordo & modus, nū hunc contraueniat quod accidisse narratur, quum nihil promiscuè aut citra ordinem condiderit uniuersi ordinis causa, imò ipse ordo. Quare nec quiduis permittere potest, sed ea solum quæ naturalis ordo diuinitus constitutus postulat: in cuius notionē si ex ordinatis rerum principijs & ratione peruenire nequieris, in ueritatis libros mentis oculos conuerte, lucidoque radio contemplate quid hætenus diabolo cōcessum sit: in ijs enim uelut in tersissimo speculo, totius harmo-

1. Ioan. 3.

Quid in diaboli permissa potentia considerandum.

114 De præstigijs dæmonum

niæ & diuinę ordinationis idæam, euidentissimè cernes: ad quam *ἀναλογία* quadam facillè referri poterit, quicquid in huiusmodi meditatione tibi remoram obijcit.

Quæ diabolo sunt impossibilia: ubi multa maleficia illi hæctenus falsò attributa recessentur. Cap. 19.

PORRò quemadmodum mirificas satanæ uires actionesq; præstigiosas confessus sum: ita quoque machinetur, fabricetur, architectetur, molietur, formet, reformet, fingat, mutet quadrata rotundis, artem quancunque iacter, oculos præstringat: plurima tamen illi *ἀμικντα* atque impossibilia proponam, constanter negans, illum aut illius angelos uel minimum corpus posse creare, siue res ex nihilo condere, aut uerè pro suo nutu transmutare, aut ijs aliam induere formam, uirtutem, uel proprietatem.

Genes. 19. Nequit corpus in falis petram reuera immutare, quod uxori Loth contigit. Nec potuit uirgas in dracones uerè conuertere, nec aquam in sanguinem, nec gignere ranas, nec cyniphes uel pediculos ex puluere producere, nec mare seiungere ut nudis transfiretur pedibus, nec aquam amaram reddere dulcem, neque eam icu è petra elicere, quæ cuncta Moses præstitit. Non item res exiguas reddit ampliores, quod in seminibus & quibuscunque creatis à Deo quotidie fieri uidemus. oleum quoque in uasibus uiduæ uacuis auxit Helisæus: & panibus quinq; hordeaceis piscibusq; duobus tot hominum

Diabolo impossibilia.

Exod. 7. 8.

Videlib. 2. cap. 8.

Exod. 14. 15. 17.

4. Reg. 4.

Ioan. 6.

hominum millia cibavit Christus, relictis duodecim fragmentorum cophinis. Nec sua uirtute potest aquam in uinum transformare, elephantiacos mundare, cæcis uisum, surdis auditum, claudis gressus firmitatem restituere, aut ullum morbum uerè sanare, uel steriles fœminas fœcundas reddere. Nequit etiam diabolus cum suis membris, alicui uitam dare, aut extinctos ad uitã reuocare: aut eorũ animas in manu Dei existêtes, & in Domino obdormiêtes, è sua quiete turbare, uel institutũ diuinitus naturæ cursum impedire (quemadmodũ Iosue Amorrhæos expugnãte & postea Ezechia cõualescente, ac Domino nostro I E S V in cruce pendête, reuera factum legimus) destruere aut mutare.

Sapient. 3.

1. Thess. 4.

Iosue 10.

Esaia 28.

Eccl. 46.

Dionys. ad

Polycar.

Nec quoque penitens destructa redintegrare potest: non cœlo deducere lunam: nec quæ adhuc in herba sunt, aut satas aliò traducere messes: non honestos bonosq; homines diligere, non improbos odisse: non introspicere ac integrè pernoscere sensus & cogitata hominum, contra Platonem in Epinomide: nõ duras, asperas & acutas materies, per solidas corporis partes illæse, aut per strictiores meatus magnitudi-
ni materierum certa proportionẽ aut dimensio-
ne secundum naturæ legem neutiquam re-
spondentes, in ipsa corpora immittere: non ad
ullum malum (in quod nocte diuq; ipse totus
malus, malignaq; uoluntate quoscunque pes-
simos mortales uincens, sponte propendet, nec
uitiata natura aliter potest) ullius hominis im-
perio uel arte, uel ex fœdere compelli: non se in

*August. de
Diffinit. Ec-
clesiastic. do-
gmatum.*

hominum corpora pro sua uoluntate, aut ad allicuius maliciosæ & maleferiatæ anus arbitriũ imprecationem uel insinuare, nec eiusdem edicto è corporibus egredi: non denique præuide re prius, quomodo fata mundi, imperiorum aut priuatarum rerum dispensaturus sit Deus, quàm illa uoce diuina promulgantur, declaranturque.

*1. parte. 26. q.
5. episcopi.*

In Decretis est: Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriusue immutari, aut in aliam speciem uel similitudinem transformari, quàm ab ipso omnium Creatore, pagano & infideli deterior est. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quòd qui talia credit, & his similia, fidem perdidit. & qui rectam fidem non habet, hic non est eius: sed illius in

Ioan. 1.

quem credit, id est diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Scribit Psellus Platonius & Christianus, dæmonia sæpe hominibus diuitias polliceri, item & gloriam, uictoriam, amorem, cum tamen tradere ex se non possint: quippe quòd nullum imperium habeant, sed uisu tandem quædam inania suis cultoribus afferunt, uaria prorsus & instabilia, quæ tamen impij diuina esse spectacula putant. Hinc multa, quæ tanquam uerè gesta, hæctenus diabolo & illius mancipijs attributa sunt, ut fraudulenta aut præstigiiosa, uel non eo quo apparuere modo, reuera existentia, collabascere oportet: quemadmodum luculentis porrò demonstrationibus, fusius in sequentibus docebitur libris.

DE MAGIS INFAMIBVS,

Lamijs & ueneficis, eorumq; potentia. Liber II.

Quibus nominibus magi infames & uenefici, in ueteri Testamento significentur. Cap. I.



QUANTUM mota interdum quæstione, uel disputatione instituta de Lamiarū actionibus, sacræ mox obijciantur Scripturæ testimonia, in quibus magi uel malefici, siue incantatoris aut uenefici, uel etiam præstigiatoris, ut alij interpretatur, nomen legitur: eoq; denotari nuncupatas uulgò Lamias uel sagas, mox indistinctius asseratur: cōperio tamen, prodigiosos hos homines cum suis artibus, præstigijs, illicitisq; diuinationibus, uariè à Rabinis & Hebræis interpretibus exponi, diuersis etiam nominibus reddi à nostris Latinis: nec Hebraismo exactè, uel Latinæ translationi consonare Græcâ. Manifestum id erit, si contextum Hebraicum cum quacunq; uersione nō oscitater contuleris, Rabinorumq; & interpretum iudicia attentius obseruaueris omnibus his locis, ubicunq; ulla horum portentorum fit mentio: uelut Exodi cap. 7.9.22. Leuit. 19.20. Deuter. 18. Hier. 27. Daniel. 2. 4. Reg. 21. 2. Paral. 33. Ob eiusmodi diuersitatē interpretum, & dissidia, prædiētis in locis uirū unde quaque doctissimum, & linguarum peri-

ns De præstigijs dæmonum

tissimum D. ANDREAM MASIVM consu-
lui, qui uoces Hebraicas, rem magicam specta-
tes, atq; hic usurpatas numero septé, his expli-
cuit uerbis. Primam, uidelicet חַשַׁפַּח Chasaph, uí
deo constanter in uulgaribus Latinis Biblijs ita
redditá, quasi id maleficium significet, quo à
dæmone demétati homines, per malas artes per-
cudibus, segetibus, imò etiam ipsis hominibus
nocent, aut saltem nocere se existimant: à qui-
bus facinoribus malefici uocátur, quos lex Mo-
si è uita sublato uoluit Exodi 22. hoc decreto,

Chasaph.

*Mechasse-
pha.*

חַשַׁפַּח לְאַתְהָּהּ: hoc est, Maleficam non patie-
ris uiuere. Nomen enim מְחַשֶּׁפֶת Mechassepha,
quo lex hic utitur, à חַשַׁפַּח Chasaph defleçtitur:
positumq; est in fœminino genere, ut aiunt in-
terpretes: non quòd uiros impunes lex esse ue-
lit, sed quia ille sexus ob genuinã simplicitatem
dæmonis insidijs frequentius patet. Quare Græ-
ca tralatio, quam Septuaginta senioribus asscri-
bimus, decretũ illud liberius reddidit, φαρμακὸς ἢ
ωφειβίωσις: hoc est, Veneficos (ut masculino ge-
nere fœmininum comprehendam) non retine-
bitis in uita. Animaduerto autem prædictũ uo-
cabulum חַשַׁפַּח Chasaph, & quæ ab ipso deducũ-
tur, uix usquam in prædicta tralatione Græca
aliter exponi, quàm ut ueneficium significant:

*φαρμακὸς.
φάρμακισ,*

hoc est, hisce Græcis uocabulis, φαρμακὸς, φάρμα-
κὸς, φάρμακα, & quæ huius sunt inflexionis. Nam
& uulgò etiam creduntur illi quos uocamus
maleficos, nefarias suas artes non sine medica-
tis quibusdam rebus exercere atque efficere:
ut taceam auctores tum Græcos, tum Latinos.

Aben-

Aben ezra autem apud Hebræos magni nominis scriptor, dicit uocem חַשַׁפִּי Chasaph proprie ad præstigias spectare: hoc est eas delusiones, quibus res aliter atque se habent, nostris oculis exhibentur. Quod ut ipsi concedamus, tamen mihi sanè non uideatur facilè ex sacra Scriptura id euinci posse: tamen Danielis secundo capite ubi legimus, Nabugodonozarem inter alios somnij sui interpretes adhibuisse etiã מְכַשְׁפִּים Mechassephim: si præstigiatores uertas, non uideo quid illi ad explicandũ somniũ adferre sua arte potuissent, quæ tota fallax & delusoria est.

Quare eius loci interpres, Leui Gersonis filius, summus in illa gēte philosophus, ait, Machassephim esse eos qui artē p̄fitentur astrorũ, genios cœlo deducēdi, atq; in characteres quosdã certis horis siderumq; cursib; fabricatos cōcinnatosq; pelliciendi, & illectos in eorũ hominum quos uelint, aut cōmodũ aut incōmodũ incitãdi, uel ad quæuis etiam alia officia adiēdi, ueluti ad præfagia significationesq; rerum abditarũ.

Ego uerò, si meum iudicium etiam requiris, putrim illud uocabulum latè patēre, atq; ad quãuis magicam artem spectare: & in hac sententia uideo etiam esse uulgus Hebræorum. Secunda uox erat כַּסָּם Kasam. ea uidetur, etiam Hebræis autoribus, peculiariter ad futurarum rerum præfagia pertinere. Quare & in Græcis Biblijs ubique, quod sciam, significatione uerbi *μακροβουλεύω* *μακροβουλεύω*, quod uaticinari significat, redditur: ueluti Deuter. 18. Hierem. 27. & alibi: in Latinis uerò Biblijs (loquor autem semper de uulgari tra-

latione) interdum uertitur hariolandi, interdum diuinandi uerbo: ut in ijs locis quos iam citauimus. Tertia **אָנֵן** Onen, in Latinis Biblijs aliquando obseruare somnia, ut Deuteronomij 18. & 2. Paralipom. 33. aliquando augurari, ut Hieremix 27. interdum etiam diuinare, ut Micheæ 5. uertitur. In Græcis uerò, nonnunquam *αἰνῖσι*

αἰνῖσι *αἰνῖσι*.

ἄποφθγγῖ

αἰνῖσι.

αἰνῖσι, id est augurari, ut Hieremix 27. plerunque etiam *ἄποφθγγῖ*, oracula edere, Micheæ quinto. Veteres Hebræorum dicunt id uerbum ad eos propriè pertinere, qui temporum momenta superstitiosè obseruant, atque alia fausta rebus gerendis, alia infauista præscribunt. Quarta

נָחַשׁ Nahas,

נָחַשׁ Nahas, Deuteronom. 18. & 2. Paralip. 33. Latinè uertitur, obseruare auguria: Græcè uerò, ut ea quæ proximè præcessit, *αἰνῖσι*, uox est in Biblijs frequens. Hebræi dicunt, ad eas coniecturas accommodari propriè, quibus rerum præsentium futurarumque statum nimis curiosa & sanè delira religione conijcimus ex fortuito quopiam euentu: uelut ex dextro aut sinistro auium uolatu, aut animalis cuiuspiam ocursu, uel membri nutu, tinnitu uel lapsu, sternutatione item, singultu, cætu, cribri motu: & quæ sunt aliæ huius generis mille superstitio-

חַבַּר Habar,

ἰνῶδου.

nes apud mulierculas in uanissimo usu. Quinta **חַבַּר** Habar, Latinè incantare, Græcè *ἰνῶδου* traducitur. Utuntur Hebræi ea, quando arcana quædam uerba à Magis mussantur, quibus efficacia inesse mira putatur. Quale illud est Virgilij nostri:

Frigidus in pratibus cantando rumpitur anguis.

Et ego uidi qui uerbis sisterent feras, teliq̄ue
 jaētum expectare cogent: & qui fœdum illud
 & domesticum animal quod Rattum dicimus,
 simulatq; conspexissent, quouis loco quasi at-
 tonitū aut stupidum subsistere, nec se loco mo-
 uere compellerent (siue id uisu solo, siue incan-
 tatione effecerint) donec non ex insidijs, sed
 protensa manu apprehensum strangularent,

Quin & Dauid eiuscemodi miracula fieri per
 incātationes, satis uidetur de aspide surda signi-
 ficare, cuius mentionem facit Psal. 57. aut iuxta
 Hebraicos codices, 58. Quo loco utitur uerbo

isto חָבַר Habar: & simul etiā uerbo לָהָס Lahas,

Lahas.

quod idē significat. Sexta uox אֹב Ob, plerunq;

Ob.

redditur in Latina translatione Python, aut Py-
 thonicus spiritus: ut Deut. 18. Esa. 19. 1. Reg. 28.

& 4. Reg. 23. ac alibi crebrò, interdum etiam, sed
 ut mihi uidetur, minus propriè, magus: ut 2. Pa-

ral. 33. In Græca autem ferè semper ἰγγοσπίμυθ;

nisi quòd 4. Reg. 21. & 23. interpretetur θιλανθῆς, &

nescio an usquam alibi. Significat uerò uox אֹב

Ob, Hebræis utrem aut lagenā: unde & eos dæ-

monas qui obscuris uocibus, ex semotioribus
 corporis humani partibus (ueluti ex axillis, aut

fœminarū pudendis responsabāt, quasi ex utre
 aut laguncula, בִּיא Ob, aut plurali numero O-

both, ea gens uocauit. Græci uerò apposita uo-
 ce appellarūt ἰγγοσπίμυθς, aut ἰγγοσπίται, eo quòd

ἰγγοσπίμυθς

δοι.

ἰγγοσπίται.

Part. 2. caus.

26. q. 3.

interdū tamē etiam ad ipsos homines qui illos patiuntur. Eius generis dæmoniū nobilitauit olim apud Athenienses quendam Euryclem magum, ut author est Aristophanes in Vespis: ubi ait, se suppositicijs suis comœdijs multum commodi attulisse Reipub. Atheniensīū, quas, Euryclis imitatus oraculum & morem, in aliorum poetarum uentres ingressus, clam recitandas curarit. Ab illo Eurycle (ut doctissima cōmentaria Græca ostendunt) uates eius generis postea dicti sunt *ὀρυκλῆται*, & *ἰγγαστριμοί*, uel etiā *ἰγγασρίται*. Memini etiā me legere, Delphicū illud celebre oraculum per uaticinæ Pythiæ, diuaticatis cruribus, diductisque feminibus tripodis insidentis inguen cōcepto dæmonio pronuciari solere. Puellam quoque cuius in Actis Apostolorum cap. 16. fit mentio, uentriloquam fuisse, author est diuus Augustinus in eo libro quem de Doctrina Christiana composuit.

Ventriloque.

Quin & Tertullianus, author grauissimus, affirmat, se uentriloquas uidisse fœminas, è quarum pudendis uocula quædam, dum sedebant, excitabatur, respondebatque sciscitantibus.

*Lib. 8. antiq.
lect. cap. 10.*

Denique Cælius Ludouicus, patrum nostrorum memoria fœminam se uentriloquam crebro uidisse Rhodigij, Italiæ urbe, scribit: ex cuius pudendis uocem immundi spiritus præternuam quidem, sed tamen prorsus intelligibilem, sæpe audierit, de rebus præteritis aut præsentibus mirificam, at de futuris plerunque incertam, sæpe etiam uanam & mendacē. Sed de hoc satis. Postrema uox Hebræa erat *יִטְרִילִדוֹנִי*,
doni,

doni, quàm ab Hebræo uerbo ידיוניada, quod *Idioni* dicitur atque cognoscere significat, deductam pu-
 fo: quanquam non ignorem quas nugas He-
 bræi adferant de animali quodam terrigeno, hu-
 mana forma, cui nomen Iadua fingunt, & cu-
 ius osse uaticinentur ij qui Iidonijm uocentur.
 Est enim illa gens nimis quàm stulta, in eiusmo-
 di anilibus delirijs & fingēdis & credendis. Vo-
 cabulum Iidoni uertitur Latinè aliquoties Di-
 uinus, ut Deuter. 18. Leuit. 20. & fortasse alibi:
 nonnunquam etiam hariolus, ut Leuit. 19. item
 4. Reg. 23. Esaiæ 19. Græcè uerò interdum *ιδιονι-
 δος*, ut 2. Paralip. 33. Leuit. 19 & 20. interdum au-
 tem *ιδιονις*, quod illi (quam dixi) etymologiæ
 appositissimum est, ut 1. Reg. 28. 4. Reg. 21 & 23.
 Est autem ubi uertitur, *ἡ ἀπὸ τῆς γῆς φωνῶν*, qui ē
 terra clamitet: ut Esaiæ 8 & 19. Quod an ad o-
 raculum ē terra redditum spectet, an uerò ad
 manes sepulchris exciendos, quale 1. Reg. 28.
 narratur factum, non satis scio. Equidem pūta-
 rim, uocabulū hoc Iidoni, omne dæmonum ua-
 ticinantium atq; responsa dantium genus com-
 plecti: illosque ab rerum omnium cognitione,
 quā profitetur, sic esse appellatos. eā uerò quæ
 hāc proximè antecedit, dico אב Ob, horū cer-
 tā speciē, ex uētribus scilicet aut axillis, aut alijs
 secretioribus humani corporis partib. obscura
 uoce pfantiū significare. Cuius rei uel id argu-
 mentū esse potest, q̄ in uniuersis Biblijs hęc duę
 posteriores uoces, uix altera sine altera scriptę
 usquā habeantur: certè ultima hęc Iidoni, nus-
 quam omnino nisi mox post illā penultimam.

Atque

Atque ita fiet, ut illarum septem uocum quas commemorauimus, priores quinque ad hominum superstitionas uanitates, aut ueneficia etiam, quibus uel res abditas cognoscere, uel miracula efficere se posse putant, uideantur spectare: duæ uerò postremæ, ad ipsa malorum dæmonum, aut dæmoniacorum hominum (ut sic dicam) oracula. Hucusque Masius.

Hic præcipua illa horum monstrorum uox non erat prætermittenda, nimirum Hartumim. sic eos dici ait Rabbi Leui, qui naturali modo mirabilia faciunt, aut facere censentur ab his qui eorum dexteritatem minus diligenter obseruant. Aben Esdra interpretatur, qui secreta qualitatû rerum & naturæ cognoscunt. At tales non fuisse, res ipsa docet, quum naturali potentia illi produci effectus, quales Exodi 7 & 8. leguntur, nequiuissent. enim uero sic fuissent magi naturalium rerum periti, Deo grati, nihil in eius contumeliam præfractè molientes. At Hartumim in Exodo, potius magi fuere infames, qui ut diaboli mâcipia, nihil non præstigijs dæmoniacis conati sunt, ut Mosi & Aaroni legis Dei fides derogaretur.

Magus illusor, & Lamia delusa, & ueneficus, eodem nomine à Germanis dicuntur.

Nostris adhuc Germanis uno eodemque nomine Zauberer nuncupatur magus, ex professo illusor, & frequenter eruditus, saga uel Lamia ob mêtis imbecillitatem & corruptâ phantasiâ à diabolo delusa, & uenenum studio usurpans ueneficus. Hinc euenit, ut quando sagarum fit mentio, uel ueneficorum, mox Pharaonis præstigiatores, longè à sagarum & ueneficorum

ficorum actionibus alienos opponant, equiuoco Germanico falsi. Proinde omnes scriptores Germanicos, quotquot me hactenus in ea lingua legisse contigit, grauiter in hoc argumenti genere impigisse, etiamsi speciosos librorum foribus præfixerint titulos, atque sacræ Scripturæ testimonia produxisse uideantur, palàm testari minimè pudet: maximè quòd in aere turbando morbisq; conciliandis nimium eos Lamij tribuere, gladiumq; strictum & fasces inflammãdos crudelissimis carnificibus sine iudicio, discretione, uel ulla commiserationis nota imprudentius subministrare uideam. In ea opinionum uarietate, ne tenebras offundat nominum confusio, ad hoc nostrum institutum uarijs de causis libuit, Magum infamem à Lamia & uenefica seiungere: ut clarius, exulceratissimo hoc nostro seculo, & adhuc (in hoc negotio) tam indotò, res innotescât (cui usui uoces seruire oportet) & hi internoscantur de quibus mihi sermo est: atque palàm uideatur, ubi ab aliorum malè inolita opinione, rationis & sacrosanctæ Scripturæ basi innixus firmissimè, non temerè dissentiam. licet his hominibus, ac eorum artibus, quædam esse communia non diffitear.

Quid Magus infamis, γυναικα & τυφλα.

Cap. II.

MAgi itaque infamis nomen generalius erit, nec tam angustis constrictum cancellis: Lamiarum uerò & ueneficarum appellatio, strictioribus circumscribetur limitibus. Magum enim nuncupo, qui à dæmone

Magus infamis.

uel

Magiæ Aegyptiorum in auspiciam Calasiris apud Heliodorum de Histor.

Aethiopica ex Aegypto ἠποχῆτος, id est magiæ antistes, duplicem facit.

uel ab alijs, aut è libris uoluntariè edoctus, præscripta aut barbarorum, ignotorum aut cognitorum uerborum formula recitata, submurmurata, applicatæ uel, uel characteribus quibuscunque, aut exorcismis, dirisque execrationibus aut ceremonijs, solennibus ritibus, aut rebus plerisque adiunctis, pro suo arbitrio, dæmonium in præstigiosum, fallax, uel alioqui ludicrū ministerium, illicitè euocare conatur, ut asciticia sese uel conspicua ostendat imagine, uel aliter prodat, ad quæsitâ quæ uel uoce uel susurrato respondeat, uel picturis, uel notis, uel quocunque alio modo: uel qui aliud opus, simili ratione præter naturæ legè, perficere nititur. Sub hoc etiam nomine illos omnes comprehendò, qui ab Hebræis, Græcis & Latinis hic uarijs dicti nominibus, superstitiose modo quæ uetito futura prædicunt. Ferè etiam ad hunc numerum, quanquã impropriè, ob *συνάθειαν* tamè, illorū quodâ merito, eos ascripsero, qui uaticinijs his superstitionè, impietatè & dæmonè authorè redolentibus fisci, eorum architectos consulunt.

Hunc magum *γῆρα* uel *ἠποχῆτος* (licet hæc uox minus generale magorum sit nomè) Græcis dictum, supra naturæ ordinem sæpe etiam aliquid moliri apparet, in formando multifariâ ficto aere, in quacunque specie ostentanda, in mortuorū spectris educendis, in rerum abstrusarū, aut alio qui longissimè disitarum cõmonstratione, uel etiam de ijs diuinatione: breuiter, miracula extra rerū naturâ hic facere creditur. Magorum artem omnè ac potentiâ aspirationibus dæmonum

num constare, perhibet Lactantius: à quibus in uocati, uisus hominum præstigijs obcæcantib. fallunt, ut non uideant ea quæ sunt, & uidere se arbitrêtur ea quæ nõ sunt. Sic Clemētis & fratrum oculos effascinarat Simō magus, ut patris Faustini uultui facies uideretur impressa Simonis: Petrū uerò deludere poterat minimè. Hoc uerè incantare, fascinare, effascinare dicitur: γοη τῶν οφθαλμῶν Græcis, ἰνὰ δαίμων, uel etiā βασκανίαν (quanquã duæ hæ uoces minus generales existant) qua dictione Paulus usus est: O' insensati Galatæ, τίς ὑμᾶς ἰβάσκησεν; quis uos incantauit, & oculis ueluti præstigio imposuit, ut non crederetis ueritati? De oculis delusis Paulū intellexisse, testatur sequentia. Est aut̃ planè præstigiij genus, ut id quod sit, non uideas: tum quod non est, te uidere putas: ita uisus intuentium præstringitur. Fascinū id, fascinationē, incantationem, maleficiū uel carmen appelles licet: Magiā uoce Persica, magicē, magiā infamem, magicā artē, immundorū spirituum cōmercijs inauspicatam: Græcè ἰπρωδὴ & ἰπρωδὴ, quasi dicas excantatricem: uel celebriori uoce, γοητείας, incantationibus & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis concinnatam, quam honestiore uocabulo etiam βουργία uocare audent, licet quodam discerniculo: quasi illius cultores, ut artibus illicitis deditos, putent damnandos: huius uerò patronos, laudabiles. quamuis utriq; sint ritibus dæmonum fallacib. obstricti, sub angelorū nominibus. Quandoquidē & Porphyrius quandā quasi purgationem animæ per theurgiam, cunctanter tamē & pudibundè

Li. 2. ca. 15. de Orig. err.

Clem. lib. 10. 1 Rescog.

Incantare.
Fascinare.
γοητείας.
ἰνὰ δαίμων.
βασκανίαν.
Gal. 3.

Præstigium.

Fascinum.

Magia infamis.

ἰπρωδὴ.
γοητείας.

βουργία.

128 De præstigijs dæmonum

pu**di**bunda quodammodo disputatione pro-
mittit: reditum autem ad Deum hac arte præsta-
ri cuiquam, inficiatur omnino. Quibusdam ue-
rò consecrationibus theurgicis, quas *τελετὰς* nū-
cupant, idoneam fieri atque aptam susceptionē
spirituum & angelorum ad uidendos deos (uel
certius, meo quidem iudicio, dæmones collu-
dentes) arbitratur. Hanc & Augustinus reijcit.

videtur.

*magia quorū
dam Græco-
rum.*

At *μαγία* esse boni, ad bonum aliquod, dæmo-
nis aduocationem, Græci quidam fūco illito uo-
lunt: cuiusmodi fuerunt Tyanei Apollonij uati-
cinia. *γιντῆκε* autem mortuos excitare: unde etiā
ἀπὸ τῶν γόων, id est à luctibus deducunt, qui ad se-
pulchra edi noctu assueuerunt, atq; noxios dæ-
mones in subsidium permouere & excire crede-
bantur: & ob id illa asperginē lustralis aquæ &
tedarum igne expiabantur, ne dæmones ea uel
obsiderent, uel læderent. Hanc artem omnium
placita legum exterminant, execranturq; . Hinc
inter sacrilega Manafsis regis flagitia, quibus
Deum irritauit, connumeratur, quòd fuerit ma-
leficus, in magiam exercuerit, & Pythonem con-
suluerit.

*Athenaus
ex Clidamo,
lib. 9.
4. Reg. 21.
2. Paral. 33.*

*Magie origo, & qui primi eius cultores: in super
Magici libri patribus falso inscripti.*

Cap. III.

*Lactant. Eu-
sèsius.*

HVius artis originem ab angelis præua-
ricatoribus deducit apud Clementem
Petrus libro 4. Recog. referens, eos docuisse ho-
mines, quòd dæmones artibus quibusdam obe-
dire mortalibus, hoc est magicis inuocationib.
cogi possent: ac uelut ex fornace quadam & offi-
cina

cina

cina malicię, totum mūdum, subtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleuerint. Ita introductum diluuium. Cham uerò superstitis Noe filius, cuidam ex filijs suis qui Mesraim appellabatur (à quo Aegyptiorum & Babyloniorum & Persarum ducitur genus) malè compertam magicę artis tradidit disciplinam. Hunc gentes quę tunc erant, Zoroastrem appellauerunt: admiratę primum magicę artis authorem, cuius nomine etiam libri super hac plurimi habentur. Hic à dæmone, quem importunius fatigabat, igne succensus concrematur. Huius cineres, tanquam fulminei iētus reliquias, colligentes hi qui erant primò decepti, deferunt ad Persas, ut ab eis tanquam diuinus è cœlo lapsus ignis, perpetuis conseruaretur excubijs, atque ut cœlestis Deus coleretur. Plura ibidem: & quomodo hinc templa sint constructa, imagines erectę, mysteria, ceremonię ac sacrificia instituta, ut eo licentius peccarint homines, idola nec uidere, nec audire, nec in aliquo moueri scientes. Sic Plinius quoque in Perside à Zoroastre (qui Persa Oromasi filius erat, quem aliqui filium Nohę Cham putant) ortam magicam commemorat: fusius eius originem, quando & à quibus cœperit, & celebrata fuerit, enarrans. Iustinus in sua Epitome hunc Zoroastrem, qui magicam reperit artem, *Batrianorum regem fuisse* scribit, qui (teste Eusebio de Temporibus, & in decimo de Pręparatione Euang.) plus 800 ferè annis ante tempora Trojana fuit: quo etiam tempore *Abraham &*

*Non multò se
cus Berosus
scribit.*

Li. 30. cap. 1

30 De præstigijs dæmonum

ham & Ninus uixerunt, cum ageretur annus ab orbe condito ter millesimus ac centesimus octogefimus quintus. Zabulum & Zamolxidem in illicitas artes pronos, hanc primos excogitasse, uel potius propagasse, ut à patre diabolo haud dubiè natâ ferunt alij. Ex Perside in Græciam illatam prodiderunt Græci, à quodam Osthane, qui Xerxem Persarum regem bellum Græcię inferentem comitatus, semina artis portentosæ obiter disperferat, infecto quocunque comineauerat mundo. Hunc ad rabiem, nõ auiditatem modò scientiæ eius, Græcorum populos egisse, certò asserit Plinius.

Zamolxis Pythagoreus dicitur. Straboni lib. 6. Magi

Cotra Alma dalem & Alchindum de effectu præcelsuq; radioru Ioan. Fr. Picus li. 7. cap. 5 & 6. ex profes.

Aduersus Apollonij Tit. magica, idem li. 7. ca. 10. contra Porphyrium & illius lib. de responsis, idem lib. 7. cap. 4. Porphyrius. Plotinus. Iamblichus. Proclus.

Horu nestigia sequenti sunt Almadal, Alchindus & Hipocus ex Arabu turba, Apuscorus & Zaratus apud Medos, Marinaridius apud Babylonios, Zarmocenas Apud Assyrios, Abbaris ite apud Hyperboreos, Charondas, Dæmogor gon (alijs Damigeron) Eudoxus, Hermippus: extiterut & alij clariore antistites, ut Trismegistus Mercurius, uel Hermes, qui tempore Mo- sis uixit apud Pharaonẽ, quem mare rubrum absumpsit: Apollonius Tyaneus, Dardanus, Gog Græcus, Germa Babylonicus, Porphyrius à posteriore gentilitate maximè cultus, & inter Platonicos ob excellentiã philosophus cognominatus, sed hostis ille Christi asophos uel misophos potius appellandus, cuius præceptor Plotinus Italicæ scholę Platonice patronus, ut Iamblichus Aegyptiacę, & Proclus Asiaticæ: hic habitus omniu Platonis mysteriorum consultissimus, cuius librũ de Sacrificio & magia non minus

nus grauiter quàm acerbè perstringit Ioannes Franciscus Picus lib. 7. cap. 5. de Prænotione su perstitiosa. Hi simul operâ dedere, ut cū studio & labore insanirēt, philosophi alioqui sua laude digni. Amphionē quoq; & Orpheū magicis artibus ualuisse, tradit Pausanias. His adde Apuleium, & Artephium: qui in Compendio studij Theologiæ affirmat, se peragraisse omnes Orientis regiones exquirēdę sapiētię gratia; & ad Tantālū peruenisse in aureo throno sedentē, de quę cœlestib, de natura, de morib. docentē, qui nihilo minus ab Artephio sit doctus. Illustrata hæc magia est, & ferè absoluta, à Democrito Abderite, qui Dardani Aegyptiorū magi peritissimi libros de Magia cōscriptos, & in eius monumento abditos eruit, atq; iustis cōmentariorū uoluminib. ex disciplina Apollonicæ, Captidenis & Dardani Phœnicū explicauit. Eodem Dardani exēplo duodecim libros à se de hoc præstigiariū genere cōcinnatos, in sepulchro secū recōdi uoluit Numa Pompilius, rex & pontifex Rom. Ex tant & de hoc artificio Hermetis libri.

Ad hanc præterea artem discendam Pythagoras, Empedocles, Democritus & Plato (Plinio authore) nauigarūt, exilijs potius quàm peregrinationibus susceptis. Hanc reuersi prædicarunt, hanc in arcanis habuerunt. Quin & Pythagoram, Platonem quę, ob eam capeſſendam Memphiticis uates accessisse, & penè totam Syriam, Aegyptum, Iudęam, & Chaldeorū scholas perlustrasse, compertum est. Enim uero hæc apud Chaldæos, religionem etiam in sapientiã

*Ioan. Pi. li. 2a
c. 5. de Prænot.
dini*

Lib. 30. cap. 1.

*Aegyptijna
tura supersti-
tiosi.*

philosophicam commutantes, Assyrios, Persas, Arabes, Aethiopes & Indos plus ab initio cultâ fuisse atque celebratam, quàm apud ullas alias gentes, constat: Aegyptios adhæc, natura supersticiosos, ac in aniles fabulas & histrionica comenta religionem uertentes, in primis ea claruisse, quòd potissimum apud eos dæmonum uiguerit cultus: quibus nihil studio maiori fuit unquam, nihil prius, quàm ut quibuscunq; posent modis, à uera Dei & naturæ contemplatione abreptos, transuersos homines suis illaquearent uatramentis. Ita Græci amâtes & perquam studiosi nouarum & ingeniosarum inuentio- num, in Pyrronias disputationes religionē trās fuderunt: quemadmodum Romani dominationis naturâ cupidi, eam ad suos similiter inflexerunt, attemperaruntq; affectus, & imperio con- formarunt politico: qua ratione utriq; dæmonū artibus manum quoq; pronius dedêre.

*Naturalis
magia quid,
& eius com-
mendatio.*

At quanquam naturalem magiam plerosque eos coluisse authores obijcietur, plurimum tamen eisdem superstitionis impiæ infamisq; magiæ admiscuisse comperitur: ut naturalis illa goetiæ & theurgiæ illecebris confusa, malorum que dæmonum imposturis irretita, non satis se cernatur. aliàs penitissima illa rerum naturalium abstrusarum speculatio & cognitio, uera nimis philosophia, sanctiorque magia, à sapientibus solenni plausu excipienda, colendaq; à me hic non eleuatur, cui etiam nulla ex parte quicquam derogatum uolo. Nam quos Græci sophos aut philosophos, Chaldæi etiam magos uocant,

uocant, ut in Daniele testatur D. Hieronymus: hos commendat ueritatis historia, Matth: 2. momentum enim, locumque nati filij Dei, ex prophetijs, quas in illo regno & Babylonico Israelitæ captiuitatis tempore sparserant, stellæ monitu agnoscunt. Quam quidem stellam non fortuito illuxisse, neque ex materia physica naturæ ductu inflammata exarsisse, uerum diuinitus accensam, ut Christi natiuitatem designaret, ipsosque ad locum in quo erat deduceret, intelligunt. Superiorum uerò infamia uel hinc magis elucescet, quod in Diuinationibus Cicero scribit, in Persis augurari magos, & diuinare, congregarique in phano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Et quod grauius multo est, in libro de Sacrificio & magia Proclus, dum hanc naturalium sympathiam cognationemque, & si uoles, compassionem latissimè demonstrat, etiam numinum aduocatione uti solitos magos, per huiusmodi rerum consensum, tradit. Eos quoque multæ idololatriæ occasionem dedisse, fabricatos temerè superstitionum & falsæ credulitatis plurima genera, testatur Laertius. Ex quo artis liquet ignominia, quòd numinis appellatione prætexta, ad dæmonum inclinans uersutias, impeditissimis & ipsa erroribus obretita, minus prouidos in interitum præcipites rapiat.

Sed utinam posterioribus Magis ea mansisset religio, quæ Magorum Persarum erat, & Aegyptiorum sacerdotum, & Druidum Gallorū: qui nefas esse arbitrabantur, ea magiæ sacra lite

rarum monumentis committere, ne uulgò in-
 notescerent. Ita tandem fuisset sperandum,
 illud prodigiosum diaboli artificium, atque ge-
 neri humano exitiosum, prorsus interiturum:
 quemadmodum & iam Theologis & Medicis
 quocunque moliminis genere conandum, ut ar-
 tum hæc perniciosissima, fraudibus plena, è re-
 ligionis nostræ sacris quàm longissimè exulet,
 & è diuinæ Medicinæ castris omnino procul
 exterminetur, quum utranque suis fucatis exor-
 cismis, barbaricarum uocum preculis, obscuro-
 rum nominum recitatione, sacrosancti eloquij
 abusu, ligaturis, periaptis, carminibusque ad sa-
 lutis & uitæ hominum perniciem conspurcarit.
 sicuti apud Iudæos secretiorem diuinæ legis in-
 terpretationem Cabala nuncupatam, identidè
 ab ea defœdatam uitiatamque legimus: ut Ca-
 balistica eiusmodi magia, Christum incompara-
 bilia effecisse miracula, astruere non exhorre-
 scant perfidi Iudæi.

*Cabala à ma-
 gia infami ui-
 uata.*

*Libri magi-
 ei.*

Enoch.

*Lib. 3. antiq.
 Ind. cap. 2.
 Vide sequenti
 lib. 4. cap. 18.
 eam de Solo-
 monis opinio-
 nem fuisse di-
 lutam.*

Et hodie adhuc titulis, quos præ foribus
 splendidos suspendunt hi magi, eminentis cir-
 cunferuntur libri sub nominibus Adæ, Abelis,
 Enoch (quem diuiniorem ante cæteros fuisse
 asseruit uetustas) item Abrahamæ, Aaronis, Da-
 nielis ob somniorum explicationem, Solomo-
 nis (in signi coniectura ita ex Iosepho auguran-
 tur sacrilegi, indoctis auribus irrepentes) ad-
 hæc Zachariæ Babylonij, Pauli, Honorij, Cy-
 priani, Thomæ, Hieronymi & Eboracensis cu-
 iusdam: ut ob speciosa hæc nominum lenoci-
 nja magis arrideant, illiciantque, & citius fi-
 dem

dem sortiantur. Verùm acrius intuenti, apertè se prodit horum furciferorum circulatorumq; fallax præstigiū, & nostro æuo iam pridem conficta sese profitentur ipsa uolumina Iosephi quoque Israelis filio, ex peculiari Dei munere uaticinanti, somnia interpretanti, in fratrum ministerium à prouidentia diuina segregato, Christi que typum gerenti, eam aspergit maculam Iustinus, illum magicas nouisse artes, easque ad Mosen & reliquos peruenisse scribens. Idem de Mose tradit Plinius, & Tacitus: quem etiam Aegyptium sacerdotem dixere non ualde diligentes (teste Capnion) quidam rerum scriptores, ut Strabo Cosmographiæ libro sexto decimo. Magum item & fallacem eum appellat Possidonius, & Lysimachus, & Apollonius Molon, & plerique alij, similiter Apion: quos mendacij, ignorantia & insania insinulat Iosephus multis argumentis. Eam laudem in primitiua Ecclesia quoque multis Christianis illeuerunt gentes, qui tantum differabant à magis, quantum à tenebris lux, à mendacio ueritas, ab ima uanitate, summa & sincera pietas. Hos Origenes defendit.

Ex eo magorum collegio etiam ingens hæreticorum numerus in Ecclesiam irrepit, qui sicut Iannes & Mambres restiterunt Mose, sic & illi Apostolicæ ueritati oblatrarūt. Horum princeps extitit Simon Samaritanus, qui Romæ sub Claudio Cæsare propter hanc rem statua donatus est, cum hac inscriptione: SIMONI SANCITO DEO. hic tandè uelut in aere uolans,

i 4 à demoni-

Iustinus li. 16.

Lib. 30. ca. 2.

Li. 1. & 2. contra Apionem. Magi propheta.

Ex magis multi hæretici prodire.

2. Tim. 3.

Simon Samaritanus. magis hæresium seminarius.

*Abdias epi-
scop. Bab. lib.
1. certam. a-
postol.*

à dæmonibus uectus, Petro orâte, exaltatus di-
labitur, misereq; interiit. Eius blasphemias pro-
lixè recensent Clemens, Eusebius & Irenæus.
Ex hoc Simone tanquam ex hæresium semina-
rio, pullularunt per multas successiones, mon-
strosi Ophitæ, turpes Gnostici, impij Valétinia-
ni, Cerdoniani, Marcionistæ, Mótaniani, & mul-
ti alij hëretici, propter quæstus & inanis gloriæ
aucupium mentientes aduersus Deū, nec quic-
quam utilitatis aut beneficiorum conferentes
hominibus: at decipientes, & in errorem perni-
ciemq; præcipitantes, Huc pertinet famosissi-
mi magi Cynopis historia, qui cum Ioáni euan-
gelistæ, iussu Domitiani, in Pathmo exultanti,
controuersia erat. Exempla quoque leguntur
apud Iosephum lib. 20. antiq. Iud. cap. 6.

*Qui Magiam infamem postea coluère, & funestus
quorundam interitus. Cap. IIII.*

*In Rogerium
Bach. scribit
Joan. Franc.
Picus li. 7. ca.
7. & cõtra Pe-
trum Apon.
& Albertũ
lib. 4. ca. 9. &
lib. 7. cap. 5.
& 7. de Præ-
not. superst. ue-
lut & aduer-
sus Indorum
Brachmanũ
& Gymnoso-
phistarũ. Ae-
thiopũ magi-
ca, ca. 9. li. 7.*

SVperiorum magorum nugamenta insulsè
Sequuti sunt, Appion Grammaticus, Iulia-
nus apostata, Artephius, Robertus Anglicus a-
pud Heluetios miserè mortuus, Rogerius Ba-
chon, Petrus Aponensis Conciliator dictus, Al-
bertus Teutonicus, Arnoldus de uilla noua, An-
selmus Parmensis, Picatrix Hispanus, uel au-
thor libri ad Alfonso sub Picatricis nomine,
Cicchus Asculus Florentinus, & plerique alij
obscurioris nominis scriptores, deplorati cer-
tè ingenij homines: qui quum se magiam trade-
re pollicentur, non nisi aut deliramenta quæ-
dam, nulla ratione subnixa, aut superstitiones,

pijs

pijs omnibus indignas congesserunt: quorum plures etiam in hac arte florentissimos, fama multatos, & quàm miserrimè hoc mundo defunctos fuisse, se partim cognouisse, partim testantibus fidelissimis hominibus audiuisse, asserit eximium illud olim Germaniæ decus Ioannes Reuchlinus, linguarum peritissimus. Quandoque enim eiusmodi societatis iure devictos, uel ancipitibus falsis uè præstigijs ad mentium permotos perdunt dæmones, & iudicibus uinciendos, excarnificandos, enecandos que produnt: uel ipsi tragico aliquo tristicique supplicio interemptos abripiunt. Solent eiusmodi quidem honore, tenebrarum potestates suam afficere clientelam. Zaroës & Arfaxat magos in Persidis ciuitatibus ludificantes homines, ipsa hora martyrij Simonis & Iudæ apostolorum fulguris ictu exustos fuisse, tradit Abdias Bab. episcop. libro sexto certam. Apostol. Sic & Cynopem magorum principem, Ioanne euangelista orante, fluctus absorpisse legimus. L. Piso primo Annalium auctor est, Tullium Hostilium regem, ex Numæ libris, eodem sacrificio quo Iouem cælo deuocare conaretur, quoniam parum ritè quædam fecisset, fulmine ictum.

Scribit Olaus Magnus lib. 3. cap. 4. de gent. Septent, quòd Methotin quidam arte magica insignis, excellentem fictæ dignitatis, uel potius diuinitatis opinionem sibi assumens: simpliciu animos præstigiôsæ artis fama seductos, ad præstigiôsæ libamenta sibi pendenda adduxerit.

Lib. 2. d. uerbo mirif.

Zaroës et. Arfaxat Magi, fulguris ictu mortui.

Cynops magus à fluctibus absorptus.

Methotin magus occiditur.

Hic cum esset summus deorum pontifex, sacrificia ceremoniasque ita distinxit & ordinuit, ut discretus superum cuique cultus & libatio obseruaretur, asserens deorum offensas communibus sacrificijs aut permixtis ceremonijs expiari non posse. Tandem sceleribus eius detectis, concursu populi occiditur: occisusque pestifera cadaueris sui contagione plurimos perimens, tumulo extrahitur, ac palo infigitur, quemadmodum uanitatis ipsius meruerat præstigiæ. Et eiusdem libri capite 18. hæc narrat: Colebatur etiam, inter alia Aquilonis numina, magus quidam Hollerus nomine, non minori fraude, quam singulari superstitione, diuinitatis opinionem & cultum sibi in gente curiosa uendicans. Is siquidem parem cum Othino amplitudinem in medio deorum assecutus, a deo armorum & præstigiarum usu clarus euasit, ut ad traijcienda maria osse, quod diris carminibus obsignauisset, nauigij loco uteretur: nec segnius eo, quam celerrimo uelorum uentorumque usu præiecta aquarum impedimenta superaret. Tandemque ut diuinitas eius ostenderetur esse mortalis, ab æmulis suis truculentissima morte est interemptus. Præterea Oddonem, Danicum piratam maximum, tradit absque carina altum pererrasse mare, & hostilia sæpe nauigia concitatis carmine procellis euertisse: ac postremò peritiore hoste circumuentum, gurgite submersum esse, qui marinos uortices præstigijs carminibus olim calcare consuevit.

Hollerus magus trucidatur.

Oddo magus submergitur.

Alloquutum se plurimos affeuerat Ioannes *De prano.*
 Franciscus Picus, qui uana spe futurorum de- *superst. lib. 4.*
 lusi ab apparente sibi dæmone, per inita pa- *cap. 9.*
 cta uocatio, usque adeo uexati fuerunt postre-
 mo, ut optime secum putarint actum, ne ui-
 tam amiserint. Alium quoque intellexit ab
 eiusdem socijs adhuc uiuis, à dæmone quinquaginta ferme abhinc annis uiuum ablatum, nusquam comparuisse, dum curioso cuidam & malè sano principi Troiæ oppugnationem re-
 præsentare, quasi in scena, pollicitus esset, Achillem que & Hectorem introducere præliantes. Comes item Matisconensis magicæ factionis, hora prandij coram multis Baronibus & militibus abreptus fuisse à dæmonibus legitur, ac ter circum ciuitatem Matisconensem uelocissimè uectus cunctis uidentibus, atque ter miserabiliter exclamasse, Succurrite ciues, succurrite: unde tota ciuitas fuit commota, atque ille factus perpetuus dæmonum comes, ut fusius docet Hugo Cluniacensis. Re-
 centi adhuc memoria, anno 1530, sacerdoti in crystallo thesauros Noribergæ ostenderat dæmon: hos cum loco perfosso ante urbem quæret sacerdos, adhibito amico spectatore, & iam in specu arcam uidisset, atq; ad eam cubantem canem atrum, ingressus sacerdos in specum, opprimitur interficiturq; ruente cacumine & specum rursus complente. Saltzburgi incantator iactabat, se omnes in uicinia ad miliare serpentes posse in unam perducere foueam, & interinere: quod cum tentaret, tandem antiquus
 & ingens

Magus uiuus à diabolo ablatus.

Sacerdoti in crystallo thesaurus ostenditur à dæmone, & ab eodem opprimitur in specu.

A serpente magus interitur.

& ingens proserpit serpens, quem quum carmine in foueam compellere niteretur, ille exiliens, incantatorem uelut cingulum amplectitur, trahitque in foueam, & enecat. Hæc magiæ huius stipendia, hi simulatæ fructus amicitia, hæc eminentiꝝ phialæ, annuli, carceres, ficti compedes, & uelana perniciosaque ludibria.

[Lib. 1. Sententiarum, dist. 7.

Rectè igitur ac piè Petrus Lombardus ait: Dæmonum scientia & uirtute exercentur artes magicæ, quibus tamen tam potestas quàm scientia à Deo data est uel ad fallendū fallaces, sicut Aegyptios: & etiam in ipsos magos data est, ut eorundem spirituū operatione uiderentur admirandi, à quibus erant damnādi: uel ad monendum fideles, ne tale quid facere pro magno desiderent, uel ad exercendum seu probandum iustorum patientiam. Nec putandum est dæmonibus, hanc rerum uisibilibus materiam ad nutū seruire: sed Deo potius, à quo hæc potestas datur.

De libris quibusdam magicis.

Cap. V.

Libri magici.

PRæterea non eximios tantum uiros, sanctos patriarchas & Dei angelos tam sceleratorum execratorumque dogmatum iactant authores, hi magi: uerum etiam libros à Raziæ & Raphaele, Adæ & Tobia angelis, traditos ostentare non erubescunt, ut hoc fūco suam pulchrè adornent Empusam: qui tamē libri, ut & superiores, penitius introspectanti præceptorum canonem, rituum modum, uerborum consuetudinem, characterum genus, barbarū constru-

constructionis ordinem, indoctam phrasim, sententiarum uim, res insulas, manifestè sese produnt, & inscriptiones esse adulterinas suppositiciasque, nec nisi meras nugas imposturasque eos continere, nec non ita pridem ex unius cōspirationis uolubro cunctos nostra ætate scaturijse, minimeque Chaldæorum & Hebræorum linguam uetustatemque resipere: nec duplicem Aegyptiorum characterem, unum in sacris, alterum in prophanis agnoscere, certum est: ac interim à perniciosissimis abominatio- num architectis uerè sapientiæ ignaris fabricatos esse ex gentilitijs quibusdam obseruationibus, nostræ religionis ceremonijs, ueluti ex infidijs, ut circumueniât citius, studiò immixtis, insertisque multis ignotis nominibus & signaculis, ut stupori terrorique sint rudioribus, simplicibus & incautis.

Optimo iure his annumeretur abominabilis libellus nuper in lucem ab impio homine emissus, tributusque Henrico Cornelio Agrippæ, meo olim hospiti & præceptori honorando, circiter annos uigintiseptem iam mortuo, ut hinc falso eius manibus iam inscribi sperem, sub titulo quarti libri de Occulta philosophia, seu de ceremonijs magicis: qui insuper clauus librorum trium de occulta philosophia, omniumque magicarum operationum iactatur. Sed

Parturiunt montes, generatur ridiculus mus:
meræ sunt nugæ, & scopæ dissolutæ, ut nihil ex eo certi constituere queas, etiamsi huius uanitatis studiosissimus singula quo iubet author ordine,

*Quartus li-
ber de occulta
philosophia
impus.
Cardan^o li. 18.
de subtil. alio
titulo eius li-
bro meminit.*

ordine, industriè prosequaris, inchoesque e*
 figura mundi, collectis literis ab ortu corporis
 planetę secundum successione[m] signorum per
 singulos gradus, atque ex singulis gradibus ab
 ipso planeta aspectis, facta projectione à gradu
 ascendenti, ut ille proponit, & fusius nugaci-
 usque docet. Idem dictum uolo de tabulis, per
 quas malorum spirituum nomina extrahuntur:
 & de calculatione quam Aegyptijs literis tradi-
 disse Trismegistus dicitur, qui etiam omnium
 primus extitisse fertur qui de nominibus spiri-
 tuum eliciendis tractarit. Fabrica quoque ex-
 quisita in hoc libello subsequitur de characteri-
 bus bonorum & malorum spirituum, quos ta-
 men ita effectos esse ad deceptionem, nec ijs
 quicquam inesse uirium, quilibet sanę mentis
 haud difficulter iudicabit. Accedit & tabula,
 per quam figurę quędam malorum spirituum
 familiares, & imagines inueniuntur, sub qua-
 rum forma inuocantibus occurrere & compa-
 rare illi solent: item formę familiares spiritibus
 Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij,
 Lunę. Pentacula describuntur quoque tan-
 quam figura quędam sacra, à malis euentibus
 nos præseruantia, & ad malorum dæmonum
 constrictiōem, & exterminationem adiuuan-
 tia: malos etiam spiritus allicientia, nobisque
 conciliantia, quę ex characteribus, picturis, no-
 minibus bonorum spirituum uariè componun-
 tur, quibus abominabilis, imò blasphemus sa-
 crę scripturę adhibetur abusus. Inter reliquas
 preces, rogatur etiam malus spiritus ad cogen-
 dos ho-

dos homines, cuius nomen similiter inferitur: sitque hoc, si ad malum tendit operatio, ut ad uindictam, pœnam uel destructionem. Præterea si quis uersiculus in Psalmis, uel aliqua parte literarum sacrarum, desiderio nostro congruus habetur, ille orationibus immiscetur: & post orationem ad Deum, quandoque oratio conuertitur ad exequutorem illum, qui minister in præcedenti oratione optatur, siue unus sit, siue plures: siue angelus, uel stella, uel anima, uel ex Heroum numero aliquis.

Subsequuntur & uariæ consecrationes rerum aliarum, tum libri, per quæ malorum demonum ministerio plurimum quidam utuntur, cui spiritus inscripti procliuem obedientiam sacro quodam suo iuramento uouerunt. Hic post consecrationem conseruatur religiosè, ne extra institutum aperiatur. Fumi certè & animaliarum deliramenta. Idem sentiendum de inuocatione bonorum spirituum ibi descripta, ubi post deliria multa, recitatur genibus flexis psalmus, Beati immaculati in uia, cum diuinis & angelicis nominibus: eoque finito surgit actor, & incipit ab Oriente in Occidentem continuo uortice intra consecratum circulum circuire, donec uertigine correptus humi in circulo procumbat, ubi quiescens statim in extasi rapitur, in qua is se prodit qui cuncta annuntiabit. Sic & oracula per insomnia redduntur, si post alia ex præscripto administrata, lectum ingrediatur actor cogitatu illi rei inherente, quam cognoscere desiderat, eoque indor.

indormiat modo. Hisce somnijs haud dubiè insinuat se diabolus, quando res imaginationi cogitationique tam ualidè impressæ adhuc in organis imaginationi inseruientibus herent. Quæ etiam in mali spiritus inuocatione requiratur, eadem religione prosequitur. Vbi adhibentur quoque consecratæ res, necessariè tam ad defensionem inuocantis & sociorum eius, quàm etiã ad uincula & constrictionem spirituum: quales sunt sacræ chartæ, laminæ, picturæ, pentacula, gladij, sceptræ, uestes, ex materia & colore conuenienti. Apponuntur & sedilia pro spiritibus, qui quoque inuocati ad potum & esum inuitantur. Inde pestilentissimus subiungitur libellus, Heptameron inscriptus, siue elementa Magica Petri de Abano: quem, ut reliquos id genus omnes, inter lectionis reiectæ libros, Vulcano cum primis consecrare decet. In eo circulus & eius compositio describitur, item nomina horarum & angelorum eis præsidentium, barbara nimis, quemadmodum & angelorû quatuor anni temporum nomenclaturæ: consecrationes quoque & benedictiones circuli ac suffumigiorû, exorcismus ignis cui superponuntur fumigia, uestis & pentaculum factum die & hora Mercurij, crescente luna, in charta, membrana scilicet hædi, ubi prius super illo dicta fuerit missa spiritus sancti, & aspersa baptismatis aqua. Succedit modus operationis, exorcismus spirituum aëreorum impius, oratio ad Deum blaphema, in quatuor mundi partibus recitanda in circulo, deinde uisiones & apparitiones uirtute exorcismi excitatæ,

Elementa Magica Petri de Abano.

Ufus missæ & aque baptismatis.

excitate, cum inuocatione horrenda exorcistę: nomina item angelorum absurda diei Domini ci, & eius coniuratio, ut & singulorum totius septimanę dierum.

De Ioanne Tritemio, eiusq; libro Steganographia inscripto.

Cap. VI.

HVc pertinet Steganographię opus Ioannis Tritemij abbatis Spanheimensis, cuius in hæc uerba meminit Carolus Bouillus: Ad Tritemium diuerti, quem reperi magum, nulla philosophię parte insignem. Eius Steganographiam euolui uelutatum, nonnullorum capitum perlegens initia. uix horas duas librum in manibus habui: abieci enim eum ilico, quòd terre cœperant me tantę adiurationes, ac tam barbara atque insolita spirituum (ne fortè dicam dæmonum) nomina: uniuerſa uerò huiusmodi nomina (quoad uidere uisus sum) ignotę linguę sunt. Aut enim Arabica, aut Hebraica, aut Chaldaica, aut Græca: Latina pauca, aut ferè nulla. Innumeri autem sunt characteres, quibus adiurationes singulę notantur. Quod in epistola ad Boscium Tritemius scribit, uerba esse plana, lucida, sine omni literarum aut uocabulorũ transpositione, ita ut omnes legant & intelligant: secretum tamen illius qualecunq; erit, manere ignotum: hæctenus uera loquutus sit. Nam in tota huiusmodi Steganographia passim sanctissimas ac pijsimas orationes inserit, quę ad amicũ epistolaram loco mittantur: re autem

*In epist. ad
Germanum
Gauaium
Reg. cõsiliar.
Tritemius
magus.
Steganogra-
phia Tritemij.*

k uera

446 De præstigijs dæmonum

uera lachrymæ sunt crocodili. Id enim mihi fa-
cere uidetur, quod D. Dionysius in epistola ad
Sofipatrum de Apolophane sentit: Diuinis ad-
uersus Deum nefariè utitur, ac per mundanam
finanemque sapientiam, diuinam sapientiam e-
uacuare inolitur. Quod autem sine adiutorio
spirituum omnia pollicetur se facturum, rectè
(ut ait Daniel) in caput suum mendacia con-
fingit: manetque puto angelus Dei bonus, ut
fecet eum medium, dissoluatq; fœdus iniquum,
quod cum nocentibus angelis inijsse ac sanxis-
se, palàm ex ipso opere declaratur. Porro, si ritè
memini, hunc ipsum in Steganographia illa or-
dinem seruat: in primis spirituum ipsorum no-
mina digerit, hinc eorù adiurationes disponit,
ac singulorum characteres subscribit: postre-
mò figuras distinguit, è quibus pro adiurationi-
bus singulis apta spirituum nomina, quoties
necessitas ingruerit, depromere atque elicere
liceat. Partitur autem in huiusmodi figuris, spi-
ritus ipsos in quatuor, Imperatores, Duces, Co-
mites, & Seruos: Imperatores uerò totius or-
bis esse tantum duodecim, quotquot & uenti à
philosophis esse traduntur. Ex his quoque qua-
tuor designat præcipuos, Orientis, Meridei,
Occidentis & Septentrionis: quos, ut magnos,
Imperatores appellat. Sub quolibet Imperato-
re statuit Duces, puto trigenos aut quadrige-
nos. Sub Ducibus singulis rursus Comites, ma-
iore numero: & Seruos sub Comitibus innumeros.
Hoc igitur pacto, ad artis suæ effectū
conuertitur, Cum uult dissito amico sua ape-
rire

Daniel. 11.

Ordo Steganographia.

fire consilia, (hæc enim sua uocat secreta) scri-
 bit epistolæ loco orationem quandam mira
 sanctitatis & deuotionis furo affectatam, eam-
 que charactere cuiuspiam duodecim Impera-
 torum imprimit, & ad amicum, qui (ut ait) no-
 uerit artem, mittit. Exceptam igitur char-
 tam aperit is amicus : & in calce epistolæ, cha-
 racterem in primis cuius nam sit Imperatoris,
 attendit. Si est Orientis princeps, uersus ad
 Orientem, literas in eam cœli plagam patentes
 expandit : requiritque confestim ex suis li-
 bris, quibus adiurationibus princeps ille co-
 gatur, ut suorum quempiam subditorum ad se
 mittat. Elicit autem adiurationes duas, ac
 primam quidem super patentes adhuc literas:
 spectansque in auroram profert, qua ritè pro-
 lata, mittit ilicò Imperator ille quendam suo-
 rum aut Ducum aut Comitum aut Seruorum,
 qui protinus aduolans, sit uiro eminus uisibi-
 lis, uelut nebula aut caligo in aere pendula. Vbi
 deinde secundæ coniurationis uerba exple-
 uit, spiritus ille propius accedit, cominusque
 ad eius aures expetita amici secreta propalat
 & nunciat. Sunt autem (quod sentiam) adiu-
 rationes ipsæ haud continua oratio, sed aggre-
 gatio quædam nominum ipsorum spirituum,
 ad uarium quendam magicæ artis modum or-
 dinatorum : suntque huiusmodi nomina (ut
 dixi) omnia ferè ignota, uelut Arabica, &c.
 Memini item me in ipsius Opere ita legisse: Hi
 autem spiritus perniciosissimi sunt, & nequam.
 Odio quàm maximè habent lucē, tenebras dili-

gunt. Forti adiuratione opus eſt, ut ad neceſſaria noſtra cogantur. Quòd ſi in hiſ adiurandis territus, pauxillum trepidaueris, aut in explenda adiuratione (ſiue uocabuli omiſſione, ſiue ſeriei immutatione) aberraueris, te ilicò necabunt. Hos igitur tam in uindictam paratos, quis adeò erit mente captus, ut bonos clementeſque ſpiritus eſſe probet? Vidi in eo Opere adiurationes nonnullas, quas uocat potentes, quibus poſſit unusquiſque, qui aſſidue cupit ſpirituum uti miniſterio, alligare apud ſe ſpirituum, ac cogere ut in eius domo maneat ſemper, eiſque in cunctis famuletur. cæterum in ſemotiſſimo (ut ait) à turba loco iſ ſpiritus locandus eſt, ne temerè ad ſe ingredientes necet, &c. Satis ſuperque me feciſſe uideor, ſi tibi hæc expoſui, quibus liquidius & uiri, & artis quam pollicetur, fuci, ne dicam mendacia, tibi pateſcant. Haſtenus Bouillus: quem licet mendacij & impietatiſ accuſet Tritemius, ſe purgans in Præfatione lib. Polygraphiæ ad Maximilianum Imperatorem: res tamen ipſa ſecus docebit, ſi quiſ Steganographiæ libros accuratè legerit: quorum partem ſcriptam cum figuris & ſpirituum nominibus, apud Henricum Cornelium Agrippam fœlicis memoriæ, ego ipſe olim legi, atque eo inſcio exſcripſi. Studiò in argumentiſ famoſorum horum librorum deſcribendis longior fui, ut iſ cognitiſ promptius de reliquiſ eius farinae blaſphemijſ cèſeatur. Congeſtos eiuſmodi tenebrarum libros, ut damnabiles, improbatè lectioniſ uocat Vlpianus, prorfusque

fusq; corrumpendos esse statuit. Eisdem ignibus absumi uoluit Paulus apostolus.

Actor. 16.

Hic disciplinæ & artis fons, origo & firmamenta, ac sacrilegi negocij methodus: cuius tamen ui obedire manes, cogi numina, turbari sidera, elementa seruire, eiusq; inexpugnabili potestate & cæca numinum coactorum uiolentia, stupenda supra naturam se opera perficere, sibi persuadent, iactantq; in sinu ridentes, bis certè miseri homines: quod uani testantur exitus, & post immensa laboriosaq; studia frustrati euentus. Præstigias ostentant, non miracula: quæ nõ Dei assistentia, sed Dei permissione ob hominum incredulitatem, & dæmonum pactione sortiuntur effectum.

Huius scholæ artes iactantur, ars Almadel, ars Notoria, ars Bulaphiæ, ars Arteprij, ars Paulina, ars Reuelationum, & similia impietatis monstra plura, neutiquam toleranda: quæ hoc ipso sunt magis exitialia, quo indoctis apparēt diuiniora.

*Magia artes
quadam.*

*Incantationum uarij modi: de expedita quoque
manuum agilitate, & præstigijs.*

Cap. VII.

Incantationum uerò diuersi admodum omnibus seculis extiterūt modi, quorum unus alio crebrior, hoc uel illo tempore fuit, atque hinc uel alijs locis celebrior. Huc refer uniuersum illud præstigijs genis & illusionum, quibus malefici hi, qui se honestiori Magorum nomine appellari malunt, phantasmata phasma-

k 3 taq;

taque edunt, multa miracula fraudulentè ostentantes, plerunque Goeticis incantamentis, coniurationibus ineptis, illicitis gentilitijs sacrificijs, imprecationibus, mentione diuinorum nominum, recitatione uerborum sacrorum aut barbarorum, siue adhibito quocunque murmure: nonnunquam plantis, animalibus, eorumque partibus, præter rem uel superstitiose uel dolosè admotis: interdum etiam certis suffumigijs, luminibus, collirijs, *κατακλισεις* seu alligationibus & suspensionibus: in super metallis, aut arte fabricatis corporibus, simulachris, imagunculis, annulis, sigillis: characteribus hoc uel illo modo usurpatis, quibus admirandas rebus imprimi uires commentantur: item speculis, & similibus huius magicæ artis monstris organisque: quibus licet interdum aliquid uirtutis naturalis inesse potest, tamen ut plurimum ad eorum constructionem aut usum adhibentur nefandè uel sacra Dei oracula, uoces siue sententiæ, uel blasphemia uocum diabolicarum deblateratio, à quibus uim omnem manare propagarique in hæc media, ac ab iisdem pendere confidunt, dæmonio interea colludente cooperanteque: immò rem omnem Dei permissu, ob magi impietatem & astantium incredulitatem expediente, quam elusus incantator alioqui frustra machinaretur: quod equidem ad omnes horum hominum mirificas, naturalisque potentiæ cursum & modum exuperantes actiones, semel hic dictum responsumque uolo, Enimuerò eò usque horum hominum

In actionibus illis maiorum natura cursu superantibus dæmon operatur, Dei permissu, ob magi impietatem, et astantium incredulitatem.

Minum animos sathanicæ huius professionis
 ælstrum peruasit, ut creditum sit, id genus im-
 posturis dæmoniacis omnino perfici quæ requi-
 runtur, aut naturis rerum uel nouas indui ui-
 res, uel priores adimi, infirmari aut uegetari, si-
 ue naturæ cursum mutari, fulmina cieri, toni-
 trua, uentos, pluuias inopinatò concitari uel
 sedari, serpentes feritate uirulentiaque exui, be-
 stias indomitas coerceri, ferrum rumpi, mor-
 bos infligi & curari, manes ac umbras euocari,
 & (ut Apuleius ait) animas agiles reuerti, pi-
 grumque mare colligari, & noua corpora crea-
 ri. Nec portentosas eas res enumerare hic lu-
 bet, quas cum Coracesia, Callicia, Menaide,
 Corinthade, Aproxi, à Pythagorâ celebra-
 tis herbarum nominibus, ad hoc certè aptis, si
 nō excogitatis, ut sono terreât: & cum Demo-
 criti Chirocineta, Aglaophotide, Marmaritide,
 Achemenide (qua in hostium aciem coniecta,
 trepidare agmen, & terga dare, scribit Plinius)
 Hippophanade, Adamantide, similibusque ter-
 rificis plantarum monstris, apud magos usur-
 patis, & iam singulari Dei bonitate in hominū
 utilitatem memoriæ excusis, penitusque abo-
 litis, quandoque prorsus sublatis uolet Deus. Im-
 mensus siquidem est harum fallacium actionū
 & rerum numerus, quas latere præstat: saltē in-
 cautos nimisque credulos præmonuisse utile est,
 ne impiè attractis diuinis nominibus, uel sacrae
 Scripturæ uerbis iniquè cōtortis fallātur, seducā-
 turque, quemadmodū hætenus factū animadu-
 tim⁹: ut hoc nomine, quo grauissimè delinqui-

Li. 26. cap. 20

tur, se purgent excusentque, quòd nimirum nomina sacrosancta inuocent, uerbumque Dei commisceant in hoc opificio diabolico, ubi scelere horribili sanctissimum Dei nomen prophanatur, atque abusu abominando Scriptura conspurcatur diuina.

Et quanquam iniquis impijsque his rationibus dæmones se accersere, aut ijs imperare posse, maleferiati hi homines gloriosius iactent, & ad horum illicita murmura nutumque illi obedire uideantur quasi obstricti compulsique: interim tamen suos hos dominos & imperatores, sibi magis deuinctos serualesque habent, ut quibuscunque dæmonum spectris, laruis aut propositis imaginum dolis seu ludificantibus formis, fidem adhibere cogantur: unde tamen ipsis nunquam usque adeo multum commodi sperandum, nisi quod sibi hac ratione magis placeant, aliosque in admirationem pertrahant, tanquam rerum non uulgarium, at curiosarum periti. Interim ab his cogi se simulant dæmones: quanquam uenire optent, teste Porphyrio, ut suis deinde alios præstigijs irretiant. Sic quendam uidisse Ioannes Fernelius scribit, ui uerborum spectra uaria in speculum deriuare, quæ illic, quæcunque imperaret, mox aut scripto aut ueris imaginibus (ut ille ait) ita dilucidè exprimerent, ut promptè & facillè ab absidentibus omnia internoscerentur. Audiebantur quidem uerba sacra, sed obscænis nominibus spurcè contaminata. cuiusmodi sunt elementorum potestates, horrenda quædam & inaudita principum.

*Lib. 1. de ab-
ditis rerum
causis.*

pum nomina, qui Orientis, Occidentis, Austri, Aquilonisque regionibus imperent. Hæc ille. Et si uerò huiusmodi formæ & literæ appareant, a præstigiatore mendacijque parente nostris oculis obiectæ: non tamen non debent esse præstigiôsæ, mendacesque uel mendacijs inuolutæ, ut mercedem requisitam dignamque curioso hominum studio reponat liberaliter, naturæ suæ immemor nunquam.

Incantamentorum etiam peculiare modos apud Septentrionales obseruatos, his uerbis describit Olaus Magnus: Inter Bothnicos homines Septentrionis passim reperiuntur malefici ac magi, tanquam in proprio loco, qui per summam ludificandorum oculorum peritiam suos alienosque uultus uarijs rerum imaginibus adumbrare nouerant, fallacibusque formis ueros obscurare conspectus. Nec solum pugiles, uerum etiã feminæ & teneræ uirgines pro uoto suo laruas liuido squalore terribiles, faciesque adulterino pallore distinctas, ab aeris teneitudine mutuari consueuerunt: & rursus ablegato nubilæ inumbrationis uapore, prætentas ori tenebras sudis perspicuitate discutere. Tantamque uim carminibus eorum adfuisse constat, ut rem remotissimè positam, & quantalibet nodorum cõsertione perplexam, è longinquo soli sibi conspicuam ad cõtactum euocare posse uideretur. Talibusque præstigijs id ipsum hoc modo demonstrant. Scire cupientes statum amicorum aut inimicorum, longinquo terrarum spacio quingentorum uel mille miliarium inde distantium;

*Lib. 3. cap. 19.
Histor. de
gent. Septent.
Incantamentis
modi apud So
ptentrionales.*

*Saxo Gram-
mat. in initio
lib. 7. Histor.
Dan.*

stantium, Laponem seu Finnonem huius rei peritum, dato munere, lineæ scilicet uestis aut arcus, rogant ut experiatur, ubi nam fuerint & quid agant amici uel inimici. Quocirca conclaue ingreditur, uno comite uxoreque contentus, ranam æneam aut serpentem malleo super incudem præscriptis ictibus cõcutit, carminumque murmure hinc inde reuoluit: continuoque cadens in extasin rapitur, iacetque breui tempore ut mortuus. Interea diligentissimè à prædicto comite, ne quoduis uiuens cullex aut musca, uel aliud animal eum contingat, custoditur. Carminum namque potentia spiritus eius malo dæmone ductore à longinquis signa (annulum uel cultellum) in testimonium expeditæ legationis seu commissionis reportat: ilicoque resurgens, eadem signa cum cæteris circumstantijs conductori suo declarat. Idem capite 18. libri 3. de Ventis uenalibus, illud miraculum tradit: Solebant aliquando Finni inter alios gentilitatis errores, negociatoribus in eorum littoribus, contraria uentorum tempestate impeditis, uentum uenalem exhibere: mercedeque oblata tres nodos magicos, non Casioticos loro constrictos, eisdem reddere: eo seruato moderamine, ut ubi primum dissoluisent, uentos habere placidos: ubi alterum, uehementiores: at ubi tertium laxassent, ita sæuas tempestates se passuros, ut nec oculo extra proram in euitandis scopulis, nec pede in naui ad uela deprimenda, aut in puppi pro clauo dirigendo, integris uiribus potirentur.

His addit Olaus: Infana certè sunt documenta, quæ nostra excogitauit credulitas, ut acrius torqueremur. Vtinam faceretur à mentibus hominum tale figmentum: quod esse falsum, & nullius momenti, etiam à maioribus est ostensum. Sed hæc gens Aquilonaris, arte hæc post susceptam Christianæ religionis confessionem, legis inhibitione, nunquam uisa est uti palàm: nec alios eam, nisi cum uitæ discrimine, docuit. Multa alia eiusmodi maleficorum opera enarrat Olaus, impudenter satis, in eiusdem libri capitibus diuersis, quæ profectò non semper fidem merentur: proinde in ijs recensendis breuior esse uolui. Ventos tamen ita magis sedari, testatur Herodotus quoque libro 7. de præfectis Xerxis: quòd ij triduana tempestate quadringentas naues amisere, donec quarto die magi incisiones faciendo, & ueneficijs incantando, uentú Thetidi & Nereidibus sacrificando, tempestatem compescuerunt: siue eadem tempestas aliter cessarit.

Interijciatur hic Apuleij cõmentũ, cuius hæc sunt uerba: Athenis, p̄ximè & ante Pœcilé porticũ, isto gemino obtutu circulatorẽ aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse: ac mox eundẽ inuitamento exiguæ stipis uenatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima uiscera condidisse: & ecce ponè lanceæ ferrũ, qua bacillum inuersi teli ad occipitiũ per inguè subit, puer in molliciẽ decorus insurgit, inq; flexib. tortuosis, eneruã & exossam saltationẽ explicat, cũ oĩum q̄ aderamur
admira

Li. 1. de Asse
110 aut 100.

stantium, Laponem seu Finnonem huius rei peritum, dato munere, lineæ scilicet uestis aut arcus, rogant ut experiatur, ubi nam fuerint & quid agant amici uel inimici. Quocirca conclauē ingreditur, uno comite uxoreque contentus, ranam æneam aut serpentem malleo super incudem præscriptis ictibus cōcutit, carminumque murmure hinc inde reuoluit: continuoque cadens in extasim rapitur, iacetque breui tempore ut mortuus. Interea diligentissimè à prædicto comite, ne quoduis uiuens cullex aut musca, uel aliud animal eum contingat, custoditur. Carminum namque potentia spiritus eius malo dæmone ductore à longinquis signa (annulum uel cultellum) in testimonium expeditæ legationis seu commissionis reportat: ilicoque resurgens, eadem signa cum cæteris circumstantijs conductori suo declarat. Idem capite 18. libri 3. de Ventis uenalibus, illud miraculum tradit: Solebant aliquando Finni inter alios gentilitatis errores, negociatoribus in eorum littoribus, contraria uentorum tempestate impeditis, uentum uenalem exhibere: mercedeque oblata tres nodos magicos, non Calsioticos loro constrictos, eisdem reddere: eo seruato moderamine, ut ubi primum dissoluissent, uentos habere placidos: ubi alterum, uehementiores: at ubi tertium laxassent, ita sæuas tempestates se passuros, ut nec oculo extra proram in euitandis scopulis, nec pede in nauī ad uela deprimenda, aut in puppi pro clauo dirigendo, integris uiribus potirentur.

Venti uenales.

His addit Olaus: Infana certè sunt documenta, quæ nostra excogitauit credulitas, ut acrius torqueremur. Utinam facesseret à mentibus hominum tale figmentum: quod esse falsum, & nullius momenti, etiam à maioribus est ostensum. Sed hæc gens Aquilonaris, arte hæc post susceptam Christianæ religionis confessionem, legis inhibitione, nunquam uisa est uiri palàm: nec alios eam, nisi cum uitæ discrimine, docuit. Multa alia eiusmodi maleficorum opera enarrat Olaus, impudenter satis, in eiusdem libri capitibus diuersis, quæ profectò non semper fidem merentur: proinde in ijs recensendis breuior esse uolui. Ventos tamen ita magis sedari, testatur Herodotus quoque libro 7. de præfæctis Xerxis: quòd ij triduana tempestate quadringentas naues amisere, donec quarto die magi incisiones faciendo, & ueneficijs incantando, uentú Thetidi & Nereidibus sacrificando, tempestatem compescuerunt: siue eadem tempestatem aliter cessarit.

Interijciatur hic Apuleij cõmentũ, cuius hæc sunt uerba: Athenis, p̄ximè & ante Pæcilé porticũ, isto gemino obrutu circularõrem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse: ac mox eundẽ inuitamento exiguæ stipis uenatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima uiscera condidisse: & ecce ponè lanceæ ferrũ, qua bacillum inuersi teli ad occipitiũ per inguè subit, puer in molliciẽ decorus insurgit, inq; flexib. tortuosis, eneruã & exossam saltationẽ explicat, cũ oĩum q̄ aderamur admirã

Li. i. de Asse
110 aureo

— 123 —

admiratione: diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpente[m] generosum lubricis amplexibus inhærere.

*Ritus incantationũ Ar-
tephij.*

*De uarietate
lib. 16. cap. 91.*

*Pafetes ludifi-
cator magi-
cus.*

*Menippus Ly-
cius delusus à
sua sponsa.*

*Aqua cri-
bro hausta.*

Lib. 28. cap. 2.

*Valer. Max.
lib. 8.*

*In Apolo-
get. aduersus
gentes cap. 22.*

His adde uarios incantationum ritus cultoris magicæ stulticiæ maximi Artephij, à Cardano enarratos: ut hinc non solùm dolosos, sed & mente captos esse eiusmodi magos, quis iurè censeat. Adhæc, à Græcorum plerisque, literis proditum est, fuisse Pafetem quendam, inter magicæ uanitatis consecratos primæ notæ, qui carminum potētia refertissimum repente conuiuium hospiti[b]us discubitoris præmonstrare cōsueuerit: idq[ue], cum libuit, mox euauisse rursus, ut nihil omnino apparatū uideretur, discubentib[us] omnibus fame & siti elusis. Si quid precio comparasset, id agebat, ut erogati numini in uenditorum oculis apparerent, illis interim ludificatis. Simile quid passum esse Menippū Lycium machinatione sponsæ, literarum monumentis traditum inuenitur, in nuptijs: ubi aurea supellex & imaginariū argentum, uelut fumus effluxêre, administriq[ue] & coqui ac reliqua familia increpata euauit. Tucciam uirginem Vestalem incesti criminis ream Romę, cum precatione certa aquam cribro hausisse, anno urbis 609, commemorat Plinius. Huius & Tertullianus meminit in hæc uerba: Quid ego de exteris ingenijs, uel etiam uiribus fallaciæ spiritualis edisseram? phantasmata Castorum (qui scilicet toties Romę uictorias nunciarunt) & aquam cribro gestatam, & nauem cingulo promotam (à Claudia Vestali) & barbam tactu irrufatam?

ut &

ut & numina lapides crederentur, & Deus uerus non crederetur. L. Domitio rure quondam reuertēti, iuuenes gemini augustiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nunciaret Senatui ac populo uictoriam, de qua incertum adhuc erat. atq; in fidem ueritatis adeo permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum, æriq; ſimilem capillum redderent: unde Aenobarborum cognomen. Suetonius. Habet etiam hoc hominum genus ſuos modos, quibus uinum uel butyrum & id genus alia, numerata prius pecunia, ex locis diſſitis, ſatanæ opera adferri iubet. Tales aliquot inſignes noſtro æuo nouit Germania.

Aenobarborum cognomē unde.

Magos quoq; ipſos, quibuſcum dæmon coludit, non eſt mirum quandoq; uel transferri ſubitò, uel ita apparere: quum pleroſq; dæmonum uexationib. obnoxios, uel eorum ludibrijs deditos, tranſuehi nonnunquam aliò ſciamus. ſic Pythagoram uno momento & in Thurijs & in Metapontijs fuiſſe, Apollonium adhæc è Smyrna celerrimè Ephesum uerbo dicto translatum eſſe, ferunt hiftoriæ. Atqui meritò omnem dæmonum quauis arte comparatam neceſſitudinem, cunctamq; harum deluſionum rationem, peſtiferam fraudem eſſe, in extremum hominū exitium introductam, in conſeſſum uenit.

Magi & dæmoniaci tranſferuntur in ſerdum.

Multa inſuper imperitiis uifa miracula, manuum expedita agilitate & induſtria quotidie ab hiftionibus & ioculatoribus fieri uideamus, miramurq;. Narrat Pomponatius, ſe Mantuæ & Patauij quendam eius generis hominem Reatium nuncupatum uidiſſe, qui incredibilia

Miracule manuum agilitate quæcunq; à ioculatoribus ed. uidentur. Lib. de maraſſat.

opera

operabatur, eaq; dæmonum arte perfici ualge
 credebantur: quare ab hæreticæ prauitatis in-
 quisitoribus subditus quæstionibus, bona fide
 occultò ostêdit fraudulentas esse suas actiones,
 merasque manuum agilitates, & multis secreta
 intelligentia colludentibus peragi. Proinde di-
 missus, interimitur tandem à quodam quem de-
 ceperat. Turca quidâ passim per Italiæ urbes
 oberrans, inter cætera miranda, quæ uidenda
 populo exhibebat, manuum dexteritate perz-
 cta opera, pistillum ferreum prægrandem pu-
 gni illusione, item contorsione manuum sola cõ-
 fringere uidebatur. Præstigiator quidâ magi-
 cus Magdeburgi equulum in theatro frequentè
 per circulum transilientem ostentabat certa sti-
 pe: in fabulæ exitu paucâ se apud mortales col-
 legisse pecuniam questus, se in cœlum conscen-
 dere uelle ait. Hinc in sublimi eiccto fune, con-
 sequitur in altum equulus; præstigiator quasi
 cum cauda retenturus, quoq; ascendit: cuius u-
 xor maritum apprehendens affectatur, itidem
 ancilla, ut uiderentur ascensu cõtiguo uelut cõ-
 catenati, simul aera petere. Hæc dum populus
 ad stuporem spectaret, cuidam ciui eò fortè de-
 clinanti, quærentiq; quid' nam rerum ibi agere-
 tur: responsum est, circulatorem cum equulo in
 aera conscendere: hic se statim uidisse eum in
 uiso ad diuersorium abeuntem asseuera-
 uit. Illusos itaque se ubi animad-
 uerterent, discesserunt.

*Præstigiator
 magicus in æ-
 ra cum equu-
 lo conscendere
 uidetur.*

Magorum Pharaonis actiones præstigiöse. Cap. VIII.

CAeterùm ut omnium obtutui hæc magorum fabula & potestas, uel potius ludibria magis pateant, penitiusque cognoscantur, agite oculis non delusis contemplemur, solertique indagine inuestigemus magorum uel maleficorum Pharaonis conatus, opera & potentiam: sic & illis satis fiet, qui, cùm deceptarum menteq; læsarum quarundam muliercularum fit mentio, confestim ad uoluntarios Pharaonis magos confugiunt, quasi eadem utrorumque sit professio: quam longè lateque differre sentio.

In manu Mosis, electi omnipotentis Dei ad Pharaonem legati, uirga reuerà in uiuum, Dei uerbo, transformatur draconem. Quo argumento se, à Deo cœli & terræ, & omnium quæ

*Exodi 7.
Veritas transformacionis
in opere Mo-
sis.*

in eis sunt, conditore unico (cuius quippe solius est creare, & res uerè transmutare) missum esse testatur. Quòd autem id ipsum à Pharaonis Magis, carminibus factum dicit Scriptura, rem altius introspiciens, non eandem quæ à Mose uerè ostensa est, metamorphosim intelliget: sed saltem draconis præstigiösam formã, obtutibus regijs offusam apparuisse. quare etiam mendax draconis magicæ uanitatis facies, in præstigiij reuelationem, à uero Mosis dracone deuorabatur: ut mendacium à ueritate ab-

Præstigiæ magorum Pharaonis.

Li. 2. ca. 9. antiq. Iudæis.

Moses inquit; iam declarabo manifestè, nõ esse hæc

hæc præstigijs ueritatis specie parum cautis imponentes: sed ipsissimam Dei uirtutem, argumentum omnipotentis illius uoluntatis apud incredulos futurâ. & cum dicto, uirgam in terram mittit, iubens ut fiat draco: quæ mox dicto parens, Aegyptiorum uirgas, quæ draconû specie reptabât, unam post aliam aggressa, omnes ad unam deuorauit. Enimuero si uerus exitit magorum draco, dæmonis ope ex uirga ita transformatum esse oportuit. ineptam autem prorsus esse in uiuæ bestię transmutationē uirgæ materiæ, cuius liquidò cõstat: quemadmodum creare etiam ex nihilo, uel rem in multo dissimillimam, aut etiam contrariam pro suo arbitrio uerè transfundere essentiam, penes diabolum est minimè. Corpoream materiam nõ subijci potentia dæmonis, quantum ad transmutationem ipsius ad formam, confirmat Augustinus: Non est putandum, inquit, istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hæc rerum uisibilibus materiam, sed soli Deo. Fatendum tamen, dæmones etiam celeritate incredibili, quibusdam rebus emotis, serpentes, dracones, uel quid aliud earum loco subijcere posse. Magi signa uidebantur potius facere, quàm faciebant: ait Clemens. Rectè item Iamblichus de Mysterioris: Quæ fascinati imaginamur, præter imagina menta, nullam habent actionis & essentia ueritatem. Eiusmodi namque finis est magicæ artis, non facere simpliciter, sed usque ad apparentiam imagina menta porrigere, quorum innox nec uola (quod dicitur) nec uestigium apparet.

Eodem

August. 3.
Trinit.

Lib. 3. Recog.

Eodem censendum modo de reliquis signis: quòd nimirum Moses eleuans manum, uirga ferierit fluminis aquam coram Pharaone & seruis eius, quæ tota mutata est in sanguinem: mortuisque piscibus tantus extitit fœtor fluminis, ut Aegyptij de eius aqua bibere non possent, totaque Aegyptus sanguine redundaret. Idem suis incantationibus Aegyptiorum magi effecerunt, à quibus plerique omnes Aegyptij, idololatræ & idonea satanæ organa pendebant: quorum oculis cuiuscunque coloris aut imaginis spectrũ fraudulenter offerre, Dei permissu, dæmonio facile erat, ut cor illud Pharaonis (quod Deus præuidebat fore ut induraretur) iusto Dei iudicio, maiori occalesceret duritie, meritamque tandem ille lueret pœnam. Magorum autem fuisse præstigias facinus illud, uel hinc palam est, quòd unicus ille Aegypti fluuius Nilus in sanguinem conuersus erat, eiusque pisces computruerant opera Mosis serui Dei. Nec ulla præterea erat reliqua uniuersæ Aegypti aqua non tincta: ut Aegyptij omnes undique circum flumen aquam effodere cogerentur, quam biberent. Vnde proculdubio colligendum, magos tantummodo pauculæ aquæ antea in uase conseruatæ, uel effossæ, rubicundam præstigiöse faciem ostendisse suis carminibus uel fascino, ut Scriptura testatur. hoc est, ludificante dæmonũ operatione, qui etiam agitatæ ad hanc delusionem commodis humoribus, spiritum opticum uel uisualem quibuscunque imaginibus imbue re queunt: quemadmodum plerisque melancholicis

*Aqua in
sanguinem
mutata.*

licis usuuenire obseruamus, atque in hypochymatis uel suffusionis oculorum initio ex humoris affluxu ad uisus organa ueluti pusillos culices obuersari intelligimus, interdum quasi luentia quædam corpuscula, plerunq; ueluti caliginosa se oculis offerre, nonnullis tanquam lanarum filamēta & aranearū telas apparere, quibusdam circa lucernas circulos uideri: item plerisque regio morbo laborantibus, propter suffusam bilem omnia lutea & flauescētia sese ostendere: atque hæc fiunt magis uel minus, hæc uel illa forma, secundum humorum & spirituum uisiorum constitutionem, quemadmodum naturæ peritis cognitum & perspectum est.

Quid aliud dicendum de ranis ex Aegypti fluminibus eductis, quibus terra cooperta est, *Exod. 8.* Dei mandato, Aarone manu uirgam in fluuios & lacus protendente? Magorum ranas solummodo fuisse eadem ratione merè imaginarias, *Rana Aegypti.* hinc luce meridiana clarius euadit, quòd tantam ranarum colluuiem eos creare oportuisset, munus Deo omnino peculiare, nec ulli unquam creaturæ, multo minus satanz eiusue clientelæ concessum. Singularis hæc Dei *Genes. 1.* ab initio fuit & mansit prærogatiua, qua neminem dignatus est. Præterea si ueras in terram ex aqua magi produxissent ranas, utique & reducere uniuersum hoc ranarum genus eadem arte potuissent. Procliuius etenim multo fuit, uisas in natium naturalemq; suum locum, fluuium nimirum & lacus repellere, quàm in domos, penetralia, cubicula, cubilia

bilia, furnos, cellas, loca hisce animalibus aliena, immò aduersissima, primùm eas non apparentes excire, ubi illis moriendum est: quum in aquis, ut designato his uiuario, liberè uictrent: aut saltem uitam illis adimere, quibus donasse uidebantur, facillimum fuisset. Vel quam fortitos credemus magos nocendi aut perficiendi potentiam, si ne ranas quidem lædere, aut carminibus, quibus eductæ putabantur, tantum abigere ualuerunt? Hoc usque adeò nequiuerunt, ut Pharaonem rex posito priore supercilio, coactus fuerit suos aduersarios Aaronem & Moysen hortari, ut Deum pro depellendis à se suoq; populo ranis deprecarentur. Quod etiam ita factum est, definitoque die ranæ sunt exterminatæ à domibus: ijsque mortuis in cumulum coaceruatis fœtebat regio. Sic Pharaonem etiam inuitum Domino Deo incomparabili honorem deferre oportuit: quemadmodum & ipsos magos, penes quos ea potestas minimè fuit. Nam quum Deo non amplius præstigias permittente, cyniphes uel pediculos, tum homines tum bestias infestantes producere, Aaronem & Moysen imitati, ne quicquam tentassent: coram Pharaone confessi sunt, Digitus Dei est hic, quasi dicerent: Digitus uel potètia Dei est, quæ uerè progignit & condit ex puluere, uel etiam nihilo, quicquid pro suo arbitrato uult, & quando illi placitum est. Id uerò quod à nobis effictum uidisti, satanæ digitus est, qui nihil unquam reuerà procreare, sed phantasticam solum rerum imaginem dolose ostentare potest. quare nos

eius clientes, ministrorum ipsius omnipotentis Dei ueritatem imitati sumus præstigijs, quibus te ac tuum populum hæcenus illulimus, Deo uero ob tuam incredulitatem & cordis duriciem conuiuente. At cessat iam illa permissio nis hora, ut non amplius satanæ ludibrijs supersit locus, sed Dei uiuentis ueritati testimonium perhibere cogamur. Ita Dei manum iam agnoscunt, qui ei antea suis imposturis derogarunt: Dei gloriam prædicant, qui eam suis fucis prius obscurarunt. Nec postea uiuum usque adeo glorificassent Deum, nisi antea impediti, frustra suam tentassent artem. Nec Deo tam iusta puniendi contumaces occasio fuisset reliqua, nisi prius ad præstigijs conuiisset: deinde impedisset, quo se suamque potentiam notam faceret, ostenderetque illam longè esse aliam, ac ueluti ex diametro pugnantem cum ea quam Aegyptij idololatræ & magi in ueri Dei contemptum hæcenus adeo uenerati essent.

*In 2. parte.
caus. 26. questionum.
s. episcopi.
August. de
Cust. Dei.*

Non abs re hic Decretorum testimonium acciuro, in quibus hæc leguntur: Nec mirum de magorum præstigijs, quorum in tantum prodire maleficiorum artes, ut etiam Mosis in illis signis resisterent, uertentes uirgas in dracones, & aquam in sanguineam. In gentilium etiam libris legitur, quod quædam maga Circe socios Vlyssis mutauerit in bestias: item de sacrificio, quod Arcades de suo Lycæa immolabant, ex quo quicumque sumerent, in bestiarum formas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingeantur, quam rerum ueritate
com-

complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant, de eorum proprietate atque inuentoribus iuxta traditionem maiorum patrum dicere congruum arbitramur. Magi sunt, qui uulgò malefici ob facinorum magnitudinē nuncupantur. Hi sunt, qui permissu Dei elementa concutiūt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, &c. Hucusque decreta.

Pythia mulier in Endor, non Samuelem, sed huius imagine diaboli spectrū excitauit.

Cap. IX.

HInc, ut ad mulierē in Endor maleficam, uel Pythonis spiritu impregnata, meo proposito obijciendam, cōfugiatur, per melicet: quum nullum hic æquē atque sacræ Scripturæ testimonium admittam. Ea Samuelem excitasse legitur, è terra ascēdentem, solito corporis habitu & uestitu, ac futura in Dei manu adhuc posita prædicentem. Ecclesiastici quoque author tradit, ipsius Samuelis hæc acta & uaticinia fuisse, quum ait: eum dormiuisse, regi notum fecisse finem uitæ suæ, exaltauisse uocem suam è terra, & uaticinatum esse, delendam esse impietatem gentium.

Etsi uerò historiæ circumstantiæ, & Iesus Syrach asserere uideantur, ipsum apparuisse Samuelem: penitus tamen rem intuenti ostendā, non ipsum Samuelem, sed illius imagine diaboli spectrū, Pythiæ scēminæ libenter obsequium, ut ludificaret, uisum fuisse: ubi ob Pythiæ uocem præmonuero, Pythium quibusdam dictum Apollinem, ob nocentissimum draconē

A Pythia scēminæ non Samuel, sed huius imagine spectrū diaboli excitauit.

νόστος, in infantia, eius iaculis interemptum: unde spiritus ille, quo afflati futura prædicebant, Pytho uocari coeptus est. Alijs Pythium oraculum *καὶ τὸ πύθιασδαι*, id est, à sciscitando, sortitum nomen putatur, quod de futuris occultisque & ignotis consulebatur. Ab oraculo autem oppidum, cui alioquin Delphorum nomen erat, *πύθιος*: & Apollo, quem hominis specie ex solido auro conflatum, in templo uenerabantur, ac præsidere loco fingebant, Pythij nomen adeptus est. Mulierem quæ cum habitu dæmonem excipiebat, atque ipsius incitatione Græcè uaticinabatur, Pythiam ob eandem causam, & *πύθιαστος* uocabant. Chryso-
 stomus de Pythia, uel Apollinis oraculo ita perhibet: Dicitur hæc Pythia fuisse foemina, quæ super tripode cruribus diuaticatis malignum spiritum inferius immissum, partesque genitales è quibus loqueretur, subeuntem excipiens, furore repletur, & crinibus sparsis spumansque ore debaccharetur, funderetque insana oracula. Methodius, Hieronymi testimonio, aduersus Origenem librum condidit *κατὰ πύθιαστος*, ut ait Sophronius. Nam tertio *κατὰ πύθιαστος* Origenes, dæmonem Pythonicum quosdam à tenella ætate possidere scribit. Diu-
 nando etiam inagnum præstabat quæstum suis dominis puella illa in Actis Apostolorum, Pythionis spiritum habens. Iam ad laruati Samue-
 lis explicationem progrediamur.

*Pytho unde,
 & Pythium
 oraculum.*

*Pausanias in
 Ilocis.
 Strabo li. 9.
 Pythia mu-
 lier.
 & πύθιαστος.*

Act. 16.

*A mortuis
 non queride
 ueritas.*

Primo disertè leueroque edicto à mortuis quæri ueritatem uetuit diuina uox, multa mor-
 tis

tis constituta: nec per eos doceri uult uiuos, nec ab ijs aliquas expectare patefactiones. Non inueniatur in te consulens mortuos: qui hoc facit, est βδιδυγμα Deo suo: hoc est, res talis, quam odit Deus, abominatur, & in æternam abijcit damnationem. Proinde nos suo uerbo, in quo sese & uoluntatem suam expressè declarauit, in uitiuissimè uoluit Christus, inquit: Mortui non habent, & prophetas.

*Leuit. 19. 30.**Dent. 18.**βδιδυγμα**Lucæ 16.*

Adhæc, animas maleficarum carminibus designata à Deo sede euocari, & in corpora inhumata compelli, uel falsissimum est: uel ne in sinu quidem Abrahamæ, loco beatis assignato, tutæ existunt eorum animæ, in Domini manu conseruatæ. At satanam nihil unquam ab hac morte in sanctorum animas potuisse, nec bonos spiritus magicis artibus obedire: nec secretas semel à corporibus & collocatas in definitis sedibus animas, si reuocetur, redire, ut Ethnicis persuasum erat, confessum est hætenus sed aciticia se illarum imagine ostentant dæmones. Quocirca non à mortuis ipsis, uerùm à dæmonibus illorum habitu uestitis, *εικνομάται* responsa accipiebant: quæ, si illi integris & expressis mortuorum corporibus cerneretur, *εικνομάται* *εικνομάται* sit uerò tenues, nebulosas & euanidas sibi circumfunderet umbras, *εικνομάται* nūcupabantur. Verè D. Chrysostronus ait: Nō anima defuncti est quæ dicit, Anima talis ego sum: sed dæmō, qui hæc, ut homines decipiat, sic confingit.

*Magorū carminibus non obediunt beatorū animæ**εικνομάται**εικνομάται**εικνομάται**In Matt. 10.**cap. 29.*

Antea quoq; Samuel plus minus biennio mortuus fuerat: & eius corpus si non omnino com-
 4 putruerat,

putruerat, tamen ita deformatum fuisse certum est, ut eximia illa specie uiua, qua antea innouerat, & qua se nunc denuò fictus hic sistit Samuel, apparere nequuerit: neq; etiã deorũ magnificentiam referre potuisset cadauerosum corpus, quilibet nouit: quum tamen deos è terra ascendere, se cõtueri affirmaret diuinatrix, multo quiuit minus loqui & uaticinari.

Quorsum etiam Samuelis pijsissimi uatis tam diu sepulti corpus, pallium consuetum eodem momento, ex impiæ fascinatricis mulierculæ imperio incorruptum assumpsisset, quod in sepulchrum secum non assumpsit, nec eo amicitabatur mortuus? Hoc autem sanctissimi uiri petrum ostentare, facile fuisse illi, inficias ire solo: qui se in lucis angelum transformat, cùm primis apud impium regem, tum perditam satanæ seruulam.

a. Corinth. 11.

Deinde cū ipsa historia paulo antè testetur, Deum contumaci & abiecto regi ipsum consulenti, responsa dare noluisse, uel per uiuentes prophetas aut sacerdotes, uel per somnia: multo minus per diuinum uatem ex morte suscitatum, uel per angelum è cœlis missum, respondit regi, quẽ in furore suo omnino repudiarit. qui hoc etiam nomine motus, Pythiam diuiniticę professionis ergò, publico edicto iuxta Dei uoluntatem ex Israel exulatẽ, furtiuè uerò latentem, iniqua ratione consulere uoluit: quasi indignabundi animi institutum fuisse;

Eletere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Ideo non potuit non odisse & execrari hoc factum

Etum Deus, & iusto iudicio deploratam illusione dæmoniaca Saulis impietatem contra suum & ipsius præceptum, contra etiam conscientie testimoniũ designatã punire, ut in præfraeti Saulis mentem satanæ fascinum meritò permiserit. Nec nouum aut inauditũ hoc est: ubi quos pertinacis impietatis homines esse præuidet, præscitq; , magis solet excæcare, indurare, spiritui mendacij relinquere, & in reprobã tradere mentem. Exemplo sit Pharaonis inuicta pertinacia, fides mendacibus spiritibus data, & extrema in de punitio.

*Exod. 7. 8. 9.
10. 11. 14.*

Quòd porrò historia commemorat, Samuelẽ senẽ pallium indutũ indignè tulisse, quòd è sua quiete excitus esset, atq; eum Sauli regi loquutũ uaticinatumq; fuisse: hinc non cõuincitur, uerum extitisse Samuelẽ hoc spectrum: quòd diabolo spiritui mille artificij non sit difficile quamcũq; formã mentiri, quiduis fingere, simulare, & de futuris iam antea uaticinio patefactis prædicere: maximè uerò, de quibus manifesta præludia, & euentus minimè dubij indicia in foribus ferè uidebantur. Nec ignorauit satan, certissima esse quæ Sauli uaticinatus fuerat uir Dei Samuel: ideo à Samuele antea prædicta repetit, potuitq; non temerè coniecturam facere ex apparatu hostium magnifico & instructis copijs, itè ex dictis, factis & circumstantijs reliquis belli præsentis, quam sortem in eo conflictu assequeretur Saul: potissimùm cum ipsum à Deo abiectum, nec resipiscentẽ, & aduersus Dei mãdatũ postremò Pythiã uatem diaboli mancipiũ con-

fulentem, in sua haberet potestate, atq; pro suo impellere nutu, & præsentis prælij obijcere posset exitio. Ideoq; Saulem mortuū testatur Scriptura in transgressione sua, qua præuaricatus erat contra Dominū: nempe contra Domini uerbum, quod non custodiuit, & quod Pythonem consuluit interrogando, neq; requisiiuit Dominum: ob hoc interfecit eum, translato regno ad Dauidem filium Isai.

*Iesu Syrach
authoritas.*

Porrò si Iesu Syrach testimonium urgeatur, quanquam (Hieronymo teste) illi ab Ecclesia non concedatur authoritas dogmata confirmādi ecclesiastica, nec rerum earundem controuersas dirimendi: hæc tamen quoq; addere libet, ne pia huius libri doctrina eleuari putetur, Iesum Syrach solummodo ex primo Samuelis libro historiā proponere: quod factum est, simplici enarrare oratione, quemadmodū legitur, ut ad auitæ uirtutis æmulationem posteros inuitaret, prouocaretq;: Samuelis laudes succinctè recensere: minimè differere uoluisse, uerāne an ficta fuerit Samuelis apparitio.

*Illusionē suis-
se Samuelis
apparitionē,
sensent He-
braei.*

Inter Hebræorum Rabinos autem quanquā pauci aliter sentiant, tamen Pythonum opus esse, ferè omnes censent: & nihil aliud præter præstigias, uanitatem, mendacium & deceptionē. Samuelem intelligunt spiritum Pythonicum, qui induerat Samuelis speciem: item Samuelē uisum esse dicere Sauli. Mulier uidebat Samuelem, neq; tamen audiebat eum alloquentē Saulē: sicuti nec Saul uidebat Samuelē, hoc est, illusionē illā diabolicā, quæ uidebatur illi Samuel.

Sunt

Sunt inter eos qui hæc omnia mulieris putant arte conficta, quæ ex certis coniecturis sic deluferit Saulem. Kimhi contra aduersarios sic arguit: Si Deus suscitauit Samuelem, ut futurum euentum indicaret Sauli: cur euentum illum non magis reuelauit per somnia, aut per prophetas, aut per sacerdotum oracula, quam per maleficam mulierem? Saadias uerò, & Aias, quod ipsa mulier, cum præter solitum morem miranda uideret, stupefacta, cœperit magna clamare uoce, hanc ueram fuisse uisionem, non quidem mulieris arte, sed Dei uirtute apparentem, falso existimarunt.

De uero Samuele non euocato à diuinatrice,

Augustini sententiæ. Cap. X.

Ceterum ut huic nostræ sententiæ roboris aliquid accrescat, audi argutissimum sanctioris Theologiæ cœsorè Augustinū, lib. *Quæstionū ueteris & noui Testamenti: Indignū facinus ætlimo, inquit, si secundum uerba historię commendetur assensus. Quomodo enim fieri poterat, ut arte magica attraheretur uir & natiuitate sanctus, & uitæ operibus iustus: aut, si non attractus est, consentit: quod utrunque de uiro iusto credere absurdum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iusticia: si autem uoluntarius, amittit meritum spirituale, quod positus in carne quæsiuerat: quod ualde absurdum est, quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus. Porro autem hoc est præstigiū satanæ, quo ut plurimos fallat, etiā in potestate se habere cōfingit.*

quod

*Quæst. 27. itē
part. 2. caus.
26. quæst. 5.
Nec mirum.*

e. Corinth. 10.

quod Apostolus inter cætera ait: Ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis. Ut enim errorem faceret, in quo & ipse gloriaretur, in habitu uiri iusti & nomine se subornauit: ut nihil proficere spem, quam prædicabant Dei cultoribus, mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, quòd de morte Saul & filiorum eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo, ante diem, occasum corporis præuidere, quum signa soleant quædam apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota uidetur. quãto magis diabolus, quæ angelica maiestate sublimè prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinẽ satanæ? quid mirum ergo, si imminentem propè mortem potuit præuidere, cum hoc sit unde fallit, & se in Dei potestate uult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, ut ad Pythonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se contulit, quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, ut ea quæ uerbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit: rectè faciet quidem, si tamen minimè istud ad ueritatem rapiat rationem, sed ad uisum & intellectum. Saul namque reprobus factus, poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saulis & habitum Samuelis descripsit, ea quæ dicta & uisa sunt exprimens: prætermittens, si uera an falsa sint. Quid enim ait? Audiens in quo habitu esset excitatus, intellexit (inquit) hunc esse Samuelem.

2. Reg. 28.

muelem. Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexit, contra Scripturam alium adorauit quàm Deum: & putans Samuelem, adorauit diabolum, ut fructum fallaciæ suæ haberet satanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim uerè illi Samuel apparuisset, non utique uir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum solum esse adorandum.

Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad uirum pestilentiae, dignum ardore gehennæ, Cras mecum eris?

His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus satanas: quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis, contra legem: & uirum peccatis pressum, quum magna distantia peccatorum & iustorum sit, quum Sa-

muele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest uideri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad e-

um enim transnigrauit, quem adorauit. In recitâdis his Augustini uerbis copiosior sum studio: quòd haud ita pridem monachum audie-

rim, qui in publica concione ipsius Samuelis spiritum uerè euocatū fuisse, ex Augustino defendere conatus sit. Idem ad Simplicianum, u-

bi ultro citroque quæstionem de excitato Sa-

muele agitasser, tādē ait: Quanquā in hoc facto potest esse alius faciliior intellectus, & expeditior

exitus, nō ut uerè spiritū Samuelis excitatū à re-

quie sua credamus, sed aliquod phantasma & imaginariam illusionem, diaboli machinationibus factam: quam propterea Scriptura nomi-

us Samue-

Li. 2. quæst. 2

ne Samuelis appellat, quia solent imagines, rerum earum nominibus, quarum imagines sunt, appellari. Quis enim, qui hominem pictum dubitet uocare hominem? quando quidem & singulorum quorumcunque picturam cum aspiciamus, propria quæque nomina incunctatè adhibemus: ueluti cum intuentes tabulam aut parietem, dicimus, Ille Cicero est, ille Salustius, &c. quum aliud nihil sint quàm pictæ imagines. Et paulo post: Si uerò liquidò constat, nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, eadem imagines appellari: non mirum est, quòd Scriptura dicit Samuelem uisum, etiamsi fortè imago Samnelis uisa apparuit, in machinamento eius qui transfiguratur se aelut in angelum lucis, & ministros suos uelut ministros iusticiæ. Iam uerò, si illud mouet, quomodo à maligno spiritu Sauli uera prædicta sint: potest & illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerint Christum, què Iudæi non agnoscebant. Cum enim uult Deus etiam per infimos & infernos spiritus aliquem uera agnoscere, temporalia duntaxat, atque ad istam mortalitatè pertinentia: facile est, & non incongruum, ut omnipotens & iustus, ad eorum pœnam quibus ista prædicantur, ut malum quod eis impendit, antequam ueniat prænoscendo patiantur, occulto apparatu mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat: ut quod audiunt ab angelis, prænuncient hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium Dominus atque moderator uel iubet, uel sinit. Vnde e-

1. Corint. 11.

Matth. 2.

ziam spiritus Pythonicus in Actibus Apostolorum attestatur Paulo apostolo, & euangelista esse conatur. Miscent tamen isti fallacias suas: & uerum quod nosse potuerint, non docendi magis quàm decipiendi fine prænunciant. Et fortè hoc est, quod quum illa imago Samuelis, Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum: quod utique falsum est, &c. Hætenus Augustinus.

Act. 16.

De necromantia, quid sit, & qui ea usi fuerint. Cap. XI.

Nεχρομαντεία uerò, & νινυμαντεία, eam uocant, quæ sacrificijs solenni ritu institutis & peractis, atque diris execrationibus ab Orco manes educit, accitosq; de futuris sciscitatur: ita Samuelem mulier excitauit in Endor. Hanc Aeneam quoq; exercuisse traditur, quum in Italiam uenisset, occiso Miseno tubicine. Apud Lucanum quoque Erichthonem maleficam Thessalam fascinatricemque euocalse mortuum narratur, qui belli Pharsalici euentum Sexto Pompeio denunciat. Dicitur & Apollonius Romæ uerbis occultè pronūciatis, puellâ nuptiarû die resuscitasse, cuius illû nobilè scriptorè Philostratû testè esse miror. Idè gloriatur se Achillis animâ ab inferis euocasse, ut corporis sui molè ostètaret, & ad interrogata de gestis in bello Troiano ipsi respòderet: Nò, inq̃t, sicut Vlysses terrâ effodiens, agnorû sanguine manes Achillis eduxi: sed omnes adhibui preces, quas placâdis herouû animab. sacerdotes Indorû dici iubèt. Appiõ quoq; Gramaticus memoria

νεχρομαντεία.
νινυμαντεία.

Lib. 6.
Erichthone
malefica.

Philostr. lib.
4. in Apollo
μυστα.

Horat. lib. 4.
Ser. Sat. 8.

moriæ prodidit, se umbram Homeri euocasse; ut ab ea percunctaretur, cuias esset, & quibus parentibus editus. Sed eadem est ratio, & mera dæmonij ludibria, si ea uidebantur ita acta esse: ijs enim mirè erat exposita antiquitas, Dei ignara. quemadmodum ea & ad herbarum facultates usque adeò fuit attonita, ut ad uitam reuocari mortuos herba quapiam crediderit. Sic Xanthus historicus in primo libro historiarum scripsit, occisum draconis catulum herba quapiam resuscitatum, quã magi Balim uocât: eadẽ Thilonem, quem draco interfecerat, uitæ restitutum: & Iuba rex Mauritanix, herba itidem in Arabia hominem uitæ redditum esse tradidit. Hoc autem quum fieri nequeat, illos in li-pothymiam uel animi deliquium illapsos, uel alioqui morbo propè uictos, admota illa herba uires uel excitante siue recreante, uel etiam naturæ respirantis uirtute quasi reuixisse fuisse uisos, mea est sententia.

Nec uerò ex Israelis cœtu hic solus deliquit Saul, nec etiam soli Ethnici dæmones mortuorum umbris inuolutos consuluerunt: quos, quum nescirent Deum, minus mirum est uarias exquirendæ uoluntatis diuinæ, placandorum numinum, & explorandorum futurorum rationes effinxisse: sed & in reliquum Dei populum peruasit furor ille, qui etiam usque ad hoc nostrum seculum in quibusdam malè fanis perdurauit ingenijs. Usitatissimam etenim superioribus annis fuisse consuetudinem acciendorum & interrogandorum manium, no-
runt

Plin. lib. 25.
cap. 2.

Balim.

runt maiores; & hac de re peculiaria & magna uolumina fuisse confarcinata, eademque in quibusdā scholis palam proposita, sunt qui meminere. Nobis autem cura mandata incumbit, ut omnem cōsociationem cum dæmonijs & eorum ministris execremur, ne eorum usu polluamur, & oscitantia uel securitate eorum retibus implicemur incauti.

De diuinationibus Magicis.

Cap. XII.

PORRò ritus, quibus commoueri ex imo animas, produciq; arbitrabantur, item uariarum diuinationum magicarum monstruosas species, prodigiososq; modos, satanæ artificio in æternam hominum perniciem dolose confictos, in historijs annotatos, & ab Ethnicis usurpatos, eruditè in doctissimis suis Cōmentarijs, de præcipuis diuinationum generibus, describit multijugæ lectionis uir **GASPAR PEVCERVS**: ubi plurima lectu dignissima, atque huc facientia, uberius comperies.

Αλεανιμαυρια describit Pfellus, & eam fuisse *αλεανιμαυρια* in usu apud Assyrios ait: sed & Chaldæis & Aegyptijs familiaris fuit. ea etiamnum hodie utitur Turcæ, licet nonnihil diuersè. In peluim aqua repletam imponebatur aureæ & argenteæ laminæ, lapidesq; preciosi characteribus certis signati: & postquã consueta essent prolata uerba, quibus dæmon exciebatur, proponebatur quæstio. tum primò quidem sonitus tenuis absque uoce audiebatur, qui signum erat ingredientis dæmonis: pòst aqua inundante, uoces

exiles ex ea emergebant, quibus ad quæstionem respondebatur: at opera data exiles admodum, ne mendacij coargui posset dæmonium in his quæ non nouerat.

Γατριμαντιά.
τάκ.

hoc à priori discrepabat, quòd non uoce, sed picturis responsa expediebat. Collocabantur uasa uitrea, rotunda, aquis conferta limpidissimis, & circum collocabatur accensi cerei: cumque euocatio dæmonis secreto murmure finita & quæstio relata esset, adhibebatur puer impollutus, aut mulier prægnans, quæ uitra studiose accurateque intueretur, ac circumspiceret, rogaretque, imperaret & flagigaret responsa. Ea tandem imaginibus aquæ impressis, & per uitra pellucida renitentibus, diabolus ostendebat.

Κατηπριμαντιά.
μαυτάκ.

Κατηπριμαντιά, ex nitidis tersisque diuinat speculis, in quibus propositarum rerum imagines effictæ, redditæ uè à diabolo fulgent. Ea usus est Didius Iulianus imperator: & pleraque satanæ monitu præuidisse, quæ acciderunt, scribitur.

Χρυσταλλομαντιά.
τάκ.

Χρυσταλλομαντιά, ex chrystallis fabrefactis atque expolitis, colludente in his diabolo (in plerisque enim minuta specie aliàs materiæ alterius conditus delitescit) depictas notas atque figuras uetuum ac rerum quæsitaram, quasi uaticinans suis Magis renunciat.

Δακτυλιομαντιά.
τάκ.

Δακτυλιομαντιά appellatur, quando ex annulis ad certos cœli positus fabrefactis, uel diabolico ritu consecratis diuinant malefici. At qui uetitis his diuinationum dæmoniacarum modis utuntur, nimis impunè inter Christiani nominis homines

homines degunt quàm plurimi. Ex simili officina nuper quidam annulum eadem religione sacratum heroi obtulit uiginti coronatis uenum, eius scilicet uirtutis, ut felicem consequeretur euentum in quocunq; lusus genere, quamdiu hunc cõportaret. Cuius rei ut faceret periculũ, assumpto annulo lusit, & quidẽ fortuna annuẽte, benigna; Quo successu illectus coronatos numerat, reditq; ad consuetam negociationis exercitiũ & lulum, ac perdidit duplo plus quàm antea lucrificerat. Expertus itaque se delusum, annulum infringi permittit.

ὕδρομαντῆα uariè usurpabatur. Aqua implebatur cyathus, annulusq; filo suspensus ex digito librabatur in aquam; atq; sic cõceptis uerbis postulabatur rei quę sitę declaratio, uel cõfirmatio. Si quod, pponeretur, uerũ erat, annulus suo nutu, nõ impulsus, cyathũ feriebat cõstitutis ictibus. Hanc exercuisse Numam Pompiliũ, & excitos in aquam deos consuluisse tradunt. Extant & alij eius modi.

ὀνχομαντῆα perficiebatur oleo & fuligine in ungue pueri alicuius impolluti illitis, soliq; obuersis. Cõfici. n. ex mixtiõe olei, fuliginis & radiõũ solariũ simulachra rerũ expetitarũ, opinio erat: q̃ tũ formabat mille artifex diabolus, ut ex hac mixtura in ungue reddi ac refulgere uideretur.

Κοκκινομαντῆα & *ἄξινομαντῆα*, ad perstringendos atq; detegendos occultos scelerum authores, & res alias obscuras manifestandas, Magi utuntur. Hanc securi perficiunt rotundo palo infixis, aptataq; ad normam, & cum præfatione,

ἢ 2 ordine

ὕδρομαντῆα

ὀνχομαντῆα

Κοκκινομαντῆα

ἄξινομαντῆα

ordine enumeratis suspectorū nominibus. Ad cuius uerò mentionem securis uel leui impulsu se circumagit aut nutat, eū culpæ reum peragunt. Illam administrant cribro forcipi imposito, & forcipe binis tantum apprehenso atque eleuato digitis: itidemque præfatis precibus, & suspectorum nominibus recitatis, quocumque nominato cribrum uel tremit, uel nutat, uel uolutatur, eum reum statuunt. at quàm uerè, testatur omnis dæmonum ueritas. Potuit & ille qui cribrum in forcipe sustinebat digitis, illud pro suo arbitrio commouere.

Κεφαλανομαυτήα.

Κληρομαυτήα.

Lib. 4. Etymol. & habetur 6. q. 1. Sortilegi.

Σερνομαυτήα.

Κεφαλανομαυτήα, asini capite super prunas affato, nescio quibus perficitur ritibus.

Κληρομαυτήα, sortilegium. Sunt autem sortilegi, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas Sanctorum seu Apostolorum uocant sortes, diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcunque Scripturarum inspectione futura promittunt, secundum Isidorum. Huc sortes uariæ pertinent, puncta figuræ iactatæ, taxillorum iactus, plumbeæ figuræ in aqua proiectæ, in apertum librum repens oculorum intuitus: occurfus ex improviso sententiæ, quæ ad quæstionem conducant: & alia uæsana indicia, quæ uno sortium nomine comprehenduntur. Superstitionis autem genus est, cui occultò colludit dæmon.

Σερνομαυτήα dicebatur, quando pectori uentriue inclusi spiritus uatidici uel suggerebant, uel uinctis compressisque obsessorū linguis ipsi efferebant & proloquebatur requisita præscitaque uaticinia.

H uic

Huic similis est γαστριμαστία, aut etiam γαστριμ- *Gastrimast.*
114.
 βία, quæ à superiori saltem differt ratione loci,
 quòd hæc uaticinia proferret è uentre spiriti-
 bus turgido: atque hoc diuinationis genere ob-
 fessos diximus ab Aristophane γαστριμύβος uoca-
 ri. Cuius Vespas cum anno 1560 Parisijs Ha-
 drianus Turnebus (tum Græcarum literarum,
 pòst Philosophie professor regius) interpretare
 tur, eosdem Pythonicos in Biblijs appellari p- *4. Reg. 23.*
 babat: & audientibus meis filijs, Theodoro iam
 Iurisconsulto, & Henrico Medico, persimilem
 Euricli Aristophanis, hominem astutum Pe-
 trum Brabantium se uidisse testabatur; qui quo-
 ties uolebat, toties ex una corporis parte labijs
 immotis loquebatur: & hac siue arte, siue exer-
 citatione, siue dæmonis impostura multis pas-
 sim imponebat. Nam cum Lutetiæ uirginem
 quandam formosam, sed patre orbatam, deperi-
 ret, nec matrem superstitem inducere posset ut
 eam sibi desponderet: tandem cū ultro citroq;
 hac de re colloquantur, uocem edit è corpore,
 qua demortuus mulierculæ maritus de pœna-
 rum grauitate conqueri uidebatur, quas ob u-
 xoris diffidentiam in Purgatorio perpeteretur,
 quòd ea filiam à Brabantio toties expetitam, *Conficta mor-
 tui de Purga-
 tori: querela.*
 optimo uiro denegaret. Quibus illa questibus
 exterrita, uiriq; miserta, petitioni nebulonis
 assensit: quem tamen non tam filiam, quàm do-
 tem ei à patre in testamento constitutá ambijs-
 se, satis apparuit. Sex enim mensibus pòst, ubi
 puellæ bona decoxisset, uxore socruq; relicta,
 Lugdunum aufugit. Ibi mercatorem quendam

ac trapezitam prædiuitem obijſſe intellexerat. Qui cum haberetur iniuſtiſſimus, eo quòd omnia per fas ac nefas in uita corraſiſſet, filiũ Cornutum, eius unicum hẽredem, in porticu ponocœmiterium obambulantem, adit: & eò ſe miſſum innuit, ut quid opus factò eſſet doceret. Cõterũm dum ei de patris anima potius, ac fama, quàm morte cogitandum eſſe dicit, uox inopinatò inter loquẽdum patrem referens exauditur: quam cum Brabantius ex uentre daret, ſe tñ expaueſcere mirũ in inodum ſimulabat. Monebatur autem hac uoce filius, quem in ſtatũ pater iniuſticia ſua decidiffet: & quantis purgatorij cruciatibus tum ſui, tum ipſius cauſa exagitaretur, eo quòd iniquorum eum bonorum hẽredem reliquiſſet: quamquẽ nullo modo liberari poſſet, niſi iuſta à nato expiatione facta, & debitis in eos eleemoſynis collatis, q̃ maximẽrum temporis egebant: eos autem eſſe, Chriſtianos à Turcis captos. proinde uiro qui cum loqueretur crederet: hunc ad redimẽdos eos Cõſtãtinopolim à pijs hominibus ablegatũ, eiusque rei ergò diuinitus ad eum miſſum. Cornutus, homo minimẽ malus, etſi his auditis dolũ haud animaduerneret: quia tamen durum uidebatur iſtud de pecunia uerbum, ſe deliberaturum reſpondit, & Brabantium eò loci poſtridie redire iubet. Interea anxius, de loco ſubdubitabat, in quò uocem exaudierat, quòd umbroſus eſſet, ac opacus, & hominum inſidijs Echoque aptus. Quare poſtero die eum in alium apertum, planum, nullisquẽ uepribus aut umbris

bris impeditum locum deducit. Vbi nihilominus eadem inter loquendum repetebatur cantilena: hoc etiam addito, ut Brabantio statim sex Fracorum millibus numeratis, tres in singulos dies Missas redimeret, p̄ salute patris: alioquin nullā apud inferos fore redemptionem. Vnde filius conscientia ac religione obstrictus, licet egrè, totidem tamen Brabantij fidei commisit, omni legitimo accepti solutiq̄ testimonio neglecto. Pater ignibus ac Vulcani ictibus liberatus, in polterum quieuit, nec filium amplius interpellauit. Verū miser Cornutus dimisso Brabantio, cum solito lætior esset, idq̄ reliqui mensarij satis admirari nō possent, mox ut sciscitantib. causam aperuit, adeo statim irrisus fuit à cunctis, quod & nummis & cerebro emunctus & expurgatus esset, ut præ mœrore post aliquot dies mortuus, & patrem ad inquirendā ex eo rei ueritatem insecutus fuerit.

Incantatores, ariolos, haruspices, augures, Pythonissas, genesianos, salitores, sortilegos, discernit Augustinus libro de Nat. dæmonum. Habetur item 26. q. 3 & 4. igitur.

Diuini autem omnes dicuntur, quum uel in
ta cum dæmonibus manifesta societate uaticinantur: uel superstitionis quibusdā artibus, quæ ex occulto cum dæmonibus pacto scaturiunt, mancipati idem efficiunt. *Diuino*

Hodie adhuc in cœmiterio uel foro publico
Constantinopoli diuinandi artem profitentur, *Turcarū magica diuina-
tio.*
uictum hinc quæritantes, Turcæ uiri & mulieres, cum primis Aegyptiæ, ab initio idololatræ.

Hi in arena notatis figuris, uel eiectis colligatis aleis, & notarum numero collecto, in libro nescio quid legentes submurmurantesque uaticinantur: uel ceram cum oleo confundentes, donec refrixerit expectant, ex apparentibus deinde characteribus diuinant: nonnunquam ex aqua, speculo, uitro, & id genus similibus organis præfagiunt, haud dubiè ab impietatis & τῆς ἀπιστίας magistro ita instructi, ut eos longa annorum serie quasi ab uberibus maternis uirulentum eiusmodi lac exuisse, minimè hæstent. Sic de quodam diuino, Diophanes nomine, refert Apuleius: Corinthi nunc apud nos passim Chaldæus quidam hospes, miris totam ciuitatem responsis turbulentat, & arcana factorum stipibus emerendis edicit in uulgum, qui dies copulam nuptialem affirmet, qui fundamenta mœnium perpetuet, qui negociatori commodus, qui uiatori celebris, qui nauigijs opportunus. mihi denique prouentum huius peregrinationis inquirenti, multa respondit, &

Li. 2. de Au-
reo asino.

Lact. lib. 2. de
Orig. err.
cap. 17.

oppidò mira, & satis uaria. Sed hæc omnia falsa esse, testatur Sibylla Frythræa, ἐπὶ πλάνῃ
πάντα τὰδ' ἰστῖν, ἄπερ ἀφρονὸς ἀνδρὶς
ἔσαν ὡσι καὶ ἔμαρ.

*Magiſcorum natum oraculis non eſſe creden-
dum, nec eos eſſe aduendos.*

Cap. XIII.

A Tomnes hi prædictionum modi *αιναιτιοις*
γνητι dicti, qui nullas in natura cauſas ha-
bent, ſeueriſſimè in Lege diuina prohi-
bentur, ubi diuerſis appellatur uocibus: ut ſem-
per apud omnes gentes diuinationum impo-
ſturæ fuerunt uariæ. Mirandum uerò magnope-
rè, eò uſque prudentiam hominibus eripi, ut au-
dire, dicto parère, compelli, ligarique ſpiritum
natura nobiliſſimum, malicia autem ob rebel-
lionem nequiſſimum, ppria uirtute hominis,
natura eo inferioris, & malignitate penè nõ im-
paris quandoque, arbitrentur: quali ſe homini
præter naturã dedere uoluerit is, qui Deo crea-
tori natura inuitante ſubijci recuſarit. Qui er-
go naturæ fœdus uiolarit, hic ne in uſum no-
ſtrum unquam ſeruabit pactionem? Adde, men-
daceſſimam mendacijsque parentem, quæcunque ue-
ra ad falſitateſ, & quæcunque bona ad mali-
ciam intorquere. Quis niſi luxatæ mentis huic
fidat, ut de futura ueritate percunçetur, quam
uel nullo modo ſciat, quia eius naturæ eſt mini-
mè nota, uel deſuper non reuelata: aut ſi ſciat,
malicioſo aſtu mendacijs inuoluat. quòd ſi pu-
rè eam quandoque proferat, uel coactus id fa-
cit: uel ſi ſponte atque libenter, malo tamen ani-
mo, peſſimoq; ſine propoſito, ut ſcilicet perni-
cioſius offendat in poſterum, & ueritate quali-
cunque quæ in rebus agendis parum emolu-

menti allatura sit, prolata, demum sub alia (quæ nisi integrè pernoscat, sit graue incommodum uel exitium paritura) atrocius lædat, & mendacium ipsum ceu uenenatam escam & exitialem hamum cautius tegat Tartareus illo piscator. Stultus itaque ille, qui hunc cõsultum abire: at stultior multo, qui inde redit, nisi respiciat. Interim non inficior, cum ille rerum naturas cognoscat, multa ex causis naturalibus eũ prius scire, quàm ab humano intellectu percipiuntur: & tanto exactius, quanto eius ingenium est sublimius: ea autem ignaris uelut fur prænunciat, præsertim quorum in actu uiderit initia, ut uaticinari & occulta rerum prænouisse credatur. Copiosè, doctè & piè in hanc rem, cõtra magicas prænotiones, disputat libris nouè de Prænot. maximè uerò lib. 7, Ioannes Franciscus Picus, philosophus insignis. Chrysoft. in euangeliũ Ioannis, Homil. 18. Prædictio, inquit, futurorum immortalis Dei duntaxat opus est. Quòd si aliquando dæmones aliquid prædixerunt, stultum & incautum uulgus deceperunt. eorum namque uaticinia passim falsa deprehenduntur. Nonnihil in hanc rem quoq; dictũ est lib. 1. cap. 9.

Lib. 14. cap. 1.

Quare Phauorin⁹ apud Gell. deterrere uolès & depellere adolescentes à genethliacis istis & quibusdã alijs id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos se pollicètur, & persuadere eos nullo pacto adeundos esse consulendosq; huiusmodi argumētis concludebat: Aut aduersa, inquit, euertura dicunt, aut prospera Si dicunt

dicunt prospera, & fallunt, miser fies, frustra expectando: si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies, frustra timedo. Si uera respondet, eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam est fato fias. si foelicia promittunt, eaque; euentura sunt, tum plane duo erunt incommoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus.

Proinde exquisitorum artium harum diabolicarum enumerationem promitto illis quae eas didicerunt, ac magistri doctorisque sui consilio, ductu & opera, exercere perpetuo suo aliorumque; exitio audent, quos in nefariorum suorum scelerum communionem perditissime adducunt. Dolendum autem hanc pestem immaniter in totum Christianum orbem perferere, grafsarique; nimis: maxime ubi uox Euangelij obscurius sonat, & nescio quibus gentilitijs, & demoniaco astu non dubie in hominum deceptionem excogitatis superstitionum ritibus, diuini cultus ueritas conspurcari uidetur.

De quorundam sacrificorum & monachorum magica diuinatione, medicationeque; falsissima: ubi de quodam parcho exempla adducuntur

execrabilia. Cap. XIII.

Suum adhuc locum in familia turgidorum Pythio spiritu, hic inueniunt, Magorum alio inscribendi merito, nec ulla ratione praetermittendi, plerique sacrifici & monachi, ut indoctissimi, ita & incomparabilis impudentiae, perditissimaeque impietatis homines (uiris pijs,

pîjs, quos unicè ueneror, nihil detractum hic uolo) qui medicinæ sacræ, quam ne primis quidem labris eos gustasse constat, cognitionem mentientes, facile cuius uulgari (Consulares, uel alicuius doctrinæ, iudicij, existimationis uel uiros nominare pudet) de morbo sciscitanti, consiliumque quærenti, è maleficio uel incantatione esse morbum progenitum, ore mendaci respondere, persuadereque non uerentur. ac Pythij hi uates sæpenumero incantatricem uel sagam notoria sua arte per indicia, si dijs placet, indigitare nefariè audent: honestæ alicui, in culpatæ ac piæ matronæ hoc cauterium crebrò inurentes, à quo illa nunquam, uel eius soboles, ne in multam quidem posteritatem, sanari poterit. Enimuero non rerum suarum sagisse se arbitrantur, quòd morbum mendaciter commententur: nisi etiam infantes calumnijs opprimant, odiaque plus quàm Vatiniana apud hoc credulum nimis hominum genus concitent, litibus integras uicinas personare faciant, amicitias diuellant, sanguinis necessitudine constrictum unionis uinculum dissoluant, ad pugnas promoueant, carceres procurent, cædes tandem uariè architectentur aut eorum qui infontem denotatam huius maleficij fæti effectricem uel uindicare, uel illi patrocinari student: aut etiam huius feminae ab alijs cæsæ, siue à magistratu malè instituto punitæ. Horum uiuum si me testem dixerò, mentiar minimè, etiamsi indignatione rumpantur illa Cordero, aut eius sectæ asseclis. Ita hos ecclesiasticos scilicet

Sacrifici & mona hi qui dā inepit, maleficij morbū mentiantur, & eius reas statuunt infantes.

scilicet uiros, eximia sui institui mancipia, religionis potissimum pallio, strenuam sibi nauare operam & experitur & gloriatur heros illorum Beelzebub: qui ob pecunię aucupium, aut falsę existimationis cupidine prurientes, hoc modo suas aliorumq; animas demonibus prostituunt & deuouent: medicinam artium ut uetustissimam, ita & utilissimam, maximeque necessariam, eiusmodi incantationum opinione in naturalibus morbis ad uitę & salutis perniciem defœdantes.

Medicina artium uetustissima.

Ex horum numero quidam nugaci Dialogo nuper Germanicę (Latinę etenim ob inscitiam non potuit) typis effuso scribit, mulieri cuidam uentrem in eam extumuisse molem, ut uterum gerere censeretur: & quum ante Bacchanalia se partum edituram speraret, eoque frustraretur, hanc ad ipsius opem confugisse: qui propinato pharmaco se expulisse duos nucleorum cerasorum iam partim germinare inchoantium, partim ad digiti altitudinem natorum cantharos (quartas uulgus dicitur, sex libris mensura propemodum æquivalentes) addito iuramento asserit. Mendacij uerò impudentia hinc cognoscitur, quod nusquam in alia cauitate huic excretioni idonea, quam intestinorum sinu contineri potuerint nuclei. si autem nouem circiter menses, à cerasorum postremò natorum tempore, in illis impacti, tumorem tantum excitarint iam egerminantes: qua uia quæso interea temporis per intestina arctissimè nucleorum mole infarctā, distentaque, naturalibus

Commentum cuiusdam pastoris.

bus

bus patuit excrementis? Mirum quòd eidem comento non affuerit fœminam hanc inedicamenti oblati operatione, eadem opera nucleorum gerinen emittentium aceruo agrum conſeuiſſe: uel niſi eos expuliſſet, potuiſſe actis loco benè ſtercorato (cum uenia id mihi dicere ob rei infulſitatem liceat) radicibus, poſt paucos meſes læta gignere protruderè que in apertum aerem ceſaſa. Idem ille in celebri apud Geldros oppido, ubi olim medicinam publico feci ſtipendio, in uirginum artius occluſarum cœnobio, uni ualitudinis nõ nihil aſſictæ, maleficium eſſe quò exerceretur, perſuaſit: nec id niſi miſſæ ſacrificio ſuper puellæ uentrem celebrato, tolli poſſe, addit. quo permiſſo, peractoque, eam primùm maleficio cœpiſſe exagitari, quum leuiter antea naturali afficeretur malo, poſtea ſæpenumero monaſterij gubernatrix (quam matrem appellant) nobilitate, ætate & probitate ueneranda expoſtulauit. Suos interim, qui ipſam ob religionis fortaiſis nomen admirantur, habet ridiculus hic actor & ineptiarum ſcriptor, etiam officio paſtor: cuius, quanquam mihi intus & incutè noti, nomini parciſ calamus, ob conſcientiam, quæ modèſtiam imperat, aliorumque uitiæ tegi uult. Quare & alios ſimilium maleficiorum reos, eiufdem ordinis homines penitiùs mihi cognitos, prudens prætereò. qui niſi reſiſcant, quod ex animo illis optarim, timèdum ne de ijs dixerit Iſaias: Percuſſimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus pactum.

*Maleficiũ pa
ſtoris cuiuſdã
ſacrilegium.*

Huc referendus sacer ille magus, qui à dæmonijs edoctus, & ex tenebrarum officina proserpens, tragicæ comædiæ actum nuper exhibuit ad hunc modum. Qui Hambachi suam præstare operam in cuniculis insidiandis Petrus, ubi haud ita pridem anno 1563. in principio Augusti, equum suspenso ceruici cymbalo, pascuis mandasset unde exilierat: ille ratus equum furto abductum, adiit sacrificum Pythium Gerardum nomine, uicariû in Blatum, diœcesis Coloniensis: qui consulto prius suo ueritatis magistro, furem cum equo Rhenum Bonnæ traiecisse, ac in diuersorio proximo uenditurum asseruit. Ipse responsioni fide apposita, incunctanter inlequitur, rogatque in Rheni traiectu, num talis equus ibi esset transuectus: quod factum esse intelligit, demonstraturque equi ductus ab uno loco, in alium. Tandem post dies aliquot cõtinuo itinere peruenit Hacckenbergum in comitatu Senensi, ubi uirum offendit armatum, qui ipsius uidebatur insidere equo. hunc adortus, de equo sibi restituendo, quem suum esse asseuerabat, agit, meditaturque qua parte non satis munita hunc confodere posset, si fortè ad pugnam ueniretur: in quem solum finem fabulam hanc machinatus fuerat mendax ille & sanguinarius homicida ab initio. Post multam altercationem actor hic contrectat equi testiculos, quos suo equo exemptos sciebat, color alioqui & forma omnino respondebant. Ita hic culpam deprecatus, rem omnem ordine recenset, domumque redit.

In itinere autem intellexit, mox post eius abitionem equum inuentum fuisse mortuum, altero pede posteriore casu traiecto per funem collo alligatum, unde solui nequiuera: quæ mortis causa exitit. Sic innotuit huius execrandi uatis & sacrifici ueritas, digno certè flagello puniendâ. Alter autem sumptus & iacturam circiter dalerorum decem in eo itinere fecerat: hinc grauius adhuc malefico sacerdoti coram me minitabatur.

In maleficium, & diuos, inscitiam suam & errores referunt indocti medici & chirurgi. Cap. XV.

Isaia 37.

NEC interim aliorum quoque ineptorum hominum, medicinæ cognitionem impudenter doloseq; iactantium, unicum esse asylum inficias eo, ut quum morbi essentiã, multoq; magis eius curationem, ignorët, coganturq; ex imperitia uelut cæci de coloribus iudicare, maleficium mox esse affirmant: hoc uelamine suam tegentes in artis sacræ operibus inscitiam, elabentesq; non secus quàm indocta illa chirurgorum turba, confestim ad diuos, uelut Quirinũ, Antonium, uel qualemcunq; alium refert gangrænã uel sphacelum uel phagedænã, aut ulcera alia maligna siue curatu contumacia: quæ tamen ab initio non usq; adeò fuerunt praua, quàm paulatim illorũ, solum ex quibusdã unguetorũ formulis incerta piculo saq; *ἰμπραρία* medicantiũ ignorantia, in eiusmodi maliciã degenerarunt. At calumniam, aut potius iustè in eos instituendã actionem, hoc maleficij nomi-

hominis pretextu cautè declinare studēt hi uerè malefici. Cuiusmodi existunt quoq; noui illi homines, qui nuper ignis chymici fumo insolescentes, ex cuiusdam Theophrasti Paracelsi, hominis profectò maledicentissimi schola proferpsere: peculiaria arrogantiae, *φιλαυτίας*, & inanis gloriae mancipia: qui uoce Stentorea, pollicitationibus & sesquipedalibus uerbis nihil nō possunt, in hoc pulchrè suum imitati magistrū: ex cuius libro Paragrāmon inscripto, primū in memoriae commendarunt uoces non sani hominis spurcissimas, quibus medicam artem ueterem & sacrosanctam insectantur, calumniātur, reijciunt, pedibusq; contereere satagunt, noua ementiti principia cum uocibus nouis: quae nec ipsi quidem intelligunt, nec rationibus defendent, contenti uerborum inutilium, quibus sua Paracelsus oppleuit scripta, congerie & aceruo. Hic se medicinae monarcham, ueræq; artis inuentorem iactat: talem illum quoq; habent, colunt & uenerātur eius sectatores. Haecenus itaque latuit illa artium utilissima, & cum primis in conseruādo genere humano, si quid aliud, necessaria. Nihil hic est quòd singulorum à Deo creatorum uires à rerum primordijs cognouerit Adamus, nihil item quòd à medicis corpus patris aromatibus condiri uoluerit Iosephus, nihil quoq; quòd pro medicis leges promulgaretex Dei iussu Moses: uanum similiter elogiū Iesu Syrach, quo medicos propter necessitatē ab Altissimo cōditos, honore debito affici uoluit: ineptum adhæc, quòd similitudinem ab eò

Genes. 2.

Genes. 50.

Exod. 22.

Matth. 9. quod in rerum natura non existeret, sumpserit Christus, docens, medico nõ opus esse bene habenti, sed ægroto. Lucam quoq; medicũ, & quĩ

Coloss. 4. dem dilectũ, appellasse ac salutasse D. Paulum, testatur ueritatis liber. Hi certè ueterem coluere medicinã rationi innixam, usuq; ac ratione confirmatã, quam etiamnum nos usurpamus. Nihil hic de uenturo in extremis diebus medicinæ Monarcha & inuentore, Paracelso Theophrasto. Neq; hic chymiam haud leuem medicinæ partem eleuo, quã magni facio, uti & omnes mecum ueteres: eamq; nunc mirè exornari, est quod arti nostræ gratuler: at eius potentia contra quoscunq; morbos extrahi oleum, pulueres & sales cõfici ex sulphure, uitriolo, antimonio, & id genus mineralibus reliquis, uti & metallicis: nec tam eximijꝝ dotibus herbas illas uarias multiplicesq; uisu, odore, gustu & tactu cognitatas, quas inde experiētĩæ testimonio cõtra morbos tã felici hucusq; usurpauimus successu, ab initio fuisse ornatas, nondũ in animũ inducere queo. Ut uerò institutũ psequar, huius scholę antesignanus, & fictæ nobilitatis oberro, cuius nomen propalatione indignũ est, intra menses tres ad nobilẽ accitus, in terra Iuliacensi ischia de aliquandiu crudeliter excruciatũ, cui ex præpostera curatione in tumorẽ attolli cœperat femur sinistrũ, intra mensem huic bonæ ualitudinis restitutionẽ addixit: grauitè in eũ inuectus medicũ, qui sub iũcturis cauteriũ antea impressisset, quod tamẽ ab hoc Paracelsista denuò contra omnẽ rationẽ tempore & loco incõuenientissimo

tissimo inuſtū eſt. Hic primū exhibitō aliquot
 diebus puluere ſudorifero, imbecillitatē corpo
 ris totius egroto acciuit. Elapſis diebus circiter
 tredecim, quum in deterius cuncta uergere ani
 maduerteret eger, inquit: Quid ſi iam primū nu
 merare mēſis dies auſpicemur? reſpondit alter,
 nō: quando quidem Coloniz oleum in igne ad
 huc foueo, quo femori illito, prodibit etiā ſi in
 eo lateat dæmoniū. Hinc oleum applicat, & al
 ternis ferē diebus coclear propinat uini ſubli
 mati in puluerem purgantem aliquādiu infuſi:
 cui ſuū quoq; miſcuerat calcinatū, ut ille uocat.
 ita factū eſt, ut quartanā febrem ſimplicem, du
 plicem & triplicē egroto cōcitauerit breui. En
 huius artis potētia: Probatū eſt. Interim in hor
 rendum tumorē excreſcebat femur illud, nulla
 imminutione facta ex ardēti uino toties purgā
 te: dextrū interea femur cōtabeſcebat ex diuti
 ni ulceris fluxione, quod ſpōte proruperat. Cru
 ciatus prætereā intolerabiles lenibat quādoq;
 uigiliāq; perpetuas horis pauculis infringebat
 exhibitione pilularū ad formā ſtercoris muris
 apparatarū, unde & Stercus muris Paracelſi nū
 cupatur: has cū uino maluatico ppinabat etiā
 in ipſa febre, quas multa cordis anguſtia conſe
 quebatur. Hoc opiatū ſtercus ex Ducatorū ue
 terū auro puriſſimo ui chymica extractū p̄ dica
 bat: & quū hac ratiōe egrotus ei ducatos Hiſpa
 nicos & Roſeos nobiles, quos uocāt, in amplio
 rē eius ſtercoris confeſtionē numeraffeſſet, reuer
 ſus ille ex dicta hoſpitij ſui urbe, aurū illud nō ſa
 tis purū fuiſſe aſſerit, ut aliud adhuc accederet,

ab hoc artifice alterius caloris naturalis quàm chymici potentia decoquendū: id tamen quod impurius iudicabatur, ad nobilem non redibat. Hypericonis adhæc, fuga dæmonis nuncupatę, floribus sacco insutis, capitiq; subditis: item corallo ceruici appenso, circumligatoq; supra utrumq; carpum, maleficia arcere clàm conabatur. Ultra menses duos in curatione hac Paracelsistica perseueratum est. Simulatq; igitur extrema imminere uideret hic non medicus, sed monarchæ Paracelsi sectator primarius, domū reuertitur, allaturus ex fumo chymico potentiora: reediturū autem se post biduum triduum pollicetur. Proinde quibus ueheretur equis, mittit æger: morbum prætexit curator, & paucis diebus post, ad egrotum hunc nobilem, nūcium ablegat cum literis fidele eius sodalitiū, quibus Paracelsistæ morbū depingit: quod nimirum uoratis tribus uel quatuor granis pulueris, ab uno uomitu cum multa angustia postea euomisset corium, carbones uarios, arenam lapideam, fetas porcinas in crucium figurā compositas, & id genus monstra plura: & quod aliud nullum ipse pharmacum admitteret, quàm quod in cistula apud nobilem relicta conseruaretur, eamq; se desiderare. nec Paracelsistam secus credere subiungebatur, quàm Lamiam, quę ipsum hoc infecisset maleficio, ipsius quoq; probata sæpe medicamenta impedijse, ne suum sortirentur effectum. calamitoso adhęc morbo per incantamenta nobilem hunc mutilasse. eas penes me habeo literas: nam in extrema illa desperatione,

ratione, ne nostram ægroto afflictissimo denegaremus operá, rogabar uná cum docto exercitatoq; illustrissimi nostri Principis chirurgo M. Cosina Slotena. Temerè autem huic nihil polliceri uoluimus: solum uerò iam decem diebus admoliti manū, cataplasmatibus anodynis suppurantibusq; cruciatuum intolerabiliū lenimen induximus, ac pus promouimus eo studio, ut ex femore ante dies quinq; secto, pus album perfectissimum paulatim effluere siuerimus: & iam ultra libras eius decem ferè in olla referuatas effluxisse non mentior. Accessit etiam nonnihil mutationis in quartanarum triade: nō enim tam facile omnino superari potest, hoc potissimum anni tempore hyberno, in corpore usque adeò corrupto, labefactatis uisceribus, & prostratis ex dolorum immensitate uiribus, qui menses aliquot continuò eum decubitu supino affixere lecto. A Deo interim speratur gratia & auxilium. En inscitæ pallium, carmina, incantamentum & maleficiū. Naturales enim morbos pati nobilem ægrotum, experimur nimis. Nec pharmaca Paracelsistę alio fuisse læsa maleficio, quàm malefico igne chymico, & rei ignorantia, testatur ipse effectus. Pulueris enim sudorifici uncia media quotidie bis sumpta, sudorem extorsit copiosum: uiui sublimaticum cathartico puluere prius confusi coclear, aluum turbauit, mouitq;: stercus muris narcoticum, ex opio nimirum (mea sentētia, siquid iudico) apparatus, stuporem somnumq; induxit: cauterij actualis ulceratum stigma, cum e-

schara adhuc apparet: quorsum itaq; hæc à suo opere carminibus præpedita est? Si insup uera est epistolæ missæ narratio, Paracelsistarū oculos fuligine chymico obductos facile suis quilibet perstringere ualuit indefessus ille ab initio impostor: figmentum uerò fuisse in eum finem adornatum, ne palàm fieret fucus & inscitia, censent cordatiores: quū etiā intelligant, ex purissimo auro & lapidibus preciosis ui ignis dissolutis, eorū medicamēta nō cōfici, id quod tamen impudenter satis iactant, ut millium exactione liberiori ægrotorum cistas exonarent: interim nihil minus quàm aurum uel gemmæ medicamentis inest: & quidem rectè, quum nihil ad rem nostram sæpe faciant: sed uenena, aut uenenata ut plurimum ægrotis ingerant. & si quæ salutaria per se noscuntur, ijs tale empyreuma ab ignis uehementia sæpenuero imprimitur, ut pro benignis reddantur uenenosa, uentia & caustica. Quanquam ignis chymici potentia liquores, olea & pulueres apparari, quibus summa inest tenuitas & uirtus admirabilis, nō sum nescius. His nihil derogari, quiniū debitam attribui laudem uolo. Mihi solum controuersa est cum ijs, qui sub huius artis prætextu & ignorantia maleficiū commentantur, falsoq; ægrotis eius rei fidē imprimunt. Memorię ferme exciderat, eundem nostrum Paracelsitam magnifico LL. Doctori, uenerādo seni, in maligna tibie exulceratione consuluisse, ut hydro-piper aque Rheni, in fluminis aduersi medio exhaustæ immersum, parti affectæ applicaret, & paulo

paulo pòst aliud similiter imponderet, atq; dies aliquot in ea curâdi methodo p̄sisteret, ablatasque herbas inter tegulas lapideas curuas seponeret, uigilâti inspectiōe obseruâs, nū eę putrescerent, contabescerent tūc: quemadmodū enim illæ siccarentur, eodem modo & tibiæ ulcus sic cōtatē sortiretur. Quatuordecim diebus mutationē ulceris fore, egroto pollicebatur: qui mensen integrum perseverauit, sed frustra. Magica certē medicatio, hoc medicorum genere digna.

Ad diuos, morsus canis rabidi curationem, & epilepsiam, referunt inepti medici.

Cap. 16.

HOc item albo dignabor eos, qui canis rabidi morsus curationē apud D. Hubertū Ardenatē, ex præscripto emendicandā impiē cēserit: & qui epilepsiā D. Ioanni, Cornelio, Valentiro, aut Egidio consecrāt. Næ hos, eorū qui ad diuinos aut Pythiā familiā confugiunt, pœnam nō immeritō subituros timendū est. Non inconuenienter hic adducam obiter, sententiā ex senioris Hippocratis, uel alterius memorabilis uiri (ut uult Galenus) libello de Morbo sacro aut Comitali, quē epilepsiam Græci dicūt: in quo, quum prius, diuini nihil amplius huic in esse malo quàm alijs morbis, demonstrasset, sic inquit: Qui primi hunc morbum sacrū esse pronūciarunt, tales homines mihi fuisse uidentur, quales etiam nunc sunt magi & expiatores

*Diuis non est
asscribenda
morborum cō
ratio.*

& circulatores, & quidam arrogantes, qui se uehementer pios esse simulât, & amplius quid scire. Hi itaque consilij ac mentis inopiæ obuelantes ac prætextentes diuinitatem, quum nihil haberent quod exhibitum prodesset, ut ne manifesta fieret ipsorum ignorantia, sacram hanc esse affectionem pronunciarût: & rationibus idoneis collectis, curationem constituerunt sibi ipsis securam, expiamenta offerentes, & incarta menta, & à balneis abstinere iubentes, & à cibis multis ac ineptis ad hominû ægrotorum eum, &c. Deinde pallium nigrum non esse habendû præcepère: niger enim color mortalis est. neq; pedem supra pedem habendum esse, neq; manum supra manum: hæc enim omnia curationis impedimenta esse. Omnia autem hæc diuinitatis gratia apponunt, uelut amplius quid scientes, & alios prætextus proferentes, quò si sanus æger euadat, ipsis gloria & dexteritis ascribatur: sin moriatur, in tuto positæ sint ipsorum excusationes: habeantq; prætextum, quòd ipsi non sint in causa, sed dij. Neque enim medicamentum aliquod edendum aut bibendum exhibuerunt, ut ipsi in causa esse uideri possint. Et paulo post: Talia itaq; dicentes & excogitantes, amplius quid se scire simulant, & homines decipiunt, proponentes his lustrationes ac purificationes, quum uerba ipsorum magna ex parte se ad Deum & dæmonium extendant. Atqui mihi sanè non de pietate uerba facere uidentur, uelut ipsi putant, sed potius de impietate: & quòd Dei non sunt, pietasq; ac diuinitas

*Contra uersu
tos medicos, et
sacrilogos ma
gos, extimia
Hippocratis
sententia.*

uinitas ipsorum impia est ac scelestā, uelut ego docebo. Si enim & lunam abolere, & solem obscurare, tempestatemque & serenitatem facere, pluuias item ac siccitates, & mare sterile, itemque terram, & alia huiusmodi omnia, se scire profitentur, siue ex sacrorum mysterijs, siue ex alia quadam professione aut meditatione hanc potentiam iactent: qui talia studio habent, impij sanè mihi esse uidentur, & deos non esse putare: neque si sint, aliquid posse, neque ullum aliquid extremū etiam malum prohibere. Quod quum faciant, quomodo non ipsis infesti sint? Si enim homo incantamentis ac sacrificijs utens, & lunam abolebit, & solem obscurabit, & tempestatem ac serenitatem faciet: non utique ego horum aliquid diuinum esse putauerim, sed humanum, si diuinitatis potentia ab humana uoluntate superatur, & in seruitutem redacta est. Fortassis autem hæc non hoc se modo habent: sed homines uictus indigi, multa & omnigena moliuntur & euariant, tum in alia omnia, tum in hunc morbum, in singulis affectionis speciebus causam Deo ascribentes. Non enim semel, sed sæpius eorundem mentionem faciunt. Siquidem enim capras imitentur, & si balatum edant & frendant, & si dextris partibus conuellantur, Matrem deorum causam esse aiunt. Si uerò acutiorem & concitatorum sonum emittant, equo assimulant, & Neptunum authorem esse dicunt. Sed si aliquid stercoreis etiam emittant, quod sæpe quibusdam contingit, præ morbo coactis, Hecates

Qui se potestate habere aeris iactant, impij sunt.

Posterius nimis religiosi, idolorum nomina cum nostra religionis deus commutarunt, quibus uarias illas epilepsie species deducunt.

Enodiæ appellatio additur. Si autem tenuiorem & densiorem uocem edant, uelut auiculæ, Apollo Nomius, id est pastor: si uerò spumã ex ore remittant, ac pedibus calcitent, Mars causam habet. Quicunq; porrò pauores noctu ingruunt, timoresq; ac deliria, & exultationes è lecto, terroresq; ac fugæ foras, Hecates insidias esse dicunt, & heroum insultus, expiamentisq; utuntur ac incantamentis, & scelestissimum ac impijssimum (meo sanè iudicio) faciunt nomen. Expiant enim morbo correptos sanguine, itemq; alijs sceleribus inquinatos aut iniustos, aut ab hominibus intoxicatos, aut qui scelestum aliquod facinus perpetrarunt: quos contraria his facere oportebat, sacrificare nimirum ac precari, & ad templa progressos dijs supplicare. Nunc uerò horum quidem nihil faciunt: uerùm expiant, & alia expiamenta terra occultat, alia in mare proijciunt, alia ad montes deferunt, ubi nemo attingat, neq; conculcet. Oportebat autem ea ad templa deferre, ac Deo contribuere, si quidem Deus est author. Non tamen ego puto hominis corpus à Deo inquinari, sordissimum scilicet à purissimo. Verùm etiamsi contingat ab aliquo inquinari, aut quid perpeti, cupierit utique à Deo purgari ac purificari magis quàm inquinari. Deus itaque est qui maxima ac sceleratissima peccata purgat & purificat, & liberatio nostra existit: ipsiq; terminos templorum ac delubrorum dijs designamus, ut nullus qui non purus sit, eos transcendat: & ingressi respergimur, non uelut qui inquinemur, sed

*Christiani
Hippocratis
sententia.*

sed si quod etiam prius scelus habemus, purificemur. Et de expiationibus quidē sic se res habere mihi uidetur. Hic uerò morbus nulla re diuinior reliquis mihi apparet: sed naturam habet quam etiam alij morbi, & causam unde singuli gignuntur. Naturā autem & causam ab eodem Deo fieri, à quo etiā alia omnia. Haecenus Hippocrates: cuius argumēta, ut nostro instituto nō inutilia, fufius commemorare uisum est.

Magicas artes esse uanas comperit Nero, easq;

& earum sectatores damnauit

Moses. Cap. 17.

AT cum Plinio & Mosis edicto, telam enarrantis breuiter fallacium magorū operibus contextam absoluo. Tradit ille, ætate sua principem Neronē uanas falsissimasq; comperisse artes magicas. Quippe, inquit, non citharæ tragicisq; cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente in profundis animi uitijis: primumq; imperare dijs concupiuit, nec quicquam generosius uoluit. Nemo unquam ulli artium ualidius fauit. Adhæc, non opes illi defuere, non uires, non discendi ingenium, aliaq; nō patiente mundo. Immensum & indubitātū exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero. Magus ad eū Tridates uenerat, magos secum adduxerat, magicis etiam cœnis eum * initiauerat: non tamen, quum regnum ei daret, hâc ab eo artem accipere ualuit. Proinde persuasum fuit, intestabilem, irritā, inanem esse, habentem tamē quasdam ueritatis umbras: sed in ijs ueneficas pollere artes, non magicas. Ne-

Lib. 30. ca. 2.

Magicas artes uanas esse comperit Nero.

** alias inuenerat.*

ro in

ro in exquirendis magicis artibus paulo curiosior, quòd nullum certæ ueritatis signum argumentum uic perspexisset, eas sustulit. Eò etenim earum uanitas proserpserat, ut sapientibus etiam ethnicis odio essent, & execrabiles. Interduntur quoq; & damnantur earum affectatores seuerissimo Dei mandato in Leuitico, tum etiã Deuteronomio: Non inueniatur in te ducens filium aut filiam in ignem, diuinans diuinationem, obseruans dies, non diuinans ex sortibus, non incantans aut exercens præstigias diabolicas: non cõsulens Pythonem, non interrogans mortuos: quia abominatio est Domino omnis faciens hæc. Quod hi tolerarentur, audirenturque, Esaias uaticinatur casum & interitum Babylonis, cui & in primis exitio fuit huius teterimæ artis studium, quum ad ultimum à Cyro rege sub Persarum imperiũ redigeretur. Ita clamat diuinus uates: Venient tibi duo hæc subito in die uno, sterilitas & uiduitas, propter multitudinem maleficiorum tuorum & propter duritiem incantatorum tuorum, uehementem. Et subijcit: Sta cum incantatoribus tuis, & cū multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentiã tua, si fortè quid proficit tibi. Meritò itaq; apud priscos semper in quæstione fuit, incantamēta ualerent ne aliquid, quum meræ sint præstigiæ.

*Lamia cur dicitur, indicat
Duris Lybitorum lib. 2.
Fast. 6.*

De Lamia, quid ea sit. Cap. 18.

Nunc ad Lamiaë historiam me cõfero, uulgo strigæ, à strige aue nocturna & infauista, quam pulchrè depingit Ouidius:

Sunt

*Sunt auidæ uolucres, non quæ Phinæia mensis
Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ,
Canicies pennis, unguibus hamus inest.*

*Nocte uolant, puerosq; petunt nutricis egentes,
Et uitiant cunis corpora rapta suis.*

*Carpere dicuntur lactentia uiscera rostris,
Et plenum potò sanguine guttur habent.*

*Est illis Strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.*

*Sive igitur nascuntur aues, seu carmine fiunt,
Naniaq; in uolucres falsa figurat anus.*

Sagam quoq; nuncupant, à satagendo. hanc igitur appello, quæ ob fœdus præstigiolum aut imaginarium cum dæmone initum, propria ex suo delectu uoluntate, uel maligno dæmonis instinctu impulsuue, illiusq; ope, qualiacunq; mala uel cogitatione uel imprecatione, uel re ludicra atq; ad institutum opus inepta designare putatur: uelut aerē insolitis ignire fulminibus, tonitru terrifico concutere, damnosa grandinis insoliti multitudine ferire, tempestates excitare, segetem in agro lætam aliò transferre aut de populari, morbos præter naturam hominibus bestijsq; ciere & ræderi, paucis horis longissimè euagari, choreas cum dæmonibus ducere, epulari, succubū agere, homines in bestias commutare, & mille móstrosa rerum ludibria ostentare. Ad cuius longiorem descriptionem faciēt quorundam poetarum (licet peculiare illud nostrarum Lamiarum genus, quod ob opinione maleficij hominibus & brutis in exitiū eo quo

audietur

audietur modo illati, nostro seculo comburitur, eos non nouisse existimem) uersus, ex peruersæ opinionis officina deprompti. ut Virgilij libro quarto Aeneidos, ubi Dido ad Annam sororem ait:

Hinc mihi *Mæsila* gentis monstrata sacerdos,
 Hæc se carminibus promittit soluere mentes
 Quas uelit, a? alys duras immittere curas,
 Sistere aquam fluij, & flumina uertere retrò,
 Nocturnosq; ciet manes: mugire uidebis
 Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Et in Damone, seu Pharmaceutria, Ecl. 8.
 Carminibus Circe socios mutauit Vlyßis. Item:
 Picus equum domitor, quem capta cupidine coniunx,
 Aurea percussam uirga, uersamq; uenenis
 Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.

Omnipotentiam quoq; Circes maleficæ prædicat Homerus. Item:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Quibus nõ apud Ouidiũ gloriatur malefica:
 Cum uolui, ripis ipsis mirantibus, amnes
 In fontes rediere suos: concussaq; sisto,
 Stantia concutio cantu fræta. nubila pello,
 Nubilaq; induco: uentos abigoq; uocoq;
 Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces:
 Viuaq; saxa, sua conuulsaq; robora terra,
 Et syluis moueo: iubeoq; tremiscere montes,
 Et mugire solum, manesq; exire sepulchris.
 Te quoq; Luna trabo. Item de Medea legitur:
 Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos,
 Quæ mare turbatum, quæ flumina concita sistunt.

Et paulo pòst:

Ter se conuertit, ter sumptis flumine crinens

Irrorauit aquis, ternis & hiatis ora
soluit. Et de eadem:

Et miserum tenues in iecur urget acus. Item:
Carminē laesa Ceres sterilem uanescit in herbam,

Deficiunt laesi carminē fontis aquae;
Illicibus glandes, cantataq; uitibus uua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt. Horatius:
Quae sidera excantata uoce Thessala,
Lunamq; cælo diripit.

Et Tibullus de fascinatricē:
Hanc ego de cælo ducentem sidera uidi,
Fluminis ac rapidi carminē uertit iter.
Hæc cantu funditq; solum, manesq; sepulchris
Elicit, & tepido deuorat ossa rogo.
Cum lubet, hæc tristi depellit lumina cælor;
Cum lubet, æstiuo conuocat orbe niues.

Item de incantationis uī copiose scribit Lu-

canus:
Mens hausti nulla sanie polluta ueneni,
Incantata perit. Paulo post:
Cessauere uices rerum, dilataq; longo
Hæsit nocte dies, legi non paruit æther,
Torpuit & præceps audito carminē mundus.

Lib. 6. de bel-
lo civili.

Et paulo antè:
Carminē Thessalidum dura in præcordia fluxit,
Non fati adductus amor, flammisq; seueri
Illicitis arsere ignes. Item:
Gens inuisa cæli, maculandi callida cæli,
Quos genuit natura mali: qui sidera mundi,
Iuraq; fixarum possunt peruertere rerum.
Nam nunc stare polos, & flumina mittere norunt,
Acthera sub terras adigunt, montesq; reuellunt.

C. Manilius Astronomicæ suæ lib. I.

LINGUÆ

Linguas dixere uolucrum,

Consultare fibras, & rumpere uocibus angues,
Sollicitare umbras, imumq; Acheronta mouere,
In noctemq; dies, in lucem uertere noctes,
Omnia conando docilis solertia uicit.

Vbi uerò Lucanus agit de maga illa Theffala manes euocante, maleficij materiem affingit:

Huc, quicquid factu genuit natura sinistro,
Miscetur: non spuma canum, quibus unda timori est:
Viscera non lyncis, non dura nodus hyæne
Defuit, & cerui pasti serpente medulla:
Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs echineis aquis, oculiq; draconum:

& reliqua. Huc faciunt Grugnæ Stryacis Carossæ Macaronicorum libri 5. Carmen mirè festiuum est, ridiculumq; Italicis dictionibus singulari lepôre & artificio ubiq; immixtis.

Quanquam poetarū assertio, uel etiam contradicção, parum pôderis hic apud me obtinet: tamé ut curiosioribus satisfiat, libet paucis hæc tela obiter eodem retorquere arcu. Si quid Medea, hac arte cum primis celebris, hic potuisset, minimè prætermisura erat, à Iasone uincta, cū clamaret:

— Si possẽm, sanior essem:

Sed trahit inuitam noua uis. —

Maleficijs Medæ præponderabat Iasonis forma. Adhæc Circe maga formosissima, quæ quicquid uellet, posse repellere, allicere, ligare, impedire, euocare credebatur, suum nequiuit remorari Vlyssẽm: magisque sine arte Vlyssi deuincta est, quàm Vlyssẽm cum omnibus suis

fuis artibus uel uinixerit, uel deluserit. Sic de Vlyſſe cecinit Ouidius:

Nulla recantatas deponent pectora curas,

Nec fugies uiuo sulphure uictus amor.

Quid te Phasiacæ iuuerunt gramina terre,

Cum cuperes patria Colchi manere domo?

Quid tibi profuerint Circe Perſeidos herba,

Cum tibi Neritias abstulit aura rates?

Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret:

Ille dedit certæ linthea plena fugæ.

Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis:

Longus in inuito pectore sedit amor.

Vertere quæ poteris homines in mille figuras,

Non poteris animi uertere iura tui.

Diceris his etiam, cum iam discedere uellet,

Dulychium uerbis detinuisse ducem:

Non ego, quod primùm (memini) sperare solebam,

Iam precor, ut coniunx tu meus esse uelis:

Et tamen ut coniunx essem tua, digna uidebar:

Quòd dea, quòd magni filia Solis eram.

Ne properes oro, spacium pro munere poscor:

Quid minus optari per mea uota potest?

Et freta mota uides, & debes illa timere:

Vulior uelis postmodò uentus erit.

Quæ tibi causa fugæ? non hic noua Troia resurgit,

Non aliquis socios rursus ad arma uocat.

Hic amor & pax est, in qua malè unkeror una,

Totaq; sub regno terra futura tuo est.

Illæ loquebatur, nauem soluebat Vlyſſes,

Irrua cum uelis uerba tulère noui.

Ardet, & assuetas Circe decurrit ad artes.

Nec tamen est illis attenuatus amor.

210 De præstigijs dæmonum

Argo quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,

Deme ueneficij carminibusq; fidem.

Porrò quòd Vergilius in Dæmone dicat,

Carmina uel cælo possunt deducere Lunam:

Atq; apud Horatium glorietur Canidia,

Polo her pere Lunam uocibus possum meis:

Et saga apud Ouidium iactet,

Libel de r
pileps.

Te quoque Luna trabo: hoc scitè ab Hippocrato

diluitur Si enim, inquit, homo carminibus Lunam

deducere cælo posset, tum certè Deus &

mens diuina, astrorum conditor & rector, ho-

minum potestati, magorumq; incantamen-

tis (quod dicere nefas est) esset obnoxius. Sed

hanc fouet eiusmodi opinio causam. Aganice,

De præcept.
connub.

ut Plutarch⁹ refert, Hegetoris Thessali filia, sibe-

rum in plenilunij defectus perita, ac temporis

Luna un-
de
ducatur cælo
deduci.

gnara quo luna obiectu terræ umbra obnubila-

retur, quum hæc mulierculis credulis præfaga

futuri prædiceret, præcantatione lunam subdu-

cere cælo credebatur. Tamen Pirithoum pri-

imum à cælo detraxisse lunam, fingi à poetis, nō

Lib. 1.

ignoro. Hæc Propertius ita ridet:

At uos, deductæ quibus est fallacia luna,

Et labor in magicis sacra piare focis:

En agedum domina mentem conuertite nostra;

Et facite illa meo palliat ore magis.

Tunc ego crediderim uobis, & sidera & annos

Posse Cyrenæis ducere carminibus.

Quorundam poematum huius argumenti

explicationem, etiam circa Libri sequentis fi-

nem comperies.

Sup. 17.

At apud hæc poetarū commenta locum me-

rentus

rentur infinite historiarum, fabulis fabulifloras, X
 libris Metamorph. siue lusus asini conscriptæ à
 L. Apuleio Madaurenfi, philosopho Platónico.
 Ex ijs accipe duas, ut cum his conferantur, fides
 que parem sortiantur illa, quæ frequenter ad
 huc nostro hoc quoque à malè credulo ac demeta-
 to uulgo tanquam uera narratur, licet sint men-
 dacia mera, quibus etiam facilè ab alijs datur fi-
 des. Cauponam reginam hoc modo describit:
 Saga est, & diuinipotens, cælum deponere, ter-
 ram suspendere, fontes durare, mōtes diluere,
 manes sublimare, deos infirmare, sidera extin-
 guere, tartarum ipsum illuminare. Amatorem
 suum, quod in aliū temerasset, unico uerbo mu-
 tauit in feram castorem: quod ea bestia captiui-
 tati metuens, se ab insequentibus repræcissione
 genitalium liberat: ut illi quoque simile, quod
 Venerem habuit in aliam, proueniret. Caupo-
 nem quoque uicinum, atque ob id emulum, de-
 formauit in ranam: & nūc senex ille dolium in-
 natans uini sui, aduētores pristinos in fece sub-
 missus, officiosis ronchis raucus appellat. Aliū
 de foro quidem, quod aduersus eam loquutus
 esset, in arietē deformauit: & nunc aries ille cas-
 sas agit. Eadem amatoris sui uxorem, quod in
 eam dicaculè probrū dixerat, iam in sarcinā im-
 prægnationis obsepto utero, & repigrato fœtu,
 perpetua prægnatione dānauit. Et ut cuncti nu-
 merant, octo annorū onere misella illa, uelut e-
 lephantē paritura, distenditur. Et lib. 2. de Pam-
 phile Miloni nuptui tradita hæc scribit: Maga
 primi nominis, & omnis carminis sepulchralis

Lib. 1. de Asino aureo, Apuleij fabula.

magistra creditur, quæ surculis & lapillis, & id genus friuolis inhalatis, omnē istam lucem mūdi sideralis, imis tartari & in uetustū chaos submergere nouit. Nam simul quenquam conspexit speciosæ formę iuuenem, uenultate eius sumitur, & ilicò in eum & oculum & animum detorquet. Minus morigeros & uiles fastidiēs, in saxa & in pecua, & quoduis animal punctò reformat. Alios uerò prorsus extinguit. Longioris moræ in ijs recensendis me pudet, quare figmentorum enarrationem ob signabo cum his Apuleij uerbis lib. 1. Næ istud mendacium tam uerum est, quàm si quis uelit dicere, magico suffurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, uentos inanimos expirare, Solem inhiberi, Lunam despumari, stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.

Lamiarum professionis modus ineptus, nec coherens. Cap. 19.

*Professionis
Lamiarum mo-
dus ineptus,
nec coherens.*

*Prima secun-
da partu 9.
1. cap. 2. 3.*

AT qui ut omnia fatanę instituta minime cohærent, uariaq; & mendacia comperiuntur: ita & professiōis modus ineptus mancusq; est, ac diuerse à quolibet eius factiōnis reo, quæstionibusque subiecto narratur. Exemplum sunt obuia in Malleo maleficarum, libro sic inscripto, ubi legitur: Modus profitendī duplex est. unus solennis, per simile, ad uotum solēne: alius priuatus, qui seorsum dæmoni quacunque hora fieri potest. Solennis inter eos fit, ubi Lamię in certam concionem statuto die ueniunt, & dæmonem in assumpta effigie hominis uident: qui quum de seruanda sibi fide admonuerit,

mounerit, successumq; in rebus mundanis prosperū & uitæ longitudinē promiserit, quæ præsentés sunt, nouitiam suscipiendam ipsi commendant. Et dæmon si in abneganda fide, cultu Christianismi, & extensa muliere (sic enim beatissimam uirginem Mariam nuncupant) & in sacramentis nunquam uenerādis inuenerit nouitiam seu discipulum procliuem, tunc dæmon manū extendit: ac uiceuersa discipulus seu nouitia stipulata manu, illa seruaturum se pollicetur. hinc dæmon subiungit, ea non sufficere: sed o magiū deinde petit, continens, ut anima & corpore se in æternū illi dedat, & pro uiribus alios quoscunque utriusque sexus illi adiungere uelit. Addit denique, ut certa unguenta ex ossibus & membris puerorum, & præcipuè renatorum fonte baptismatis, sibi conficiat, per quæ omnia sua instituta ipsius adminiculo explere poterit. Hunc modum nos inquisitores (scribūt Mallei maleficarum authores) cognouimus in oppido Brisiano Basiliēsis diocēsis, plenè à saga iuuenula informati. Deinde post legitur: Præfato inquisitore mihi referente intellexi, in ducatu Lausanensi quosdā magos comisse & comedisse proprios infantes. Modus autē discendi talem artem fuit, ut dixit: quòd magi in certam ueniant concionem, & opere eorum uerisimiliter dæmonem in asciticia hominis specie conspiciant, cui discipulus necessariò dat fidem de abnegando Christianismo, de eucharistia nunquam adoranda, & de calcando super crucem, quando latenter posset. Fuit insuper

Nō manum, sed eius formā extendit, cum spiritus carnem et ossa nō habeat: fallax itaque est stipulatio, nec ullius momenti.

fama communis, Petro iudice in Boltinge nar-
 raute, quòd in terra Bernensium tredecim in-
 fantes à Lamijs essent deuorati: quamobrem
 etiam in tales parricidas satis duriter exarserat
 publica iusticia. Alius postea iuuenis, tamen
 uxoratus, hùc refert ordinem: Oportet primò,
 Dominico die, antequam aqua benedicta con-
 secratur, discipulum futurum cum magistris
 templum ingredi, & ibidem àbnegare, &c. De-
 inde omagium præstat magisterulo, id est par-
 uo magistro: ita enim dæmonem, nec aliter, no-
 cant. Sequitur postremò: De utre bibit, ut au-
 dies: quo factò, statim intrinsecus sentit se ima-
 gines nostræ artis concipere, & principalibus
 ritibus huius sectæ imbui, confirmariq;. Quum
 autem modum quo infantes comederent, à sa-
 ga capta inquireret Petrus: hæc respondit, il-
 lum talem esse. Infantibus nondum baptiza-
 ris insidiamur, uel etiam baptizatis, præsertim
 quando crucis signo & orationibus non mu-
 niuntur. Hos in cunabulis, uel ad parentum
 latera iacentes, ceremonijs nostris occidimus:
 quos, postquam putantur oppressi esse, uel a-
 liunde mortui, ex sepulchro clam suffuramur,
 & in olla decoquimus, donec euulsis ossibus,
 uelut cera ferè potabilis efficitur. De solidiore
 materia unguentum facimus, nostris uolunta-
 tibus, artibus & trāsuectionibus commodum.
 de liquidiore uerò humore, utrem implemus:
 ex quo quicumque biberit, additis ceremonijs
 paucis, euestigiò nostræ artis conscius reddi-
 tur, & magister. Hæc ille.

*Unguentum
 terribile.*

*Petus tartar-
 reus.*

Profes

Professio Lamiarum diluitur, ostenditurque fœdus esse prestigiosum, stultum, & nullius ponderis. Cap. 20.

QUAM hæc nō cohæreant, sint absona, indignaque quibus fides uel leuiter adiungatur, quilibet, dummodò non omnino sit mentis inops, facile iudicabit. Fœdus autē esse prestigiosum, phantasmate aut imaginatione, uel phantastico præstringentis spiritus corpore fallaciter apparente: uel neruis opticis seu uisorijs indita subdolè, quam satan uult, specie, commotis huc humoribus & spiritibus idoneis: uel sibilo, susurro aut murmure in organis auditus, uitiatæ formis imagini respondente, spiritus maligni arte excito conflatum stabilitumque, ac inde nullius esse ponderis, facile cognoscitur: potissimum si diuersa contrahentium essentia, contractus forma, modus, & circumstantiæ, perspicaci mentis acie inspiciantur, atque rationis fideique nostræ æquilibrio exactius pensculentur. Sic plerasque omnes actiones Lamiaë hæctenus attributas, quas suas esse, malesana quoque fatetur, ex corrupta à præstigiatore uirtute imaginatiua, non Lamiaë, sed ipsius satanæ existere, palàm fit: cui minime opus est alterius adminiculo in sua potentia ostendenda, aut actionibus declarandis, nec ullius uolūtate aut imperio cogitur quàm Dei, & huius ministrorum bonorum: malis nō coactus, sed sponte & quidem libenter obsequitur maliciosus ille ueterator, secus licet fingat, simuletque, teste Porphyrio, ut suis præsti-

gijs nos magis irretiat. Non autem strictè colligari pactum imaginarium, doloq; malo mendaciter ab altera parte initum necesse est, quum à præstringente spiritu apud stupentem, nec mentis compotem satis hominem, aliter fieri nõ potest. Præterea dolosa hæc stipulatio, maximè in perniciosum finem cõficta, sine testibus aut uadibus contra Dei uoluntatem, si tantũ habebit momenti, ut nulla queat rescindi ratione: at necessariò eius uirtute alter alterius uoluntatem sequi, illiusq; præcepto morem gerere compellatur: quur pactum illud prius in baptismo ex peculiari Dei uoluntate & mandato, solennibus uerbis uerè sancitum, & quidem interpositis fideiussoribus, tanquam prærogatiua non præponderabit? Atqui, fidem Christianam hic abnegasse anum miseram, obijcies, Et nos, quot quot aliam salutis uiam quærimus, quàm Christum IESVM, eius præcepta obseruantes, uestigijsq; insistentes, uiua in ipsum fide per dilectionem operante, fidem abijcimus, re ipsa testati mente sana, quod illa uel ætate stupida, uel sexu inconstans, uel impotentia mentis lubrica, uel animi morbo desperans, aut imaginariè aut maligni arte delusa fecisse putatur. Aures Pauli uerbis, quibus fidem Christianã uerè abnegantes scitè depingit, paulisper accommoda: Illud scito, inquit, quòd in extremis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maligni, parentibus immorigeri, ingrati, impij, carentes affectu, nescij fœderis, calumniatores, intemperantes,

Fidem Christianam abnegantes.

Gal. 5.

2. Timoth. 3.

1. Timoth. 4.

perantes, immites, negligentes bonorum, proditores, præcipites, inflati, uoluptatum amâtes potius quàm amantes Dei: habentes formam pietatis, sed qui uim eius abnegarint. Et istos auersare: ex his enim sunt qui iubeūt in familias, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentijs uarijs, semper discètes, nec unquam ad cognitionem ueritatis uenire ualentes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres resistebant Moysi, ita et hi resistunt ueritati: homines mente corrupti, reprobî circa fidem. Sed non proficiunt amplius. Si quidem amentia eorū euidens erit omnibus, quemadmodū & illorū fuit. Hęc Paulus.

*Pietatis uim
qui abnega-
runt, circa fi-
dem reprobî.*

Exod. 7.

Ad chrisma in sœderis contractu exemptum, ut fertur, si cōfugias, licet uel unico uerbo hic satis facere possim: id tñ ne plus faceat negocij, tutius erit respondere: Si qua uis sit chrisimatis, eā nō in externa illinitione magis cōsistere, quàm in externa aquæ superfusione in sacramēto Baptisimi, qui fide intercedēte sanctificatur, atque ita cōfirmatur, ut si postea centies aqua corpori infusa abluatur, imò tota cutis abradatur, nihilominus ex charactere fide impresso permanet baptisimi essentia: etiā si eius uirtutē homo quandoque lapsu abneget, tamen si resurgat, & peccatis ad uitæ emendationē pœnitundine cōuersus, eadem stabit baptisimi semel administrati energia. Ratio chrisimatis erasi erit eadem apud resipiscentem, si ita uoles: alioqui uel uulnere syncipiti inflicto, aut putrido ulcere ea in parte exorto, illud quoque interire sequeretur:

*Chrisimatis
uim, s. qua
est, non posse
externa exē-
ptione tolli.*

quanquam etiam non uerè synciput in fœdere collidi crediderim, sed imaginariè: quemadmodum reliqua multa hic contingere animaduertimus, quò credulum hoc malefanorum hominũ genus persuasione mala inducatur, ut se diaboli retibus iam inde implicitũ usq; adeò, seruũque credat, quasi omnis resipiscentiæ uia deinceps sit præclusa, quò hac ratione tandem extrema cogitet, moliaturq;: quãuis non magis huic, imò multo minus, ut uitiata phantasia deluso, quàm quibusuis alijs grauiter peccantibus, cõuersionis locus erit præcisus. Petrus siquidem, antea breui à Christo præmonitus, contra conscientię testimonium ter Christum, addito etiã iuramento, negat: atqui agnito errore, lachrymisq; fufis, in gratiam recipitur.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luca 22.

Joan. 18.

Fœderis uani demonstratio reliqua.

Cap. 21.

AD hæc, quòd ullis ceremonijs pueros occidere quis possit, falsissimũ est, meraq; satanz suggestio, ac inanis credulitas. Itẽ q; illos ex sepulchris clam effodiãt, nihil esse nisi diabolicam persuasionẽ ex imaginatiua uicorrupta, aut alto somno uitiata, palãm constabit, si monumenta inspiciantur, unde eos extractos esse narrant: ibi etenim reconditi adhuc inuentur. Nec hẽsitare uolo, eodem modo in mentem illis inductã esse infantis decoctionẽ in olla confectam, donec exemptis ossibus caro redderetur potabilis. Tam enim id existit inhumanum, tetricum, crudele, & creditu difficile, ut si

*Ceremonijs
non posse occi
di pueros.*

*Infantes mor
tuos ex sepul
chris effodi, de
insorium est.
Potus ille Sty
gius imagina
tus, ut & un
uentum.*

uel meis intuerer hoc oculis, citius huius horri-
 bilis spectaculi fascino eos mihi præstrictos cre-
 diderim, quàm nefandum hoc & plusquam tra-
 gicum, omnemque exuperans fidem cõdimen-
 tum uerè apparatus esse fatear. Sed esto, quòd
 ex Stygia palude proserpant eius unguenti ar-
 tifices horrificæ striges, quæ omnem humani
 sensus imaginem prorsus exuerint: cedo ta-
 men, unde illi unguento ea uirtus, ut si quis eo
 inungatur, fiat sceleratarum uoluntatum, exe-
 crabilium artium, & transuentionum incredi-
 bilium particeps? uel si eo sedile aut lignum
 illinatur, mox alter huic innixus, per aera fera-
 tur: quemadmodum sagæ persuasum habent, &
 liber ille testatur? Non libet hic anxie de mor-
 tuæ, putidæque & uirulentæ huius carnis deco-
 ræ temperamento & uiribus disceptare. siqui-
 dem in rerum natura eam ita paratam non in-
 ueniri, firmiter credo: idem de liquidioris ma-
 teriæ in utre, ut dictum est, conseruatæ præpa-
 ratione, potatione & uirtute dictum uolo. In-
 zerim negandum non est, miseras has muliercu-
 las ita formis uirtuti phantasticæ impressis, à
 dæmonio dementatas, non aliter ac si hæc ita
 uerè fierent, scire: uti ferè omnes illarum præter
 naturam actiones, imaginariæ saltem uidentur:
 & propterea quæstionibus adactæ, flammisque
 propinquæ, sua apertè confitentur flagitia, per
 somnum uel simulachrum illis solummodo
 cognita. Idipsum confirmatur in Decretis,
 ad hunc modum: Quædam mulierculæ inserui-
 entes satanæ, dæmonum illusionibus seductæ,
 credunt

*In secunda par-
 te. caus. 26. q.
 5. episcopi*

220 De præstigijs dæmonum

credunt se alia nefanda quoque agere, puta pap-
ulos à lacte matris auellere, assare & comedere:
domi per caminos seu fenestras intrare, &
habitâtes uarijs modis inquietare: quæ omnia
& consimilia solū phantasticè accidūt eis. Cum
ea uerò, quæ fossula facta, & lotio infuso uel a-
qua, digitoque moto se tempestatem ciere arbi-
tratur, colludit dæmon aere turbans, ut illam
sibi addictam in ofñcio contineat.

Huius ergo ex utre potionis tartareæ, sed i-
maginariæ in fœdere usus, ipsum quoq; præsti-
giosum esse, præter multâ eius diuersitatē aper-
tius demonstrat: lubetq; hic cū Horatio dicere,

Ne quodcumque uolet, poscat sibi fabula credi,

Neu pransæ lamie uiuum puerum extrahat aluo.

Pacti item uanitatē id quoque docet, quòd eo
inito ceremonias quasdam contra Ecclesiæ sta-
tuta cogantur obseruare: quemadmodum die-
bus Dominicis ieiunare, aut sextis ferijs (ut a-
iunt) carnibus uesci, aut crimina in confessio-
ne celare, uel tempore eleuationis in terrâ spue-
re, uel sub Missæ actiōe uerba proferre inutilia,
uel aliquid simile designare: ita Mallei referūt fa-
bricatores. Hęc qualia & quāta sint delicta, qui-
libet pius, tenuiter modò sacrarum literarum
cognitione tinctus, intelligit. Etenim quū dies
Dominicus sit audiendo Dei uerbo, orationi-
bus & diuino cultui cum primis consecratus,
his nemo fructuosius uacarit, quàm q̄ mentē à
cibi nebulis serenā cōseruarit. Est (inquit Chri-
stus) aliquod dæmoniorum genus, quod non
nisi orationib; & ieiunijs eijcitur. Sobriqs hinc

Die domini-

60 uel iter 10-

iuuari.

Matth. 17.

hos esse iubet Petrus, & uigilâtes ad orandum, *1. Petr. 4. 5.*
 quia aduersarius noster diabolus tanquam leo
 rugiens obambulat, quærens quem deuoret. I-
 tem Paulus docet suos Corinthios: Ne fraude- *1. Corinth. 7.*
 tis uos inuicē, nisi si quid ex consensu pro tem-
 pore, ut uacetis ieiunio & precationi. Ita ieiu-
 nium & oratio ferè coniunguntur, & quidem
 ordine optimo: ut quod apud Tertullianum le-
 gitur, ieiunare die Dominico nefas existimari,
 non immeritò mirer.

Quòd uerò carnibus uesci, urgente neces-
 sitate (si modò absit offendiculum, contemptus
 & gula) liceat diebus à Pòntifice Romano ue-
 titis, alij defendunt ex his Christi uerbis: Audi-
 te & intelligite: non quod ingreditur in os, im-
 purat hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc
 impurū reddit hominē. item ex Paulo ad Col. 2.
 Ne quis uos iudicet in cibo aut potu, aut in par-
 te diei festi, aut nouilunij, aut sabbathorū, quæ
 sunt umbra rerum futurarum, corpus autē Chri-
 sti. Et pòst: Si mortui estis cum Christo ab ele-
 mentis mundi, quid quasi uiuentes in mundo,
 decretis tenemini? Ne tetigeris, ne gustaris, ne-
 que contrectaris: quæ omnia ipso pereunt abū-
 su, iuxta præcepta & doctrinas hominum: quæ
 uerbotenus quidem speciem habent sapientiæ
 per superstitionem ac humilitatem animi, & læ-
 sionem corporis, non per honorem aliquem ad
 expletionem carnis. Ad Timotheum hic quoq; *1. Timoth. 4.*
 scribit: Spiritus certò loquitur, quòd in poste-
 rioribus temporibus desciscant quidam à fide,
 attendentes spiritibus impostoribus, ac doctri-
 nis de-

nis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem: quòd quicquid creauit Deus, bonum sit, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei, ac procreationem. De his si commonefeceris fratres, bonus eris minister I E S V Christi, enutritus in sermonibus fidei, bonæque doctrinæ, quam usquè secutus es. Cæterum prophanas & aniles fabulas reijce. Hæc Paulus. Item: Omne quod in macello uenditur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini siquid est terra, & plenitudo eius.

1. Corinth. 10.

Psal. 23.

Celare crimina in confessione.

Adhæc, quòd ex pacto certà celare crimina in confessione cogantur: quis anabò singula distinctè enarrabit peccata, quum plerunquò omnes nostri cogitatus, uerba & actiones sint peccatorum labe conspurcata? aut quò nam diuinæ uoluntatis testimonio, exacta illa nostrorum scelerum enarratione opus esse conuincetur? Quo ordine ea recensuit publicanus ille in templo, aut latro in cruce?

Luce 18.

et 23.

In terrâ spueret tempore eleuationis. rba in uita submissa proferre.

Crucem calcare.

Tam quoq; graue est delictum, in terram tempore eleuationis spueret, quàm sputum in ore continere. & æqualem pœnam merentur uerba inutilia tam sine Missa, quàm sub eius actione placata. Huc adducatur, commissum in calcada secretò cruce flagitiū: itè, quòd die Dominico ante lu-

stralis

Aras aquæ consecratione templum ingredia-
tur: & mille alia anicularû deliramenta, eo huc
adducta à demone, ut sub religiôis prætextu su-
perstitione impietatêq; inueheret & stabiliret.

Hic præstigiôsi fœderis neruû palàm cernit
quilibet pius. Rectissimè ergo Augustinus ait:
Omnes artes huiusmodi uel nugatoriæ, uel no-
xiæ superstitionis, ex quadam pestifera societa-
te hominum & demonum, quasi pacta infidelis
& dolosæ amicitix, penitus sunt repudiandæ.

Superioribus nugamentis ex Psello accense
re libet de Euchetis & Gnosticis, qui nefanda
sacrificia perpetrare dicuntur, ut dæmonia to-
to concipiunt pectore. Conueniunt die quo
passus est Saluator, uesperè statutum in locum,
unà cum puellis sibi notis: & post quædam sa-
cra extinctis luminibus, mistim congregiuntur
siue cum sorore, siue cum filia, siue cum quali-
bet. Nono rursus mense reuertuntur, puellæ-
que accersunt, & infantes iam natos ab his euel-
lunt, perque totum corpus pueros circumci-
dunt, & circumfuso sanguine phialas implent,
corpora cremant, cinerem cum sanguine mi-
scunt. Hoc condimento epulas & pocula con-
diant, tum sua inter se, tum aliorum clam quo-
rumcunque possunt. Existimant enim hoc sa-
crificij & alimenti genere, tanquam maximè
profano, characterem diuinum nobis impres-
sum, ac dæmonia procul arcentem, penitus abo-
leri, itaque dæmonia liberius ingredi. Gnosti-
cis (ut Irenæus attestatur, uir & Christianus &
ruditus) præbuit incunabula Carpocrates:

His

*Anse Instra
lu aqua conse-
cratione tem-
plum in: redi
die Domini-
10.*

*Lib. 1 de doct.
Christ & le-
gitur 26. q. 2.
illud quod
est.*

*Euchetæ &
Gnostici.*

*Carpocrates
magiam sce-
lestam publi-
cè docuit.*

His enim præstigias Simonis magi, non ut illo clàm, sed publicè ac palàm tradebat: & uelut pro summis ac optimis studijs laudem confessam & publicam de nefarijs actibus, à deceptis auditoribus requirebát, & magicas tenebras in luce publica perorabat, de amatorijs duntaxat somnijs que immissis, ac dæmonijs parædrijs, alijs que similibus fraudibus.

*Qui homines dæmonum illusionibus artibusq;
magis sunt expositi. Cap. 22.*

*Apia fata-
na organa.*

Hic porrò id hominum genus potissimùm impetitur, quod tali est temperamento, uel à causis externis, ut à dæmonis spectro appetitum, uel illius suggestionè tentatùm, seu uti organum illius uoluntati non ineptum, ex fucata inductione facile præstet. Huiusmodi sunt melancholici, & ob iacturam uel qualemcunquè aliam causam tristes, teste Chrysostomo, cuius hæc uerba sunt: Omni diabolica actione potentior ad nocendum est mœroris magnitudo: quia dæmon quoscunque superat, per mœrorem superat. Sunt item Deo diffidentes, impij, illicitè curiosi, peruersè in religiõe Christiana instituti, inuidi, maliciosi, uetule uix mentis cõpotes, similesq; lubricè fidei (qui enim facilè credit, facilè & recedit) uel insignis maliciæ mulierculæ. His ut instrumētis congruis insidiatur quibuscunq; potest modis, suo tẽpore & loco: singulos, ut cuiusque animi studia & affectus ex certis indicijs cognouerit, peculiari aliquã ratione adoritur, insectatur, illicit, uel assumpta plausibili forma, uel cogitatiõne imaginationeq; uariè
agitata

*Lib. 3. de pro-
uidencia ad
Stagirium mo-
nachum.
Ob mœrorem
multos sube-
rat dæmon.*

*Clemens li. 2.
Recog.
August. li. 2.
de doctrina
Christ. ca. 24.*

agitata & corrupta, donec tandem ipsius proposito consentiant, se ipsius persuasioni dedāt, quicquid in mentem ille ingerat credant, tanquam fœdere obligati, ab illius nutu pendent, ipsi obtemperantes, uera omnia esse quæ suggerit rati, formas in imaginatiua uirtute uel phantastica ab eo ingestas reuera substantialiter (ut sic dicam) existere confidentes sanctissimè: nec aliter queunt, quum illorum mentem ex primo assensu imaginibus inanibus uitiarit, consopitis uel concitatis in hoc opus corporis humoribus & spiritibus, ut hac ratione ad organa accommodata species aliquas inducat, perinde ac si extrinsecus eæ occurrerent uerè, non solum dormientibus, uerum & uigilantibus: atque hoc modo aliqua extrinsecus uel existeret uel fieri putentur, quæ tamen reuera nec sunt, nec fiunt, nec sæpe in rerum natura existunt. Ea est horum immundorum spirituum subtilitas incomprehensibilis propè, & fraus infatigabilis, sensus hominum eludens. Sic & ueterum Aegyptiorum sensus obsedisse dæmonem, docet apud Clementem D. Petrus.

Li. 5. Recog.

De sexus feminei credulitate ac fragilitate.

Cap. 23.

PLurimum uerò huc sexum femineum, nimirum temperamenti ratione lubricum, credulum, maliciosum, impotentis animi, & ob eius affectus quibus difficulter imperat, melancholicum: cum primis autem effœtas, stupidas, mente quæ titubâtes uetulas inducit subdolos ille ueterator, Quo nomine Euam conuenientius

Sexus feminei credulitas.

p

uenientius

Genes. 3. uenientius suæ persuasioni organum, non *A-*
1. Timoth. 3. dam, in rerum primordijs, quum duo solùm exi-
 stenterent homines, aggressus est: quam leui etiam
 disputationis uelitatione uicit.

1. cap. 3. Hinc D. Petrus non iniuria mulieres uocat
 infirmius uasculum. Et Chrysostomus (si is est)
Homil. 23. in in 2. parte Homiliarum in Matthæum : Sexus,
princ. ait, mulierum incautus & mellis est: incautus,
 quia non omnia quæ uidet aut audit, cum sapi-
 entia & ratione considerat: mollis autem, quia
 facilè flectitur, uel de malo ad bonum, uel de
 bono ad malum. Idem in epistolam ad Co-
 rinth. 2. Homil. 23 dicit, mulierum proprium
 esse decipi. D. Hieronymus, aut (ut uidetur) al-
 ius, in regula monacharum ad Eustochium, ca-
 pite decimosexto: Debilis est nimitum sexus
 quem geritis, ac fragilis, & mobilis, si suo relin-
 quatur arbitrio. Scitissimè item: Mulierum ge-
 nus, inquit Eleazarus apud Aristeam, suorum
 affectuum sequax, atq; in lapsum procliue, pro-
 pter imprudentiam, & eius naturam imbecil-
 lem. Quintilianus auus, imbecillam rem esse
Declamat. ait fœminam. Mentis quoque imbecillitatem
338. illis tribuit Valerius Max. libr. nono Rer. mem.
 cap. 1. Caius item pro Luciilla, apud Stobæum
 serm. 17. *ἀδύγνωτον γὰρ ἔστιν, εἰς πίστιν, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ*
ἀτύχηον προσῆ. quibus significatur, mulierem ad
 credendum facilem esse, præsertim in calamita-
 tibus. Scribit autem Fulgentius, credulitatem
 deceptionum esse matrem. Mulieres facilè deci-
 pi, & desperare citius quàm uiros, tradit Ari-
 stot. in princ. lib. 9. de Histor. animalium, & Al-
 bertus

bertus in initio lib. 8. de Animal. cuius bonā partem ex nono Aristotelis mutuatus est.

Hinc non ineptè mulier (ut Varro interpretatur, & repetit ipse Lactantius, & D. Augustinus, si is est, sermone de tempore 243) à mollicie dicta esse uidetur, immutata & detracta littera, quasi mollier. Quod & scribit Gratianus in §. sed illud. 32. q. 7. Ab Homero item mulieres peculiari epitheto *θηλυτῆρας* uocantur, *Lib. 8. Iliad:* tanquam molles. Ad animum molliciem hanc trahit Gratianus: uti etiam facit Glos. in cap. 1. de claud. despon. Fragiles adhæc esse mulieres, imbecilles, infirmas, & proinde deceptu faciles, testimonio sunt leges, quæ ea ratione statuerunt multa, ut scribitur in l. si mulier. C. ad Velleianum. & in l. si pater. C. de sponsal. & in l. prima. §. penult. C. de rei uxor. act. & in l. ult. C. de donation. ante nuptias. & in l. sicut. ibi, sexus fragilitas. C. de præscript. 30 uel 40 annor. & in l. assiduis, post princ. C. qui potior. in pign. habeant. & in l. quisquis. §. ad filias. C. ad legem Iul. maiest. & in §. 1. ad fin. Instit. qui alien. licet. & in capitul. ex parte abbatissæ, extr. de priuileg. & in capitul. Adam. 33. q. 5. & 24. quæst. quinta. Item l. 2. §. uerba. in fin. in illis uerbis, Infirmitas mulierū. & l. regula. statim post prin. D. de iur. & fa.igno. & l. cuius bonis. D. de cu. fur. & l. deferre. in prin. D. de iure fisci. & l. 1. §. accusationem. ibi; propter sexus infirmitatem. D. ad S. C. Turpil. & l. 1. ibi, fœminæ infirmitatis. C. quan. mulier. tut. offi. fung. pot. & l. quisquis, nuper allegata:

& l. nullus. C. de iur. fil. lib. 10. & l. nullus solius. C. de decur. eod. lib. & § his consequens, uersic. unde uolumus. in Auth. de æqual. dot. & tex. in d. § uerba, ibi, propter sexus imbecillitatem. & in l. Imperialis. in princ. C. de nupt. & in §. 1. post medium, in Auth. ut immobi. ante nupt. dona. in illis uerbis, Mulier quippe mariti seductionibus facilè decepta, &c. & annotauit Lucas Penna in l. ult. col. 3. C. de priuil. schol. lib. 12. Hinc secundum ueterum Græcorum instituta, prouidè admodum ex lege tutores & curatores mulieribus dari solitos legimus, sine quorum arbitrio & authoritate nihil eis agere licebat, ut retulit Harpocraton. Martianus autem scribit, Mineruam natam esse sine matre, quoniam in fœminis prudentia non est. Illius leguntur uersus in hymno Palladis:

Hanc de patre ferunt sine matris fœdere natam,

Prouida consilia quòd nescit curia matrum.

Quare Plato satis inciuiliter dubitare uidetur, utro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an brutorum.

De melancholicorum deprauata imaginatione. Cap. 24.

Porro ne imaginatiuæ uirtutis instrumenta in his mulierculis hoc modo uitiari, & oculorum aciem perstringi, ut antè ostendi, usque adeò absurdum uideatur: animaduerte melancholicorum cogitatus, uoces, uisa & actiones: ac quàm omnes sensus ex humore melancholico cerebrum occupante, mentemque inimu-

Melancholicorum corrupta imaginatio.

inmutante, in his sepe deprauetur intelliges, ut alij se esse bruta animalia credant, ipsorumque nocēs & gestus imitetur. Nonnulli se uasa fictilia factos esse putant: ob id occurrētibus, ne collidantur, cedunt. alij mortem timent, quam sibi tamen consciscunt interdum. Plerique se criminis reos imaginantur, ut pauidi quemcunq; uiderint ad se ingredientem exhorrescant, ueritine manibus ipsis iniectis captiui abducantur, & ad tribunalia supplicio affiendi pertrahantur. Quidam senex nobilis, quandoque è sede exiliens subito, ab hostibus se impeti credebat: quos arreptos, retrò se in furnum confertim, sua quidem opinione, intrudebat. Alius metuebat; ne Atlas, uniuersum terrarum orbem sustinens suis humeris, defatigaretur, & onus excuteret lassus, cuius intolerabili ruina omnes opprimerentur. Qui se totius mundi monarcham & Imperatorem esse, ac ad se solum id spectare nomen crederet, noui melancholicum Italum: alio qui bene habitum, eloquentem, nec alio morbo læsum. Vidi, qui cibum & potum pertinaciter auersaretur, condemnationem imaginatus. Sunt quos tam miserè exercet plena scrupulis conscientia, qui nodos in leui scirpo queritantes, culpam imaginantur ubi nulla est: & diuinę misericordię diffidentes, se orco destinatos, lamentatione sedulo nocte diuq; deplorant. Noui, qui se fratrem multis inde miliaribus degentem uidere diceret: item qui suis aurib. semper obstrepere (inasculorum concubitor) quemcunq; obuium, etiam cõiunctissimũ quereretur:

atque hoc nomine ad me is scribebat disertè, num quid consilij à me adhiberi ualeret: quum in auditus organo uitium esse alij existimarent. Mens autem huic sacrifico erat læsa: quemadmodum & illi, qui pollicebatur se Gabrielem aut Michaelem coacturum, ut ad se uenirent, & illos de rebus magnis interrogatos responsum duros. Sed cum ille rogaretur à Cardinale Tournone, ut id efficeret: respondebat, Se non posse, nisi præparato prius corpore multis ieiunijs & orationib. nec nisi pro rebus arduis reipublicæ Christianæ. Edidit hic librum de Phylasummi pontificis, & eius partibus.

Scio quoq; , ubi sulphur & picé redolere aliquæ oclamaret melâcholiæ uitium patiens, & cibum oblatum piper resipere iudicaret: quæ quàm alienissima esse à rei ueritate, cognoscebantur. Partes ite pudibundas inflammatione putoreq; ita uitiatas assererat, ut gangrënâ suboriturâ pertimesceret, his interim locis ab omni uitio immunibus. Infinita alia huc coaceruari possent exempla, ubi sensus omnes multifariâ uitiatos cernas, ex unico illo humore, uel fuliginoso atræ bilis uapore, mētis sedē inficiēte, unde phantastica illa procreari mōstra cōstat. Imaginatricem quoq; interdū totā ex alijs humoribus corrumpi, exoluiq; , docet Galenus de Sympt. differentijs, quemadmodū in catalepsi: plerūq; aut uititari, ut in delirio: est cum deficit atq; debilitatur, quod in lethargo cōtingit. Quare idē non licebit diabolo, tāquā spiritui, ut Deo cōnuente, in sensu organa sese insinuet, & humores sibi com;

bi commodos uel uapores commoueat, uel aërem idoneū cōferat ad organa: in maximè delectu habito ex temperamēto, ætate, sexu, uel alia causa externa aut interna apta: unde nouę species in imaginatiua ui conceptę, plerunque etiam spiritui uisorio per neruum opticum communicentur, quò se uidisse uel designasse, mortis etiam periculo affirmare audeāt, quę nunquā uel uisa, uel in rerum natura extiterunt? Leuius rei argumenta in hypochymate oculorum uitio apparent. Meritò igitur Thomas frequenter allegat illud Augustini in libro 83. q. Serpiter hoc malum dęmonis per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat se coloribus, adhzret sonis, odoribus se subijcit, infundit se saporibus.

De phantasia, & quomodo uitiatur.

Cap. 25.

DE phantasia sic scribit Iamblichus: Phantasia omnibus animę uiribus est adnata, omnesque figurat atque effingit similitudines specierum, & apparitiones, uisaque seu impressiones uirium aliarum transmittit in alias: quę quidem à sensu micant, in opinionem excitat: quę uerò ab intellectu, secundo loco offert opinioni, sed in se ipsa ab omnibus imagines suscipit. Hęc utique omnes actiones animę fingit & exprimit, atq; externas accommodat intimis. Hic Marsilius Ficinus Platonius, in explicatione Prisciani philosophi Lydi, interpretantis librum Theophrasti de phantasia & intellectu, capite 2. ait: Imaginatio actiones rationis

Phantasia.

effingit sub rerum sensibilium conditione, ac potest ultra sensuum actus latius phantasmata promere. Superat sensum: quia enim nullo mouente, imagines edit, imaginatio est tanquam Proteus uel chamæleon. Idem libro 13. capite 1. de Theologia Platónica: Phantasmata, inquit, quatuor sequuntur effectus: appetitus, uoluptas, metus, dolor. Hi omnes, quando uehementissimi sunt, subito corpus proprium omnino, nunquam alienum afficiunt. Quid non fœtui adhuc matri unito, subita spirituum uibratione per neruos, quibus matrix cerebro coniuncta est, imprimit impregnate imaginatio: ut si imaginetur malum granatū, illius secū notas proficit fœtus: si leporem, infans editur labello supremo bifido ac dissecto. Vehemens siquidem cogitatio, dum rerum species uehementer mouet, atque identidem uersat, formam quam continua imaginatione reuoluit, fœtui imprimit. Spiritus enim interni atque humorum affluentia, rei firmiter cogitatæ inducit figuram. Quum amaram potionem alicui offerri contuerantur plerique, in ore mox amarorem sentiunt, quem haud dubiè uehementem mouere imaginationem credendum est. Quibusdam eiusmodi cogitatione alius cietur: nonnullis, quod mirabile est, ex alicuius rei aspectu, uel etiam auditu (quod mihi usuenit) stupefcere uel horrere uidentur dentes. Theodorus Byzantinus in ea est sententia, uiros fortes rarò uel nunquam spectra uidere: quòd ipsi ob innatam constantiam hæc minimè imaginentur. Nam solet timor, præ
 omni-

*Imaginatio
 ut uis*

*Imagines fortes
 uidentur timor
 & amor.
 Spectra non uident
 fortes.*

omnibus alijs affectibus, firmas in nobis gigne
re imagines: pòst amor. Scythæ, apud quos ho-
mines occidere sacrificium est, cùm fortes natu-
ra sint ac institutis, neque mortuos neque lemu-
res uident: sic nec latrones. eiusmodi autem si-
mulachra frequentius obuia sunt pueris, mulie-
ribus, uæcordibus, mollibus atque ægrotis, qui
propter imbecillitatem animi & corporis, alsidua
formidine uanisq; insomnijs quatiuntur.

Aristoteles libro de Motibus animalium secun-
dum communem commentationem, cap. 6. Al-
terant autem, ait, phantasiæ & sensus, meditatio-
nes. Phantasia uerò & intelligentia habent rerū
uirtutem: aliquo enim modo species intellecta
calidi & frigidi, aut delectabilis aut tristis, talis
existit, qualis quidem & rerum unaqueque. Pro-
pter quod tremunt & timent intelligentes so-
lum. Adde item, quòd absentibus sensibilibus,
phantasmata remanent, & imaginationes, teste
Aristot. 2. Anim. & inde ex motu locali formarū
sensibilium remanentium in uirtute phantasti-
ca, cum humoribus in quib. sunt ut in subiecto,
apparēt aliqua quæ nō sunt. Sic in libro de Som-
no & uigilia idem inquit: Descendente plurimo
sanguine ad principium sensitium, simul de-
scendunt formæ in imaginatione cōceptæ. Est
enim imaginatio thesaurus quidā formarū per
sensum acceptarū. Qua ratione possunt dæmo-
nes humores & spiritus mouere interiorū exte-
riorumq; sensuum, atq; ita ad organa species ali-
quas inducere, quasi extrinsecus dormientibus
nobis & uigilantibus uerè occurrerēt res ipsæ.

Tradit præterea Aristoteles de Somnio, imagines quæ apparent in somnijs ferri ad caput & sensuum organa, sicut nubium eleuantur imagines, & diuersæ animalium facies repræsentantur in uapore aqueo uel terreo, q̄ à terra p̄ solis calorem ad aeris medium effertur: sic & somniorum imagines figuras capiunt diuersas, halitus eleuatos consequentes, unde uapor cholericus calidus & siccus flammam mouere uidetur: qui autem surgit halitus phlegmaticus, ex dulcedine, quando ad gustus organum fluit, cognoscitur, somniaq̄; aquâ spectantia gignit: sed ex uapore melancholico nigro apparet quiddâ horribile, & quasi dæmonû imago: proinde huic uelut materię suis ludibrijs conuenientissimę, diabolus se non illibêter insinuat. Quod autem ex cholera aduulsa, quæ melancholia est accidentalis, ascendit, sentitur ut mordax, uulneras, acris, fellea amaritudine imbutû. sic etiã quod ex sanguine puro euaporat pulchrum apparet, & delectabile: cuiusmodi est rosarû aut florum aspectus, choreę, musica, & quæcunque uoluptaria cum uanitate coniuncta. Et ad hunc modum fit illusio, ut pro qualitate imaginum, per somnum ex humorum halitu firmitus inuectarum, res ita uisæ credantur esse ueræ.

Dæmões uerò nacti à Deo potestaté species eiusmodi fornâdi, & eas in animales spiritû imprimêdi, talib. formis ostendût p̄sonas modò letas, edêdo, bibêdo, saltâdo, canêdo, Venerê exercendo: modò tristes, q̄ nihil nō mali fabricêt uel patiâtur: modò humanas, modò bestiales, modò oppri;

opprimētes, modò uolātes, & aīæ sensus ijs infi-
gitur tanq̄ reb. ipsis. Hinc fit, q̄ homini aliquādo
uideatur, se esse asinū sacco coopertū, plerūq; a-
quilā uolantē, nōnunquā cū Diana & eius nym-
phis uel etiā alio muliercularū cœtu de loco ad
locū trāsferri, ducere choreas, longius peregrini-
nari, & quibuscūq; alijs interesse delirijs. Ideoq;
talīa ijs frequenter in somnijs & nocte contin-
gunt, interdū non item, nisi melancholicis qui-
busdam & infans: qui idem uigiles patiuntur,
quod alij in somnis. Somnorinas eiusmodi ima-
gines appellat Varro, teste Nonio.

*Somnorinas
imagines.*

Nec mirū uideri debet, dēmonē potentia sua
naturali id ualere, cū etiā homo in somnis & sa-
næ mētis p̄ suo arbitrio, quas uelit in suis orga-
nis proponere producereq; formas, atq; in ijs
imaginatione conuiescere, possit facillē: quē-
admodū ij omnes qui rerū expetitarū & absent-
tium desiderio languent, experiūtur. Potest autē
diabolus id facilius in consentaneis ipsius fūco
instrumentis, puta fœminis, aut animi morbo
fancijs: quos eiusmodi simulachris, quibus dele-
tari uidentur, illudit, effascinatq;. Et sicut in e-
brijs, phreneticis & melācholicis usus rationis
uitiatur, humorū & uaporū causa: nō minus dia-
bolus, qui spiritus est, eos concitare, suisq; illu-
sionib. accōmodare, & rationē corrūpere Deo
cōniunte potest, ut formæ rerū nō existentū,
tanquā res ipsę apprehendantur, cogitatus uin-
ciant, obuersentur defendāturq;. Hinc Thomas *p. p. 2. q. 703*
etiā docet, diabolū efficere posse, quòd imagina-
tioni formę aliq̄ p̄sēntentur imaginariē. *4r. 21*

Adhæc

Adhæc, intellectum humanum posse iuari ab angelica intelligentia bona, ut aliquid cognoscatur cuiusdam illuminationis ratione, testatur Dionysius. Quum enim intelligere censeatur quiddam pati, potest illa speciem quandam in intellectum imprimere, unde intelligendi actus elicitur. Diabolum aut id ipsum posse uirtute sua naturali, quæ non est imminuta, per suadendo, non illuminando, quemlibet fateri oportet: quo uerò quis illustratur magis, eo in ueri cognitiõe accrescit uberius, magis que pro uidè sibi ab imposturis præcauet, quas solas suis persuasionibus meditatur dæmonium.

Quomodo phantasiam hominum corrumpat,
& uaticinari uideatur diabolus, sententia Augustini.

Cap. 26.

*Lib. de Diuina
nat. demonũ,
cap. 3. & 5. uel
lib. de Spiritu
& anima,
cap. 28.*

VT autem supradictis pondus accedat, Augustinum latius hic differentem adducere placuit: qui dæmones eiusmodi multa posse docet, duabus rebus ueluti quadam prerogatiua, sensus nimirum acrimonia, & motus celeritate: sicque hominum sensibus uelingere, uel prænunciare, quæ ipsi dæmones facturi sunt, nec ita ab hominibus præ terreni sensus tarditate dignoscantur, discernanturue. Accipiunt enim, ait ille, potestatem, & morbos immittere, & ipsum aerem uitiano morbidum reddere, & peruersis atque amatoribus terrenorum comodorũ malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quòd sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent autem miris & inuisibi-

inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporum, corpora hominum non sentiendum penetrando, seque cogitationibus eorum per quædam imaginaria uita miscendo, siue uigilantium siue dormientium. Aliquando uerò non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscent, quæ signa in hominum sensus uenire non possunt, antè prædicunt, &c. Et post: Quid autem mirum, si quemadmodum medicus in corporis humani uel turbata uel modificata temperie, seu bonas seu malas præuidet ualetudines: sic dæmon, in aeris affectione atque ordinatione sibi notas, nobis ignotas præuidet tempestates? Aliquando & hominum dispositiones, non solùm uoce prolatas: uerùm etiam cogitatione cõceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænunciant, alijs uidelicet mira, qui ista disposita non nouerunt. Sicut enim apparet concitator animi motus in uultu, ut ab hominibus quoque aliquid forinsecus agnoscat, quod interim secus agitur: ita non debet esse incredibile, si etiam leuiore cogitationes dant aliqua signa per corpus, quæ obtuso sensu hominum cognosci non possunt, acuto autem dæmonum possunt. Adhæc libro 3. de Trinitate docet, facile esse spiritibus nequissimis, per aera corpora facere multa, quæ mirentur animæ terrenis corporib. aggrauatę, etiã melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nõnullis artib. & exercitationib. modificata, in spectaculis theatricis tâta miracula

miracula hominibus exhibent, ut hi qui nunquam uiderunt, talia narrata uix credant: quid magnum est diabolo & angelis eius, de corporeis elementis per aera corpora facere, quæ caro miretur: aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus, phantasinata imaginum machinari, quibus uigilantes dormientesue decipiat, uel furentes exagitet. Quare ad Simplicianum scribit: Fallacia satanæ, atque imaginum simuladatum callida operatio, decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat. Fallit autem studio fallendi, & inuida uoluntate, qua hominum errore lætatur. Sed ne apud cultores suos pondus authoritatis amittat, id agit, ut interpretibus suis signorumque suorū coniectoribus culpa tribuatur, quando uel deceptus fuerit, uel mentitus. Vitiatam quoque phantasiam pulchrè depingit libro de Cura pro mortuis agenda, his uerbis: Similia sunt somnijs nonnulla uisa uigilantium, qui turbatos habent sensus: sicut phrenetici, uel quocunque furentes modo. Nam & ipsi loquuntur secum quasi uerè præsentibus loquantur, & tam absentibus quàm præsentibus, quorum imagines cernunt siue uirorum siue mortuorum. Sed quemadmodum hi qui uiuunt, ab eis se uideri, & cum eis se loqui nesciunt (neque enim reuera ipsi adsunt, aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus homines talia uisa imaginari patiuntur) eodè modo & hi qui ex hac uita inigrarūt, sic affectis hominibus uidentur quasi præsentés, cū sint absentes: & utrū eos aliquis imaginariè

Lib. 2. question. 3.

Li. de Diuin. demonum cap. 6.

Cap. 12.

maginariè uideat, omnino nescientes. Huic rei simile est etiam illud, cū homines altius quàm si dormirent, subtrahuntur corporis sensibus, & occupantur talibus uisis. Et his enim apparent imagines uiuorum atque mortuorum: sed cum fuerint sensibus redditi, quoscunque mortuos uidisse se dixerint, uerè cum eis fuisse creduntur: nec attendunt qui hæc audiunt, similiter ab eis absentiu atque nescientium quorundam etiam imagines uisas esse uiuorum.

Huc facit, quod lib. de Spiritu & anima tradit Augustinus, & Decreta docent: Quædam fura prædicunt dæmones, & quædam miraciunt, quibus homines alliciunt & seducunt.

Cap. 28.
26. q. 5. episcopi ex cõcilio q. Lamiarū nostrarum confessionem phantasticam esse ex Augusti & Decretis constat.

Vnde quædam mulierculæ post satanam confessionæ, dæmonum illusionibus & phantasmatis seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana Paganorum dea, uel cum Herodiade, uel Minerua, uel innumera mulierum multitudine equitare, uel earum iusionibus obtemperare. Quapropter sacerdotes Dei prædicare debent populo, ut nouerit hæc falsa omnino: & non à diuino, sed maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Ipse namque satanas, qui transfiguratur in angelum lucis, quum mentem cuiusq; mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugarit, illicò transformatur in angelum lucis, in diuersarumque formarum species & similitudines: & mentem quam captiuam tenet, in somnis deludens, per deuia quæque deducit. Et quoniã solus hoc patitur spiritus infidelis, nec in animo, sed in

2. Corinth. 11. 14

ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſomnis & nocturnis uisionibus non extra ſeipſum deducitur, & multa uidet dormiēdo, quæ nunquã uigilando uiderat? Idcirco nimis ſtultus & hebes eſt, qui hæc omnia quæ in ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur: cùm

Ezechiel. 3.
1. Corinth. 12.

Ezechiel & alij prophetæ, Ioannes etiam euāge-
liſta & Paulus in ſpiritu, nō in corpore uisiones uiderint. Hinc Synefius de Somnijs rectè inquit: Anima fascinata. materiæ donis, perinde afficitur atq; illi, qui cum liberi ſint, ad certum tempus mercede conducuntur ad opus, nbi ancillæ cuiuſdam pulchritudine capti, moras trahere uolunt, ipſius amatæ domino ſeruire conſtituentes.

*De phantaſtica transformatione hominum in
beſtias. Cap. 27.*

Vide lib. 3. ca.
18. & li. 5. ca.
14. huius O-
peris.

Vincent. in
Spec. natur.
lib. 3. ca. 109.

Stabulum.

DĒ phantaſticæ porrò mutationis hominum in beſtias opinione, recentior eſt memoria noſtrorum ferè temporum, quàm ut inter obliterata poſſit neſciri. Refert enim Guilielmus Malmes, Berienſis monachus, in ſua hiſtoria, tempore Petri Damiani fuiſſe duas uetulas in uia publica qua Romam itur, quales Auguſtinus appellat ſtabularias, id eſt tranſeuntes ad hoſpitia pro mercede ſuſcipientes (nam ſtabulum propriè hoſpitium uenale & publicū dicitur) quæ in uno commorantes tugurio, una quoq; arte malefica imbutæ, hoſpitē quandoq; ſolum aduenientē, in equum uel ſuem uel aſinū mutabant, & certo precio mercatoribus diuendebant. Quodā die iuuenē hiſtrionicis geſticationi-

lationibus uictum exigentē, hospitio exceperunt, & in asinum uerterunt, multum eo lucrificantes, qui gestuum miraculo distineret transeuntes: nam ad anus mandatum nutumq; quocunq; modo mouebatur. Non enim illi intellectus perierat, sed loquela. Ingentem inde quaestum fecerant uetule. Quo cognito, uicinus carē asinum redimit. Cautio tamen hæc à mulierculis adhibita est, ut custodiretur ne in aquam descenderet. Seruatus diu ab aqua, & tandem incautiorem nactus custodiam, in lacū proximum se coniecit: & ibi se aliquandiu uolutans, propriæ restituitur formæ. Cumq; ab eodē obuius sciscitaretur eius custos, num asinum uidisset: ille se esse respondit. famulus ad herum retulit: herus ad Apostolicū Leonem, uirum eo seculo sanctissimum. Conuictæ anus idem fatentur: dubitantem Papam cōfirmavit Petrus Damianus, uir eruditissimus, prolato exemplo de Simone mago, qui suam Faustiano imaginē impresserat. At hæ & similes nugæ eandem sortiantur fidem, quā Apuleij & Luciani metamorphosis meretur. Ex Vincentio hic adde: Pudicam fœminam, in quam amore uesano exarserat Aegyptius quidam, à malefico in equam uersam, & à D. Machario Aegyptio heremita restitutam. Si qui uerò obuagari in Liuonia & locis finitimis uideantur lupi noxij, quos Lamias putant, Germanis *uerruolff* dictos: ij certè uel ueri sunt lupi, in eiusmodi tragœdiam exagitati à dæmone, qui interim horum uagis erroribus & actionibus, delirorum

*Mutati in
sinum iuuenis
figmentū.*

Lib. 18. Hist.

Verruolff.

λυκανθρώπων phantasiæ

242 De præstigijs demonum

organa inbuit, uitiatq; , ut ij se esse excursio-
num erronearum & actionum authores corru-
pta imaginatione arbitrentur, fateaturq; : quod
quidem diabolo non esse difficile, ex descripto

Lib. 3. ca. 18. Λυκαυθηρωπίας morbo cuilibet constat, dum humo-
res & spiritus in hæc ludibria idoneos commo-
uet, potissimum quibus atræ bilis nebulæ cere-
brum uitiare solent, cuiusmodi existit fatuum
monstruosumq; id genus hominū: uel certè dæ-
mones censendi sunt eiusmodi lupi, qui eam
assumpserunt formam, ut malè credulum hoc ho-
minum genus magis irretirent suis uafra-
mentis, in fontes grauent, & sanguinis innocentis
reum redderent magistratum. Interea ij qui se
in lupos credunt transformatos, alto immeriti
somnia, diaboli studio, alicubi iacere comperi-
untur, quorum somnia ijs confundit imagini-
bus, quas hominum oculis præstigiöse in pue-
ris uel insectandis uel uorandis, siue armento
lædendo, aut longè lateq; hinc inde uagando
obijcit ueterator ille: ut certè non leuiter mira-
ri oporteat, inueniri uiros cordatos, qui deluso-
rum horum hominum confessioni tanquam ue-
raci innixi, mortis sententiam contra eos pro-
nunciare non grauentur. Sed uno ab illis uer-
bo mihi responderi uelim, utrum uerè in lupos
transmutari homines credant, nec ne. Nec con-
dere, nec uerè transmutare creaturas diabolum
posse, satis superq; demonstratum est lib. 3. & 5.
ubi ex professo penitissimè excutitur hoc argu-
mentum. Iam ualeant hæc nugæ. Nullum hic lo-
cum habet, quod de fœminis in mares uersis ab-
struso

struso naturę miraculo, Plinius, Sabellicus, Pontanus, & pleriq; alij scriptores non obscuro, qui libro sequenti adducuntur, tradunt: quum hic solum de phantasticis dæmonum illusionibus agatur.

Sabell. lib. 9.
cap. 8. de osti-
tis.

*Quomodo & quare à dæmonio demententur Lamie,
ut credant fateanturq; se fecisse, quæ prorsus
non potuerunt. Cap. 28.*

CAeterum uetulæ illæ, de quibus hic instituta est oratio, non absurdè *insatiabilis* insatiabilis *insatiabilis* asimulari possent: qui uelut rapti extra sese, sensuq; omni & motu priuati, iacent exanimis similes, & post ceu ex profundissimo expergefatti somno, aut à morte ad uitam reuocati, redeunt ad sese, & miras fabulas, miraque commenta narrant. at in has cogitationes se ingerens dæmon, earum seriem texit, hancque uariat mira arte & scitè, repetitis præteritis, annexis præsentibus, & aspersis etiam quibusdam admonitionibus de futuris, ne in suspensionem anilium fabularum, aut temerè cogitatarum ineptiarum ueniant: inducta etiã per suasionem, ut coram spectasse quæ diabolus offudit, imaginentur. ita dementat eos, quos ad talia usurpat ministeria, ut sui prorsus non sint compotes: sed uelut *καταδουλοῦντες*, ea agitent mente, in eaq; intueantur, quæ dæmon obijcit: ex sese nihil faciant, nisi quantum aliquando permittitur, & id quidem ut plurimum est ridiculum.

At homines, Augustino teste, in aliarum rerum

*Dæmonis lu-
dibrijs qui
magis expo-
siti.*

cupidi, occulto quodam iudicio diuino tradun-
tur illudendi & decipiendi pro meritis uolun-
tatum suarum, illudentibus atq; decipientibus
eos præuaricatoribus angelis, quibus ista pars
mundi infima secundum pulcherrimum ordi-
nem rerum diuinæ prouidentię lege subiecta
est. Id ipsum docent decreta his uerbis: His por-
tentis per diabolorum fallaciam illuditur curio-
sitas humana, quando id impudenter appetunt
scire, quod nulla ratione competit eis inuestiga-
re. Hęc potestas immundis spiritibus ideo da-
tur, ut perniciosos sibi aptēt, hoc est prauos ho-
mines seducant: illos scilicet, qui spernunt ueri-
tatem, & credunt mendacio, iuxta Pauli senten-
tiam: Sanam doctrinam non ferent, sed ad sua
desideria coaceruabūt sibi magistros, prurien-
tes auribus: & à ueritate quidem auditum auer-
tent, ad fabulas autē conuertentur, onerati pec-
catis: ducentur uarijs desiderijs, semper discen-
tes, nunquam ad scientię ueritatem peruenien-
tes. Hos Paulus uocat filios cōtumaces, in qui-
bus agit spiritus ille cui potestas est aeris, elu-
dens subtilitate & dolo inimitabili hęc sua in-
strumenta, in ipsius inductiones propenden-
tia: nimirum has mentis acie læsas, effascinas,
maleq; feriatas mulierculas: quas ita demētat,
ut quicquid illarū phantasie suggerit, aut quod
cunq; etiam malum ab ipso, uel etiam homini-
bus, Dei abstrusa permissione perpetratum est,
aut quæcunq; ludibria præstigijs conspicienda
illis ostendit, eius malefuadi suggestionē à se de-
signata (licet phantasmate uel insomnijs solum
modo

*In 2. Parte,
caus. 26. quæ
sio. 5. episc.*

2. Timoth. 4.

*2. Timoth. 3.
Ephes. 2.*

modo nota) perperam credant bis miserę, quæ-
 stionibus subiectæ confiteantur, à propria con-
 fessione mortis sententiam audiant, dirisq; tan-
 dem flammis deuoueantur. Sic in ipsius uerba
 iuratis, animi & corporis oculorum aciem per-
 stringit cacodæmon, sic sibi addictos demere-
 tur, hoc deuotæ illi mentis autoramentū. Hinc
 pulchrè Augustinus: Maligni (inquit) spiritus,
 quos isti deos putant, etiam flagitia quæ nõ ad-
 miserint, de se dici uolunt: dum tamé humanas
 mentes his opinionibus uelut retibus inducât,
 & ad prædestinatum supplicium secū trahant.

*Lib. 2. de Ci-
 uit. Dei, c. 10.*

Delusionum eiusmodi modus, & quid in ijs
 dæmon ualeat, & quid item nequeat, non insci-
 tè describitur in eo libro cui Fortalitium fidei
 inscriptio est, ubi ita legitur: Decima differen-
 tia dæmonum est, eorum qui decipiunt quosdã
 uetulas, quæ Xurguminæ siue Bruxæ nuncu-
 pantur. Sciendum ergo, esse quosdam homines
 apostatas in fide, hæreticos & falsos, qui seip-
 sos uoluntariè offerunt diabolo: qui & eos recipit,
 traditq; artes inanes, quibus uidentur ducenta
 euagari miliaria, & quatuor aut quinq; horarū
 spacio redire: item destruere creaturas, sugen-
 tes eorum sanguinem, atq; alia perficere male-
 ficia pro suo nutu ex dæmonis uoluntate. At à
 satana miserè decipiuntur, illudunturq; nõ so-
 lum hæ, sed & qui eis fidem accommodant. Ve-
 ritas autem rei sic habet. Quando pessima hæc
 figmenta usurpare statuerint malæ mulieres, se
 uerbis & unctioibus consecrant dæmoni, qui
 eis ad opus suum utitur, & cuiuslibet earum

*Li. 5. de Bel-
 lo dæmonum.*

*Phantasiam
Lamiarum
quomodo re-
git dæmon.*

*Explicatio,
primi cano-
nis ex Conci-
lio Aquir.
2. part. caus.*

26. q. 5.

Volum. 10.

*Tract. de La-
mij. m. 49.*

4. Corinth. 11.

*Lamias in
spiritu equi-
tate.*

phantasiam regit, ducitq; per loca ab ipsis desti-
derata: corpora uerò earum sine sensu perman-
ent, quæ umbra cooperit diabolus, ut nulli sint
conspicua. Et cum in earum phantasijs impleta
esse, quæ uoluerunt, obseruarit, umbra sublata,
proprijs motibus illas permittit. A loco autem
non fuerunt amotæ, sed phantasiæ idolum exti-
tit, quale cacodæmon efformauit. Ad illum e-
nim errorem tollendum, quòd corpore transfe-
runtur, emanauit illud c. episcopi, quod ex di-
stinctione ac recitatione eius ita probat Ioan.
Francisc. Ponziuibius I. V. doct̃or: quia post-
quam fecit mentionem, quòd illæ mulieres te-
starentur se inequitare bestijs noctu, multa que
terrarũ spacia peragrare: dicatq; plurimos hac
opinionem deceptos, existimantes aliquid numi-
nis ac diuinitatis esse extra unum Deum: man-
dat, ut patet in uers. quapropter ea omnia re-
putari falsa, & non à diuino spiritu, sed à mali-
gno talia phantasmata mentibus hominum ir-
rogari. Et reddens rationem in uers. siquidem:
quia ipse Satan transfiguratur se in angelum lu-
cis. cum mentem cuiusque mulieris cæperit, &
eam per infidelitatem sibi subiugauerit, ilico se
transformat in diuersarum species persona-
rum, atque similitudines: & mentem quam ca-
ptiuam tenet, in somnijs deludens, modò læta,
modò tristia, modò cognita, modò incogni-
tas personas ostendens, per quæque deuia de-
ducit. Subiungit postea, quòd hoc solus spi-
ritus patitur: & quòd infidelis hoc non in ani-
mo, sed in corpore euenire opinatur. Et addu-
cit

cit exemplum de Ezechiele propheta, qui uisiones Domini in spiritu, non in corpore uidit: & quòd Paulus non audet dicere, se raptum in corpore. Ergo constat, quod uenit ad determinandum, non solum talia fieri à spiritu maligno, non diuino: sed etiam ea & illis similia fieri in spiritu, non in corpore. Et propterea sequitur, quòd etiam in casu nostro, licet uideantur hæ personæ dicere, se portari à dæmonibus sub hircorum forma, & similiter dicant se credere dominam in cathedra sedentem, esse dæmonem transfiguratum: quòd tamen debet dici, hæc & alia quæ se facere confitentur, phantasticè & in spiritu sibi obuenire. Hæc Ponziuibij conclusio: qualis etiam est Grillandi, eam exemplo probantis, quòd in agro Sabino accidisse commemorabimus infra.

*Eccles. 49.**2. Corinth. 12.**Tract. de ser-
uileg. 9. 7.
num. 6.*

*An & quomodo & quando corpora per ac-
rem de ferre diabolus possit.*

Cap. 29.

NEc mirum est hoc dæmonis studium, quo miseras animas ludificari, deridere ac torquere conatur, uolens imitari atque æmulari, uelut simia, quæcunque Dei opera, per angelos bonos expleta: quemadmodum Abacuc prophetam coma capitis ex Iudæa in Babylonem reuerà breui momento translātū legimus, & postquam suis Danielem placentis refecisset, in eundem locum restitutum. Nec uerò phantasticè tantum in hominum mentibus eum hæc efficere, sicut dictum ac probatum est:

*Diabolus si-
mia Dei.**Daniel. 14.**An spiritus
possint corpo-
ra transferre*

sed etiam uerè corpora furripere, ac per aëra ferre, tum ipsius & angelorum naturalis facultas ac *δύναμις*, tum usus & experientia testatur. Ac

Matth. 4. cū Dominū nostrum IESVM CHRISTVM in pinna templi constituit. Neque dubium est quin omnia tentationis illius opera corporaliter ac sensibus corporeis sint peracta, cum dia-

Thomas in 4. cap. Matth. uers. diabolus autem.

Diabolus Christū corporaliter transf-

uexit. Thomas d. gl. Albert. Magn. ibid. Bonauent. 2. sentent. li. 2. dist.

7:

Dæmones, homines per aere uehere posse. Tract. 99. 1. part. q. 5. tit. de mirac. & tit. de dæmon. q. 16. artic. 10. in fin.

Heb. 2. Rom. 9. 11.

bolus ei tū in humana specie appareret. Est ea Theologorum unanimis sententia. Verū in hoc discrepāt, an Christus à dæmone fuerit delatus, & raptus: an uerò deductus saltem, ut ipse pedibus eò conscenderit. Sed quoniam diabolicis hoc persuasionibus fieri oportuit, ut Christus eum sequeretur: secūda opinione reiecta, primam cum maiore Doctorum parte amplectemur. Dicit enim Euangelista, Statuit: nō, ad duxit. quemadmodum paulo antè, quòd adduxisset eum in sanctam ciuitatem. Constat igitur, quo ad Christum, eum corpore fuisse trans-

latum à Satana. Rectè autem argumentatur Thomas, quòd data possibilitate in uno, per consequens datur in omnibus alijs qui sunt eiusdem ponderis & magnitudinis. Christus ergo cum per omnia nobis fuerit cōformis, excepto peccato: hominibus idem euenire posse dæmonis insultu, quid obstat? Proinde dæmones nihil agere, nihil efficere, nisi quod *κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν*, ac naturæ suæ proprietatē sit, posse, iā antè libro primo demonstratum fuit. Quicquid igitur agunt, non nisi uolente quidem ac permittente Deo faciunt, sed sua tamen quadam

naturæ

naturæ facultate: ut semper in habitu & potentia maiora possint, quam ipso actu, quem nos plerunque spectamus: nec ex eo reliquas eorū artes naturales expendimus, quas præstare nō aliam ob causam nequeunt, quam quod nō permittatur. Etenim angelicæ naturæ ac spiritibus nō est contrariū, ut corpora quò Deus permittit deferant. Satan autē spiritus adhuc est: nec ex lapsu spiritualem eius essentiam interiisse, iam in principio ostendimus. Atqui angelus per aerem detulit Abacuc: angelus Philippum ex itinere rapuit, ut inuentus sit in Azoto: cur idē ergo dæmonem præstare non posse dicemus, si Deus permittat? ut omnes sentiunt Doctores & Canonistæ. Quæritur tamen haud temerè, corpore ne assumpto, an sine corpore, per se, corpus è loco naturali sursum (quod est contra motum corporei naturam) euehere possint. Et Thomas quidem eos corpora putat assumere, ut naturaliter ac uerè, sicut nostrū aliquis, hominē transportent: idq; duplici ratione motuum ostendere nititur. Ego uerò respondeo, primū hoc dæmones eodē facere modo quo angelos: & cū diuo Augustino. An uerò, si hoc angeli faciunt, ut quælibet animalia terrestria rapiant unde libet, constituentq; ubi libet: aut eos sine labore non posse, aut onera sentire, credendū est? Quomodo omnia primogenita Aegypti, tantamq; hominū multitudinem unica nocte potuit angelus occidere, ut non prælassitudine destiterit? Secundò respondeo ac quæro, quī corpus illud assumptum, quod hominē

*Aug. lib. 3.
de Trin.*

Act. 3.

*Quomodo da
mon. corpora
transportet.*

*Tit. de da-
mon q. 16. art.
10. prima par-
te Tract. 99.*

*Lib. de ciuit.
13. cap. 18.*

*Sine corpore
an demon cor-
pora ferat.*

baiulat ac portat, sine alio item corpore per aerem feratur? Naturale enim sit oportet. At sic in infinitum quæreremus. Quare non est quòd dicatur, aut angelis aut dæmonibus corpora assumenda ad delationem alicuius circumscripti. Tertiò, quotidiana experientia testatur, eos corporibus ad hanc rem nec egere, nec uti: quod ego uidi, & impediui Dei auxilio, sicut Libro primo narraui. Sunt alia multa exempla, quibus & homines à dæmonibus è loco in locum, per iusta tamen spacia, deferuntur, & id ne assumpta quidem humana forma. Neq; hinc ab furdi quid consequitur, dæmonem scilicet hac ratione multa contra magistratum ac principes, adeoq; rerum omnium ordinem effecturum: ueluti captiuos è carceribus eripere, liberationes ac arcana principum per homines ipsos manifestare, & eos qui in aliorum sunt potestate ac ditione, quocunque iure, suis restituere: quemadmodum dicitur, quo tempore Francisci primi regis Gallie filij detinebãtur ob fides in Hispania, magum in Galliam euocatũ è Germania fuisse, qui tanta credebatur præditus potestate, ut posset regios pueros per aera reducere, thesaurosq; inueltigare & transferre.

*Non semper
diabolũ cor-
pora per aerẽ
ferre posse.*

*Decameron.
Falsum, arte
magica homi-
nes deferri
per aerem.*

Boccatius etiam refert fabellam de nobili Lombardo, qui in uniuersali expeditione Hierosolymitana, se meritum ingens existimãs obtenturum, militiæ nomẽ dederat, ad occupandam terram Sanctam: discedensq; coniugi suæ partem annuli signatorij reliquerat, cum hoc pacto, ut si intra triennium ab ea die nõ rediret,

uxori

uxori liberum foret, arra hac & symbolo neglecto, alteri marito nubere. At ille cum in Iudæa militaret, captus, ac in Aegyptū abductus, Sultano, (quem iam olim in Europa peregrinātem, attamen ignotum, hospitio receperat pater eius) propter parentis hospitalitatem, uiriq; prudentiam ac dignitatē, mox adeò placuit, ut probatis diutina familiaritate eius moribus, tandem eum post se secundū omnib. rebus suis preceperit. Interea cedente die, ac uertente triēnio, postremū in extremā incidit tristitiā. Cuius ubi causam Sultanus expiscatus fuerat, magū aduocauit, qui illū in lectulo precioso consopitū, & magna auri gemmarūq; ui onustum, postrema triū annorū nocte Papiam in summū templum deferendū curauit. Vbi ædituus eum mane conspiciens, refugit: ac interea dū alijs de spectronararet Aegypto, obuiā eum habuit ad eades uxoris properantē. Quòd nisi tū redisset, ea domū ab alio spōso uesperī ducta fuisset. At illud de Galliæ Delphinibus non successisse, quęstores ærarij tā Caroli V. quā Frācisce primi norunt, & Heleonore nuptiæ satis indicāt. Hoc aut Boccatij figmentū est: ut & illud, quod ita referā, ut tradūt Galli, de S. Nicolao de Varēguille, quod

*Libello, de
præcipuis.
Galliæ ciuita-
tibus & san-
ctuarijs.
Ingēs robura*

duobus leucis distat à Nanceo: simile illi quod in Legēda S. Antonij de Hermogene legitur. In ergastulo detētus Lotharingus quidā Constantinopoli, tam robustus erat, ut Turcæ ueritine catenas ac uincula disrūperet, torquē eius collo ferreū applicarēt, v. digitorū crassitudine latum, ac trium crassum, ferreis catenis innexum.

Huiq;

Huic cum in memoriam rediret sanctus patriæ suæ Nicolaus, eum comprecatus ut intercedat pro se apud Deum, ita consopitur. Postero mane cum pagi ædituus templum referaret, captiuum hunc in uinculis dormientē ad fores offendit: ille uerò è somno excitatus, in fano S. Nicolai, quem inuocârat pridie, se esse agnouit. Re peruulgata, populus accurrit: & post aliquot Alleluia decantata à sacrificis, quatuor accersiri iubet fabros ferrarios, qui uinculis eum exonerent. Quæ cum nulla uiderentur humana ui posse dissolui, ecce in conspectu omnium torques disilijt, & ueluti Cerbero,

Tum stridor ferri, tractatq; catena.

*Quando corpora deferat
dæmon, & an
lamiarum.*

*Libro 3.
infra.*

*Quid sine corpore
assumpto, corpus
per aerē ferre
possit dæmon.*

Sed hæc & eiusmodi conficta sunt: & ut accidât, minimè uerendū est. Neq; enim iustissimus optimusq; Deus omnia permittit, omnia concedit Satanæ, quæ uel is uellet, uel suæ naturæ subtilitate posset: sed ea demùm, quæ decreuit ipse non ad superstitionem stabiliendâ, sed tum saltem, cū aut nos ad frugem reuocare uult, aut impios punire. Videbimus hoc in caupone, qui propter furtum ac periurium euestigiò sublatus à dæmone, nūquam postea uisus fuit. Quare nec in lamias nostras, quibus ætas decrepita, fantasia corrupta, & mens læsa, pœnæ satis sunt, dæmonibus hæc uiolenta ludibria exercere Deus patitur: non enim dæmoni colludit. Cæterū quomodo sine corporibus spiritus hi corpora per aerem gestent, etsi nos tam exactè nequeamus intelligere, quàm possumus nostri motus tarditatem ac rationem: tamē haud admodum

modum mirabimur, si consideremus quàm facile anima nostra carcerem suam & corpus hoc moueat, ut currat, saltet, ascēdat. Spiritus enim & liberior & leuior est substantia, ducens originem suã ex ipso lumine, quod aut supra omnia est elementa, aut ex summo certè elementorū.

Li. 1. cap. 1.

suprà.

Tum uerò, si quæ uentorum sæpe ui contingunt recolamus: ueluti, uaccas ex Iberia cis Pyrenæos delatas. Ecnephas enim & Typho non nisi repentini sunt flatus, quorum hic effert, ille defert, & illi ipso repercussus correpta secum in cælum refert, sorbetq; in excelsum. Ideo lapidibus pluit sæpè, quòd uento sint rapti, & coctis lateribus. Romæ in Auentino, in templo S. Sabinæ, quod olim fuit Dianæ fanum, saxum nigrum rotundum pendet ab uno aræ latere, quo monachi dicunt diabolum petijisse S. Dominicum, Deo supplicansem: læsisse tamen, ad eò trenebāt ei manus & brachia. Atq; hic etiã mihi uidetur esse modus, quo illum res quasq; corporeas fursum deorsum agere posse existimo, non tamen sine Dei arbitrio ac nutu.

Plinius lib. 2.

ca. 38. 54.

Corpus non nisi per iusta spacia ferri, nec eodem tempore diuersis in locis existere potest. Cap. 30.

AT qui mutare essentiam creaturæ, aut efficere ut unum corpus per aliud sine unius uel amborum iniuria transeat, aut maius corpus penetret per spacium impropportionatum, ut ita dicam, loco, uidelicet quòd per foramina domorum exigua ingrediantur tales fœminæ:
hæc

Locale loco suo conuensre debet.

- Matth. 19.* hæc per dæmones nō magis fieri possunt, quàm
Marc. 10. ut camelus transeat per foramen acus. Habetur
Luc. 18. hoc à CHRISTO ipso pro ἀδυνατία. Corpus
Corporum penetratio. enim, & quicquid loco circumscribitur, hoc est,
 ut ita loquar, omne τοπικόν ac locatum, debet
 esse suo loco proportionatum. Alioquin cor-
Aristotel. 8. porum penetratio admittenda esset: quod
Physic. contra naturam & omne physicum princi-
 pium est. Nam quòd ipse CHRISTVS clau-
 sis ianuis ad discipulos intrauit, id nihil aliud so-
 nat, quàm quod indicant præcedentia: Cū clau-
Joan. 20. sæ essent ianux præ metu discipulorum, Chri-
 stus uenit ad eos. Non autem, quòd non resera-
 tæ uel apertæ fuerint. Cur enim non cederent
 præsentix corporis Christi, & eius aperirentur
 clauderenturq; uirtute? Ita ueteres omnes sen-
 sere. Nam ingressus, corporis sui ueritatē osten-
Luc. 24. dit & Thomæ, cui manus suas & latus: & reli-
 quis, quibus pedes porrigens ait: Palpate & ui-
 dete, quia spiritus carnem & ossa non habet. Ni-
 hil igitur istorum quæ diximus, efficere poterit
Corpus unum dæmon: multo minus, ut unum corpus uno
duobus in lo- momento diuersis in locis existat. Cum enim
cis non est. omnia in mensura, numero & pondere dispo-
Sapient. 11. fuerit Deus, singula suum habent & pondus, &
 mensuram, & numerum. Quod ἀτοπον, ἀμετρον &
Vnus Deus ἀσχυμάρτητον, sine tempore & loco mouetur, infini-
ubiq; Quæst. tum est: id uerò non nisi unum est. Reliqua er-
ad Orat. 9. go, ueluti spiritus & corpus, & tempore mouen-
41. Aug. tur, & loco. Spiritus etiam corporeæ substantiæ
August. de sunt, qui à loco circūscribuntur: sicut & anima
Spir. & ani- nostra in loco est, quia hic alicubi præsens est:
ma, cap. 18. & loca.

& localis, quia quòd alicubi præsens est totum, alibi nõ est. Dicunt Iureconfulti: Qui ubiq; est, nullo in loco esse censetur. At non inest animæ linea, superficies & punctum, sicut corpori: finita tamen est. Vbiq; uerò infinitum est. Finiti autem ad infinitũ nulla est proportio. Quod si anima tam est circumscripta, ut cum alicubi est tota, nõ possit esse alibi: quanto magis terrena corpora? Diuus Augustinus etiam de Christo post resurrectionem ita sensit, ut dicat: Quomodo discipulorum, cum esset in terra, contrectatus est manibus: sic eorum, ascendens in cœlum, deductus aspectibus: & ita uenturus est, hoc est in eadem carnis forma & substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturã non abstulit. Secundũ hanc formã nõ est putandus ubiq; diffusus. Corpus enim non est, nisi quod per loci spaciũ aliqua longitudine latitudine altitudine ita sistitur, uel mouetur, ut maiore sui parte maiorẽ locũ occupet, & breuiore breuiorẽ, minusq; sit in parte quàm in toto. His proculdubio de causis beatus Germanus existimauit fieri nõ posse, ut mulieres nocte simul in caupona essent, & maritilaterib. accubarẽt. Legitur enim in eius Legenda, quòd cũ nocte quadã in diuersorio mēsa iterũ à cœna sterneretur, admirans inq; sicut ab hostibus, cui cœna pararetur? eiq; respõsum sit, bonis illis uiris ac fœminis quæ nocte uagãtur. Itaq; sanctus uigilare statuit. & ecce multitudinem ad mensam uiroꝝ ac mulierũ uenientem: quibus ille mandãs ne abirent, tota familia excitata quæsiuit, nũ quẽ ex ijs cognoscerent? His

omnes

*L. filiusfam.
§. secundum.
de leg. 1. Arò
§. tot. 8. Pysic.*

*Epist. 146. ad
Coniuentium.*

*ad Dardam.
epist. 17. lib. 1.
ca. 2. de orig.
animæ. ad
Hieron.*

Quid corpus?

*In uita S.
Germani.*

*Lamias nõ es
se domi simul,
& alibi.*

omnes uicinos ac uicinas esse dicentibus, singulorum ædibus perscrutatis, omnes in suis lectulis decumbentes inuenit. Itaque statim omnes adiurauit: qui se dæmones esse cõfessi sunt. Sic & Simon magus eadem hora in conclauis cum Nerone, & foris cum populo loqui credebatur. Huc etiam pertinet, quod supra cap. 7. huius secundi Libri, de præstigiatore magico, Magdeburgi cum equulo in aera conscendere uiso, recensuimus.

*In S. Petri le
genda.*

Lamias non inuehere eos morbos, quorum se fatentur effectrices esse: nec locum mereri in historijs, sed inter fabulas, quæ hac de re leguntur, exemplis ostenditur. Cap. 31.

Lib. 11. Hist.

Scotor.

lib. 15. ca. 80.

de uariet. rerum.

Historia mi-

ra de Duffo

rege maleficio

lato, si uera esset.

ADmirabilem huius argumenti historiam ex Hectore Boethio historiographo proponam, ab Hieronymo Cardano tamen refutatam: ut hinc de reliquis eiusmodi enarrationibus eodem censeatur modo. ea ita habet. Duffus rex incidit in morbum, non tam grauem, quam cunctis uel eruditis medicis (Scotorum tunc uiuendi modi, corporeque constitutionis, quos nondum peregrini inuaserant morbi, habita ratione) cognitu difficilem. Siquidem sine ullo signo bilis, pituitæ, alteriusue peccantis humoris redundantia, uel ab humano temperamento lapsus, Duffum sensim afflixit. Nocturne enim sub perpetua uigilia decumbens, in sudorem immentum soluebatur: interdum uix dolore, quo nocte laborauerat, leuatus, quieti se dabat. Corpus lenta conficiebatur tabe, effecto simillimum.

millimum. Hærebat cutis rigida, uenas, neruos, & qua forma ac situ constituta essent ossa humana, spectantibus ostendēs. Suauis ac uniformis spirituum à corde motus: quod tactu cordialis uenæ, arteriæ deprehendere uitale humidum nihil temperie excessisse, demonstrauit. Viuidus illi color, aurium oculorumque uigor integer aderat, & temperatus: frequentior cibi potusque appetitus. Hæc sanitatis signa in languente, multoque dolore afflicto, cum medici admirarentur, & quæ suarum erant partium egissent, nihilque inuenissent quo superfluous noxiusque sudor coerceretur, aut quod somnum prouocaret, sed rex in horas magis magisque sudore & continua uigilia angeretur: uersi ad patientis consolationem (nam eorum sententiâ, huic soli locus supererat) precati sunt ut bene de salute speraret, nec sibi deesset: fore ut externorum medicaminum medicorumque, quos ipsi ocys accirent, ope, quod peregrinus & parum eis cognitus esset morbus, aduentate uere, soleque (uitæ in animantibus assertore) ad nos redeunte, sanitatem consequeretur. Obortus est sub id tempus incerto auctore rumor popularibus susurris, regem ueneficarum mulierum arte dæmoniaca, & non naturali morbo tabescentem, per tam longa tempora corpore & uiribus confici: eisdemque apud Forres Morauie oppidum, magicam & sortilegam artem in regis perniciem exercere. Horum fama ilico ut ad regis aures peruenit, ne auctus rumor, reppalata, fascinatrices ut supplicium euaderet,

Rumoris huius autor esse potuit satan. Quorsum hæc aliquis nouisset; nisi demò locum designasset, ubi demeritat as anas ad supplicium eius modi opus per mouere se posset, se seruat

in fugam ageret: mittuntur in Morauiam, qui an uera essent quæ ferebantur, perquirerent. Missi nuncij, itineris causam dissimulabant, & ueluti ineundæ pacis gratia inter Duffum regem & coniuratos Morauos, Forres adire: noctuque in arcem admissi (steterat ea adhuc in regis fi-

Sparsa demonis opera eo ru more, de Duffi ualitudine apud Forres uitiata à Lamijis, mulierculas demētatas dein in eiusmodi ludibriorum apparatus excitare potuit, ut Duffum & subditos in incredulitate confirmaret, eadem feminarū procuraret, nouasq; in Morauos faces mendacijs incendere: si uera sit hystoria, quod minimè credo.

de) ob quam uenerant causam, Doneualdo arcis præfecto, ut imperatum eis erat, exponunt, eiusque fidem & auxilium ad negocium conficiendū implorant. Milites qui in arcis erant præsidio, tenuit nonnihil huiusmodi rei suspicio. Nam ex prostituta quadam (erat huic mater fortilega & incantatrix) dum blandiusculè eam tractaret amator, de regis ualitudinis tempore, modo, perpetuitate, quibus sorti-

bus, quibus magicis carminibus uterentur Lamia, posteaquam nonnihil audiuerat, sodalibus indicauit, & illi Doneualdo, Doneualdus autem regis legatis: meretricemq; tempestiuam tanti facinoris nunciam (erat ea tum fortè in arce) Doneualdus ad se accitam, quæstionibus quo ordine cuncta gerebantur, & in quibus editibus, ubi fateri cœgerat, mittit intempesta nocte milites ad rem omnem explorandam. Hi in fortilegarum ædes foribus ui reclusis irrumpen-

Quomodo simulachrum cereum liquefactū potuit ad regis imaginem confectum esse cognoscere. Vnde in se iunctissimo in teruallo, uisitationis, liquoris infusi, si-

tes, sagarum unam cereum simulachrum ad regis Duffi imaginem demoniaca arte (ut credere par erat) confectum, ligneo affixum ueru ante ignem torrentem: alteram, carminibus recitatis

tatis liquorem quandam fundentem sensim supra statuam inuenerunt. Preensæ itaque ocius sagæ, coniectæque in uincula, & tractæ simul cum simulachro in arcem, rogatæque ad quid sub noctem carmina recitantes, effigiem regis igni exponerent? responderunt, dum simulachrum igni adhibitum torreretur, Duffum regem in sudorem solui: carminibus uero recitatis, perpetua teneri uigilia, & ad liquenscentem ceram macie confici: consumptam autem ceram, regis mortem continuo subsequuturam. ita se malos dæmones docuisse: ad facinusque exequendum, mercede à Morauorum primoribus conductas fuisse. Perciti ira astantes ad anus uerba, confracto simulachro, ut sagas scelus graui luentes supplicio, flamma consumeret, extemplò curarunt. Ferant, sub tempus quo hæc in Forresensi arce sunt acta, regem languore leuatum, & nocte absque sudore quieuisse: postridieque redeuntibus uiribus, quæ erant humanæ facultatis, promptè egisse, perinde ac si nulla aduersa ualetudine antea fuisset detentus. uerùm tutus res se habuit, Duffus recrescentibus uiribus sanitati breui restitutus est.

mulachri & carminum recitatorum, in Duffum recitari potuit? Quomodo item rex in sudorem solui potuit, & macie confici liquefcente cera, quum cera igni admota facile & breui tempore defluat, rex autem longo tempore morbo hoc contabuisse narratur? Quomodo etiam ex consumpta cera mors subsequi? Ob præfractiones in figmentum hac annoto. Delusus itidem fuit magister Ioannes Legeret præsidens Sabaudus, qui se magicas componere imagines potuisse confessus est, quibus Philippum Sabaudia ducem lederet.

Huc spectabat illa sathana uox, ut nouas faces inter regem & Morauos incenderet, præterquam quòd illa mente delusa, morti ob falsam persuasionem obijcerentur: si uerum est quòd scribitur.

† Hic historiographus hæsitare uidetur, an jagarum opera, uel quomodo eundem factum sit, ut Duffus conuuluerit.

Post huius historiæ, atque eius argumenti aliarum

*De uariet. re-
rum lib. 15.
cap. 80.
Superioris hi-
storiae de Duf-
fo refutatio.*

liarum enarrationē, in hunc scribit modū Car-
danus: Doceamus, an inter tot miraculorum
commenta quicquam ueri subsit. nam maximè
eorum partē fabulosam esse, atque confictam
uel ipsi qui hæc constantissimè astruunt, nega-
re non audent. Quæ igitur Boethius refert, con-
dendę historię haud iucundæ non ignauis au-
thor, alliciēdi lectores causa cōscripsit: ut quos
Scythica facta moresque, tum regionis descri-
ptio non delectarent, fabulę saltem tædium mi-
nuerent. Neque id uitiosum historico: sed ubi
historia per se sterilis est, licet eam iocis ac fa-
bulis exornare. Quamobrem & iure ab his T. Li-
uius abstinuit: & Herodotus iustè damnatur, &
Saxo Grammaticus laudatur. Tum uerò maxi-
mè accedit, quòd hæc Boethius scripta inuenit,
& factum ipsum extra historiam est. In ipsa autē
historia enarranda, utpote moribus gentis, bel-
lis, prælijs, numero cæsorū, aut nominibus eo-
rum qui prælijs interfuerunt, quiue strenuè se
gesserunt, familiarum initijs, causis bellorum,
temporum rationē, gestis ac serie principum,
quibus tanquam membris historia constat, fuit
diligentissimus. Quinetiam in his quę ad histo-
riam pertinent, nihil tam exiguū fuit (talia autē
sunt, regionis & urbium situs, magnitudo, op-
pida, insulæ, nemora, montes, plantarum noua
genera, animalia quadrupeda, aues, serpentes,
pisces, soli sæcunditas, uentorum uicissitudi-
nes, cœli clementia, stagna, paludes, distantia,
cæteraque omnia quæ rara sunt, intelligendæ
historiæ accommodata) quod neglexerit, omi-
serit.

ferit' ue, aut secus quàm esset enarrauerit. In talibus uerò existimauit ornadam historiam, seu quòd uera esse crederet, alioquin sacris philosophiæ haud initiatus. Quæ autem Berna & Pinnetus (quorum pòst, ubi de Incubo agitur, meminimus) & noster ille rusticus, uitrum capillos clauosque euomens, & sonum contracti uetri in uentre, & horarum ictus in corde sentiens, aut uidere, aut audire sibi persuadebant, partim uera, partim falsa esse reor. nam uerè aliquid uidere, diuque in uisione perseuerare, ni aliquid sit quod uideatur, absurdum est. Vident tamen quædam, tum audiunt: atque causam horum in atram bilem reijcere oportet, quæ partim cibus & potibus, & aere & mœrore, timoreque paupertatis, partim à cœli cõstitutionibus, partim ex consuetudine aliorum delirantium contingit. Habebam ego olim amicum, cui contigit, ut in una harum uallium octodecim menses commorari cogeretur. Vbi redisset ad me, multa de his incredibilia, quamuis philosophiæ haud ignarus, enarrabat. admonui hominem, ne amplius talia proferret, ni pro fatuo haberi uellet, & uitæ periculum subire. Immiscuit itaq; se negocijs arduis: cõmutataque uictus ratione, dũ aliorum consuetudine fruitur, ad se redijt. Seminis quoque ac menstrui sanguinis retentio, pluribus causa est huius morbi, aut ortus, aut incrementi. In uniuersum, tribus maxime hæc deceptio constat: atrę bilis imaginibus, constãtia ipsorum qui hac labe correpti sunt, ac fructu de iudicũ. Nam olim permissum erat, ut ijdem

Historia huius rustici lib. 3. cap. 7. describitur.

accusarent, condemnarentque, ad quos damnatorum bona redibant. Vnde ne hos miseros adeò iniuste damnare uiderentur, multa fabulæ addebant. Cæterùm in illorum examine, confessionibusque nihil non inane aut falsum, aut inconstans, aut nullius momenti reperiatur, præter contemptam religionem. Quædã enim Christũ abnegabant, aliæ sacrificiũ ipsum inter uestes consuebant, conspuebãt alię imagines diuorum, atque alia similia perpetrabant. Sublata primùm in hos miseros ac insanos potestas fuit à sapientissimo senatu Veneto: cum animaduerneret eò progressã illorum luporum rapacitatem, ut omnino insontes dãnarent spe prædæ: neque contemptor diuini cultus quærebat, sed diuitiarum possessor. Inter hæc exorta est Lutheranorum secta: cumque in hac, quod per urbes propagaretur, non iam miseri, sed opulenti deprehenderentur, ommissa priorum cura, ad hos conuersi sunt. Sed nunc cum illis mitius agitur, ut omnia uel stulticiæ uel auariciæ plena esse comperias. Hi ergo (ut ad propositũ redeam) quandoque sibi uidere quædam persuadebant, atque audire: postmodum rem ipsam ex propria leuitate augebant mēdacijs, tum uerò mutuis colloquijs (ut dici solet) è culice elephas exoriebatur. Nam & plerisque hominibus quãdoque aliqua insolita uidentur, audiunturque: sed ea contemntes, sanoque iudicio abigentes negligunt. Hucusque Cardanus: qui interdum contigisse quoque perhibet, ut aliquis, quem maleficio affectum uoluerint hæ mulier-

Dominicani.

*Opes aliorũ,
non religionẽ
quarunt: mi-
qui iudices &
inquisitores.*

culæ,

talæ, naturali causa eodem tempore in morbū maleficio congruum inciderit: quo cognito, à maleficio prognatum esse credebatur, quoniã morbi natura & tempus cõueniebant. Sic anui dementatæ falsa suggestione phantasiã uitiat naturalis morbi, illiusque exitus conscius dæmon: & reliquos ob incredulitatem eo modo il ludipermittit Deus. Quum uerò censores à re- rumnaturalium cognitiõe essent alieni, minus- que in literis sacris exercitati, in historias (quic quid id est) ex sua opinione retulerunt: quod paulatim auctum, exornatumque, materiem u- berem huic stulticiæ præbuit.

Stulta Lamiarum phantasia, & historiarum eius argu- menti falsitas, ex Ioannis Grammatici historia Danica æmonstratur. Subiungitur & aliud lepidum phan- tasticæ mulieris exemplum. Cap. 32.

STulticia hæc phantastica ut omnium ocu- lis euidentissimè pateat, ex Ioanne Gram- matico asscribam bona fide historiam, ab eo ut ueram inter reliqua intextam: quam tamen me- rè mendacem, aut mendacijs egregiè excultam (quod equidem cum docti alioqui uiri uenia di- ctum cupio) facilè is iudicabit, qui ad rationis trutinam reuocarit, nun grato, imò uirulèto e- puli gustu, rationis atq; eloquentiæ summū mu- nus, ac manuum feliciter conserendarum do- num consequi quis possit. Ita scribit lib. 5 Histo- riæ Danicæ: Erant Ericus & Rollerus Regne- ri pugils filij, patre eodem sati, diuersaq; editi matre. Matrem quippe Rolleri, eandemque E-

Craca saga,

rici nouercam, Cracam uocabant, Mittitur Rol-
 lerus à patre, cognoscendi causa, quæ domi in-
 terim dum abfuissent, essent acta. Is ut mate-
 num fumare tugurium uidit, foris accedens,
 paruulumque foramen furtiua luminis applica-
 tionè traiiciens, introspecta æde, animaduertit
 matrem in furni cacabo coctilia pulmenta uer-
 santem. Suspexit præterea tres colubras super-
 nè tenui reste depensas, ex quarum ore produa-
 tabes guttatum humorè epulo ministrabat: duæ
 quippe colore piceæ erant, tertia squamis albi-
 da uidebatur, reliquis modicò eminentius pen-
 sa. hæc nexum in cauda gestabat, quum cæteræ
 immisso uentri funiculo tenerètur. Ille rem ma-
 leficio consentaneam ratus, silentio quod uide-
 rat pressit, ne matrem ueneficij ream astruere
 putaretur. Ignorabat enim innocuam anguim
 extitisse naturam, nescius quantum uigoris illo
 epulo pararetur. Superuenientes deinde Le-
 gnerus & Ericus, ut fumidam aspexere casum,
 ingressi discubitu petiuere. Quibus ad men-
 sam sitis, Craca priuigno filioque unà cibum ca-
 pturis, catillum discoloris dapis admouit. Pars
 quippe picea, sed croceis guttis interlita, pars
 albida uidebatur: quippe pro uaria serpentum
 specie, geminus pulstem color infecerat. Cuius
 quum solam uterque particulam delibasset, E-
 ricus non ex colorum habitu, sed interni uigo-
 ris effectum epulas æstimans, nigrantem dapis
 partem, sed succo potiore confectam, etino
 quàm celerrimè uerso ad se transtulit: albidam
 que sibi admotam prius Rollero applicans, cœ-
 nam

nam felicius gessit. Et ne mutationis industria notaretur, Taliter (inquit) æstuante freto puppim in proram referri solitam. Nec tenue uiri ingenium fuit, industrij operis dissimulationē à nauigij consuetudine mutuantis. Ericus itaque faulta iam dape refectus, interna ipsius opera ad summum humanæ sapientiæ pondus euasit. Quippe epuli uigor suprâ quàm credi poterat, omnium illi scientiarum copiam ingenerauit, ita ut etiam ferinarum pecudaliumq; uocum interpretationem calleret. Neque enim solum humanarum rerum peritissimus erat, uerùm etiam sensuales brutorum sonos ad certarum affectionum intelligentiam referebat. Præterea tam comis atque ornati eloquij erat, ut quicquid differere cuperet, continuo prouerbiorum lepôre poliret. At ubi superueniēs Craeca concham transpositam, partemque pultis potiore ab Erico comenam cognouit, fortunam filio præparatam, priuigno celsisse condoluit. Cui mox gemebunda supplicare cœpit, ne unquam sua fratrem ope deficeret, quæ ipsius mater tot nouæ felicitatis opibus cumulasset: quippe sapido unius epuli gustu, rationis atque eloquētix summâ, necnō gerendorū prosperè conflictuum gratiam assequutus uidebatur. Adiecit quoq;, Rollerum propemodum cōsilij capacē, futurumq; ut destinati sibi obsonij prorsus expers non esset. Monuit quoq;, si suprema necessitatis uiolentia postularet, nominis sui nuncupatione remediū celerius esse querendum: affirmandans, se diuina partim uirtute subnixâ, & quasi

confortem cœlitum, in sitâ numinis gestare potentiam. Ericus se ad astandum fratri, naturâ pertrahi dixit: probrosum referens alitem, qui proprium polluat nidum. At Cracâ magis propria molestabat incuria, quam fortuna filiû gra uaret aduersa. Artificem enim ingenio suo deludi, magnum olim ruboris incitamentum fuit. Hæc Saxo. Quòd nulla creatura, multo minus uirulenta anguium tabes extillaticia, gignat rationis & eloquētię summum donum, aut prosperitatem in bellis donet, sed peculiaria illa Dei esse munera, tam est manifestum, ut bonarû horarum malè impensarum meritò insimulari debeam, si huic conuellendæ historiæ diutius immorer. Præterea si confectum hoc uenenosum epulum ab Erico uoratum illis pollebat uiribus, quare in Rolleri filij usum non denuò adornabatur cautius, maximè cum insitam illam numinis potentiam secum gestaret Craca? nisi mendaces huius condimenti uirtutes semel alicui edenti consecratis, cum benedictione qua Isaac filium suum Iacobum confertim extremè bearit, conferendas, ridiculè quis urgeat. Mirandum interim summo opere, tam manifesta mendacia à præclaris illis ingenijs inter res uerè gestas describi, citra præmonitionem commenti alicubi lecti uel auditi: sic tutior earum foret lectio.

At fabularum pertæsus, factum uerum subnectam, non illepidum, nec à nostro instituto planè alienum, effœtæ cuiusdam mulieris phantasticæ. Phantasticos enim quandoq; à communi sensu

ni sensu deuios appellat uulgus: & phantasiã, in
 tellectus uel rationis, uel cogitationis depraua-
 tionẽ. Ea misera in Vualdfalsia cõficiebat phar-
 maca, & uaticinabatur circa annũ 1555. Quan-
 obrẽ ab earũ ditionũ administro ad quæstionẽ
 uocata, uolens interrogata deludere, amentiam
 aliorũ exprobrabat, qui eam sectarentur. Cũ
 uerò tormentorũ minis grauius premeretur, se
 inquit ex eorũ esse numero, qui uagabundi Ger-
 manis dicũtur spiritus, & quotãnis quater cor-
 pus quasi exanime relinqui, spiritu interea lon-
 gius euagante ad solẽnes cõtus, cõuiuia & cho-
 reas, quib. quoq; interesset Cæsar: atq; sibi codi-
 cillorũ à Cæsarea maiestate donatorũ autori-
 tate, licere medicari, futura prædicere, necnõ spi-
 ritu euolãte eos celebrare cõuẽtus. Iussa eos o-
 stẽdere, ptulit literas Latinas sacre initiationis
 N. sacellani Cæsareẽ maiestatis, nũc episcopi, in
 expeditione uersus Saxoniam Egeræ perditas:
 itẽ agyrte cuiusdã schedas addidit, quib. ille sua
 unguẽta, & execãdi calculi artẽ, idq; genus re-
 liqua prædicabat. His testimonijs subnixa male
 ferata, ac à demone proculdubiõ delusa. (si ex
 animo hæc dixerit) anus, nihil non sibi licere in
 propinandis pharmacis & diuinationibus con-
 fidebat. Sed ut desisteret resipisceretque admo-
 nita, exilio puniebatur. Interim tamen sibi
 restitui codicillos maximopere cupiuit, sine
 quibus nullum fœlicem successum ex arte con-
 sueta sperari posse, persuasum fortassis habuit.
 Corpus autem eius tanquam exanime uisum
 esse quum alij assererent, illi ignem admoueri, si

*Phantasiã**Historia
uera.**denuõ*

denuò ita spectaretur, prudenter antea admo-
nuerat Vualdsalsiæ olim administrator Domi-
nus HENRICVS VVESIVS, LL. Doctor
consultissimus, qui hæc mihi ordine retulit. Le-
gerat is fortassis in libro Conformitatum, de
fratre Rodicofano apud focum dormiente, cu-
ius manui dæmon ignitum carbonein admoue-
rat: quem alter mox experrectus, ex diaboli ma-
nu eripuit, ut eo illum feriret, nisi euauisset.

*Aerem nullo modo à Lamijs turbari posse: &
quomodo in hanc potentie suæ persuasio-
nem à diabolo inducantur. item fru-
ges non excantari.*

Cap. 33.

*In aere concitan-
tando quomo-
do à demone
illudantur
Lamie.*

Singulari insuper ratione in aere concitan-
do illudantur hæc aniculæ à diabolo, qui si-
mulatque ex elementorum motu, & natu-
ræ cursu, citius faciliusque quàm homines, mu-
tationem aeris & tempestates fore præuidet:
uel alicui infligendam ex abstrusa Dei uolunta-
te plagam, cuius ipsum spectat exequutio, in-
telligit: tunc harum muliercularum mentes a-
gitat, uarijsque imbuit imaginibus, & sugge-
stione multiplici, quasi ob inuidiam in proxi-
mum, uel ob uindictam aduersus inimicū sint
aerem turbaturæ, tempestates excitaturæ, &
prouocaturæ grandines. Itaque eas instruit, ut
quandoque silices post tergum, occidentē uer-
sus projiciant: aliquando, ut arenam aquæ tor-
rentis in aerem conijciant: plerumque scopam
in aqua intingant, cælumque uersus spargant:
uel

uel fossula facta, & lotio infuso uel aqua digitū moueant: subinde in olla porcorum pilos buliant, nonnūquam trabes uel ligna in ripa transuerse collocent, & alia id genus deliramenta efficiant: atq; ut arctius eas satan illaqueet, diem & horam sibi dictis rationibus notas præfigit. Quum uerò successum hęc uidēt, nimirum quascunque desideratas in aere turbationes, magis confirmantur: quasi euentus hic subsequatur ipsarum operationem, qua ne aquæ quidem stil lam elicere possent. Nec sanæ mentis hominem opinari decet, futili uesandarum muliercularum actioni obedire elementa, & ad harum nutum institutam à Deo naturalium rerum seriem impediri uel inuerti: quod haud dubiè contingeret, si harum arbitrio tempestates, pluuię, grandines & fulmina inseruient, ut quandoque & quomodo hæ iubeant, ea insequantur: sic quoque diuina potentia ab humana uoluntate superaretur tanquam in seruitutem redacta, ut pulchrè docet Hippocrates. Recta itaque erit sententia hæc Senecæ: Rudis adhæc antiquitas credebat, & attrahi imbres cantibus, & repelli: quorum nihil posse fieri tam est palàm, ut huius rei causa nullius philosophi schola sit intranda. Si autem maligna imprecatione, aut certa uerborum obmurmuratione, se aliquid non uulgare perpetrare posse, in animum induxerint, cum Socrate dixerim, incantationes esse uerba animas decipientia humanas, aut secundum interpretationem, aut secundum timoris incursionem, aut secundum desperatiõem: quę sanè

*In libel. de
Epileps.*

*Incantatiõ
uerba nihil
posse.*

sanè ne pili quidem facienda sentio, quum nullum effectum reuera naturaliter producere queant, nec ob id etiam sanitatem in morbum commutare, quanquam ijs se posse falsò arbitrentur uetulè. at eiusmodi morbi à diabolo, conueniente Deo, ob horum hominum incredulitatem, maleque conceptam de sagarum potentia opinionem, sæpenumero accerlentur, infligunturque. Idem dictum uolo de frugibus, quæ nullo modo incantationum uerbis aut imprecationibus lædi possunt, sed à dæmone quidem, Deo cõcedente, uel ueneficijs: multo minus eæ que unt aliò traduci, aliam licet opinionem ex poetarum uberibus hauserint ueteres, ad nos quoque deriuatam. Hinc celebratur illa duodecim Tabularum lex:

Agrum non posse à Latinis excantari, nec lædi, sed à demone uel ueneficis.

Sub tit. de In iurijs, alijsq; delictis. l. 9.

al. tit. 11.

Plin. lib. 18. cap. 6.

QVI FRUGES EXCANTASSET,
POENAS DATO: NEVE ALIENAM
SEGETEM PELLEGERIS EXCANTANDO:
NE INCANTANTO, NE AGRVM DEFRVGANTO.

Vera autem carmina & ueneficia quibus segetes pelliciuntur, atque in agrum transferuntur, docet C. Furius Cresinu: qui è seruitute liberatus, cū in paruo admodū agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis uicinitas, in inuidia erat magna, ceu fruges alienas pelliceret maleficijs. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam ualidam, atque (ut ait Piso) bene curatam

curatam ac uestitam, ferraimenta egregiè facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos. postea dixit: Maleficia mea Quirites hæc sunt: nec possum uobis ostendere, aut in forum adducere lucubratiões, uigiliasque & sudores. omnium sententijs absolutus itaque est.

Meritò igitur summopere admirari, grauiterque ex animo dolere cogor, annis superioribus apud eam Imperij, ei que cõtigua loca, ubi clarius sonari Euangelij uox creditur, ob uitiatam tempestate uineam, disiectam quæ adhuc in herba erat messem, non ad Dei uel probantis uel punientis manum, mentis oculos conuertisse magistratus: sed ea neglecta, ad deliras lubricæque mentis mulierculas numero plures respexisse, easque in squalidos carceres, demonum hospitia & diram carnificinam pertraxisse, ubi in excitatæ tempestatis & inuectæ iacturæ confessio nem adactæ, Vulcano solenniter consecratæ sunt. Mente aut delusas fuisse à diabolo, quæ earum phantasiâ ludibrijs præstigijsque corruptit, ut se fecisse quæ non potuere, confessæ (sintquemadmodum solent obsessi, melancholici, incubo pressi, Lycaones, cynanthropi, dementati, fatui & pueri) dubium est minimè. Non enim mulieris malitiosæ, aut alterius maligni hominis uoluntati & potētiae aerē uel elemēta, ut pro illorum imperio noceāt, subiecisse iustū & multæ miserationis Deū, satis demonstratū est. Si diabolo potestas est aeris, hic Dei solius pmissiōnem desiderat expectatque, nocēdi semper cupidissimus: ut hoc nomine absurdum errorē esse, ingenuè dicam,

Ephes. 2.

cam,

can, si quis mulieris uetulæ, amentis & maleficæ imperio subijci diabolum credat. Hæc quidem ita illi subiacet, ut cogitatione, sermone & actu, illius sæpe uoluntati morem gerat: uerùm ipse profectò huius nutui pro sua libidine obsequi potest minimè, etiamsi uterque idem expetat, cum Dei solius semper, & quandoque fidelium eius ministrorum imperio obedire compellatur. In rebus corrupendis per aeris conturbati uim, uel quocunque modo, unius Dei nutum & consensum præstolatur spiritus procellarum, ubi suos uel explorare uel castigare instituit Deus: cuius ministri ueri, in Christi nomine, dæmonium subinde pellere poterant. Proinde hos qui ueritatis luce ac radijs sibi oculos configi arbitrantur, in aliam decuit traducere sententiam & magistratum & plebeios: & quum sedulò grauique sermone ab idololatricæ flagitio auditores reuocare conentur, hanc quoque eius nefandissimam speciem explicare oportuit, qua lamij attribuitur id, quod solummodo ad Maiestatem diuinam pertinet, tempestates nimirum pro suo arbitrio ciere, & grandinem prolicere: item quando in rebus afflictis eò usque deijcietur animus, ut superstitem adhuc esse Deum, qui opem ferre queat, uix credatur.

Si quæ fatentur dementatæ anis, præstare ualerent, uix in generis humani sustentationem frumenta superessent: immò nihil in rerum natura incorruptum permaneret, nec quidem ipse homo consisteret: proinde etiam
non

non tanto opus esset apparatu in bellis, ubi nihil non instrumentorum & materierum pestilentissimarum cum grauissimis sumptibus effingitur, quo hostis in perniciem cogi, ager funditus corrumpi, segetes prorsus dissipari, uites radicitus euelli, aquæ penitus uitiari queant: solum hic eiusmodi uetula, quam Lamiam dicunt, uoto & opinione celerius, unico nutu non modò hæc efficiet, uerùm etiam copias ita affliget, urbesque & regiones conquassabit, ut se felices fore sint speraturi aduersarij, si in deditionem permittantur. Quid hic opus sumptuosis tormentis? quid pulueris illius diabolici mole? quid globorum & sphæricularum aceruis? Quid mixto in funestiore perniciem lardo, uel quacunque alia peste? quid igne in exurendis oppidis, arcibus & pagis? quid numerosa illa mancipiorum sathanæ caterua? quid equitum cataphractorum turba? Vnica hæc nostra Empusa, sola Lamia, omnipotentiam hic suam ostendet, quæ etiam in Turcam erit ableganda, ut à subsidij in perpetuum Christianismi hostem colligendi onere Germania semel subleuetur, libereturque. In media profectò luce cæcutijse uidemur, qui amplam hanc occasionem tam stupidè neglexerimus. Sed demonis ope sublimia hæc operari nostras sagas, nec illius auxilium à Christianis admittendum esse, respondebitur. Hic uicissim mihi explicari uelim, cuius ope dissidia seminentur, propagenturque inter Christianos: cuius instinctu & adminiculo hos adeò

temerè, frequenter ob rem nihili, fastu uel insal-
 lentia turgidos bella mouere, urbes pacificas e-
 uertere, regiones uastare florentissimas, sangui-
 nem innocentem quàm possunt affluentissimè
 cum multa tyrannide effundere contingat: ubi
 uolentiæ, stupri, adulterij, rapinæ, latrocinij, &
 nefandissimorum quorumcunque scelerum tã
 in amicos, quàm in eos quos hostes uocant,
 quinimo dæmoniacæ colluiei & flagitiorum
 sathanicorum frequentissima schola & asylum
 securissimum? Quis hic architectus, quis Im-
 perator, quis dux & rector? Si exitiosis id ge-
 nus monstris quibuscunque & diaboli orga-
 nis in bellis locus est, quare ille denegabitur
 nostris Lamijs: quæ non uulgari ratione, se-
 cundum horum hominum opinionem, om-
 nia perdere, cælum terræ miscere, & hostem
 in ordinem redigere poterunt, etiam citra san-
 guinis effusionem, si ita uoles: uel cum grauif-
 simis eius cruciatibus, pro suo arbitrio & libi-
 dine, citra ullam hæsitacionem, & sine sumpti-
 bus? Eam de Lamiarum potentia persuasio-
 nem ad nos à mendacibus poetis deriuatam,
 in multorum etiam piorum animis tam tena-
 ces adhuc egisse radices, ex animo frequen-
 ter lugeo: at durum illud flagellum peccata no-
 stra mereri certum est. Quanquam uerò, dæ-
 monis instinctu dicta facinora perpetrare ho-
 mines, obijcietur: & uice uersa, diabolum ex
 prauorum hominum suggestione & uoluntate
 quoque operari: hic respondeo, ea non conse-
 qui necessariò: & oportere distingui rerum sub-
 stantias

stantias, unde actiones producantur. Alia enim est proprietas dæmonis, Dei spiritus ministratorij: alia terrestris hominis. Ille quidem ut spiritus, in hominem in se insinuare, eumque agitare potest, unde dæmoniacus uel à dæmone obsessus dicitur homo: nequit tamen in dæmonem spiritum se acicissim ingerere homo terrestris, ut inde similiter nomen mutuetur, opereturque.

Græuante crudeli bello inter reges Daniæ & Sueciæ anno 1563. ex castris Danicis scriptum est, Sueciæ regem inter suas copias circumducere quatuor uetulas Lamias, quæ carmine omnem Dano præpedirent uictoriam, ut nullum posset hosti facere damnum: & si qui à Sueciæ rege cingerentur obsidione, redderentur imbelles, atque in deditiōnem proni. Ac licet famæ huic prius nulla fuisset data fides, postea tamen unam ex his Lamias captam fuisse à milite generosi Comitis à Schwartzemburch Gunthardi, ducis exercitus, quæ ea confiteretur, scripto addebatur: deinde circa uias in puteis & locis aquosis limosisque inuenta fuisse extracta longè sita quibus lignee cruce multæ alijsque characteres appendebant.

Si uera est historia, grauius utrinque delictum est, contra manifestum Dei mandatum: à Suecis, quòd ueritam opem accierint: à Danis uerò, quòd sibi à magicis illis præstigijs & dæmonum ludibrijs timuerint. Enim uerò amentes illæ anus reuera nihil hic potuere, quanquã secus erant persuasæ à mendaciorum architecto:

*Leuit. 24.
Deut. 18.*

Ceterùm permittit sæpenumero Deus iusto suo iudicio, eos qui dissidia uolunt, in reprobam tradi mentem, & ad foliorum arborum agitationē pertimescere, exhorrescereq̃.

Ob tempestatem porrò illam, cuius suprâ meminî, minimè silentio erat sepeliendum, quòd quum ea in illis grassaretur oris, eodem tempore uarium procellosarum earum nubiũ exortum defixis oculis se uidisse, & attētius obseruasse in diuersis, etiam longè disitis prouincijs, nimirum ducatu Vuirtembergensi, Franconia, Bauaria, Saltzburgo, Vienna, mihi asseruerit uir nobilitate, prudentia, multijuga lectione & uario rerum usu eximius, qui citatis equis die noctuq̃e citra ullam cunctationem iisdem diebus per eas festinantissimè peruolabat ditiones ad Cæsarem, tractum tempestatis & damni illati ubique singulari considerans studio: nec animaduertisse quicquam, quod ad Lamiarum opus potuerit contorqueri, ait. Cum stupenda se adhęc admiratiōe excepisse affirmauit, quòd in reditu ex hospitis relatu in itinere cognouerit, quasdam fœminas apprehensas, carceribusque traditas esse, ob accitam tempestatem damnosam, maximè apud eos quos alia mentis oculi acie de diaboli potentia, & delusarum sagarũ ludibrijs censere decuit, quàm facere uulgus solet, propter peculiare & indefessum Theologiæ purioris studium, cui se hi mancipasse creduntur: unde non obscure licuit elicere dilucidos eiusmodi plagarum authores & causas. Exemplum in Iobo minimè dubium proponitur. Punitionis

nitiois quoque similis minæ euidentissime in prophetis leguntur, aduersus eos, quibus ad diuinæ uocis monitionē aures obduruere. ut Aggæi 2: Percussi uos uento urente & aurigine, atque omnium manuum uestrarum opera, & nō fuit qui ad me conuerteretur. Et cap. 1. Ponite corda uestra super uias uestras, dicit Dominus. Seminastis multum, & collegistis parum, &c. Et infra: Respexistis ad amplius, & factum est minus: & intulistis in domum, & ego exufflaui illud. Propter hoc, inquit, super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem: & terræ prohibitū est, ne daret germen suū, &c. Item Iohelis 1. Dissipata sunt horrea, disiectæ apothecę, confusum est triticum, ingemuit animal, &c. Leuit. 26. Si non feceritis mandata mea, dabo cœlum uobis desuper ferreum, & terram æneam, & consume tur incassum labor uester, &c. Si autem in præceptis meis ambulaueritis, dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum. His & Iohelis 2. rerum ubertas promittitur: Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. & dicit: Ecce ego mittam uobis frumentum, uinum & oleum, & replebimini in eis, &c. Ecclesiast. 39. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Initium necessariæ rei uitæ hominum, aqua, ignis & ferrum, sal, lac & panis similagineus, & mel & botrus uuæ, & oleum & uestimentum. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus qui ad uindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerūt

tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent uirtutem, & furorem eius qui fecit illos confundent. Ignis, grando, fames & mors, omnia hæc ad uindictam creata sunt.

Ex animo itaque præmonitos uolo eos, qui in prædicto errore etiam nū conquiescunt, nec in aere turbando Dei manum citra hominum cooperationem agnoscere uolunt, inuectaque inde damna hominum arbitrio imputant, ut resipiscāt adhuc ad quam uocem si eorum ut præfractorum occalluerit animus, in tam inextricabilem diaboli labyrinthum eos prouolutum iri prælagio, unde nullum educere poterit Theſei filium, sed solius miserentis Dei filius: tam frequentes caruificinas architectabitur accumulabitque Dei & hominum hostis ut iuratifsimus, ita & sanguinis innoxij cædiumque impiarum sitientissimus Beelzebub. Nec dubito, quin oculis palam hæc proponet euetus: quod Deus pro ineffabili sua bonitate clementer dignetur auertere. Falsus enim malo audiri uates: sed me uestigia terrent. Exempla noui complura: quid iam alij cum magno suo malo & reipublicæ detrimento experiantur, ipsi certiores erunt testes. Telam contexere longam & inexplicabilem in hominum ruinam exitiumque, mille artifici non erit difficile, potissimum apud quos ex uoto succedere institutum uidet, ubi nimirum ob peculiare suum ex Dei assensu factum, in uitam insontem porro sequiri animad uertit: tum neruū consequutus, alia similia, uel etiam tetriora molitur, quibus in sua nassa ar-

ctius

Atius constringit, atque ex Charybdi in Scyllam
 appellit, quos suis strophis pronas offerre aures
 comperit. Hic fanè sæpius conuiuet Deus meri-
 tò, ob inuictam eorum incredulitatem, qui, li-
 cet aliter sacrarum literarum lectione, maximè
 ex Iobo, instituti, nō tā Dei iusti manū uel pro-
 bantē uel castigantē agnoscut in segetū, uinea-
 rum & pecorum perditione, quàm singularem
 eius misericordis benedictionem & gratiam in
 annonæ affluentia amplectuntur.

Nec hic prætermittere oportuit, circiter id
 tempus, quo Germaniæ superioris prouincias
 illa tempestas calamitosa afflixisset, me quoque
 pro rerum mearum sorte haud leuem passum
 iacturam ex grandinis, uel potius glaciei procel-
 la, in ditone Rauesteinensi, non procul à Gra-
 uia. Ea segetes feliciter messas, & in agro per fa-
 sces quaternos coniunctim ad exiccandum, ut
 apud nos moris est, dispositas, ita disiecit ac ex-
 cussit, ut omnino trituras eas, & agrum de-
 nuò satum dixisses: unde nec eum conferere in
 proximum annum, sed terram aratro solum e-
 uertere uoluit uillicus, ut quæ abundè nimis
 frumento saturata, & fœnori reddendo facta i-
 donea fuerit. Ramos quoque simul ex arbori-
 bus quasi securi sectos, per arua sparsim disie-
 ctos fuisse ex eius glaciei uiolentia uidi. Recto
 autem ductu, nec sparso, hic flauit spiritus, ut
 ferè nihil aut parum infortunij utrinque sense-
 rint proximi agri. Atqui Virgilio ethnico, cir-
 ca messem non tam miraculosa fuit uisa eiusmo-
 di turbatio aeris, Geor. 1.

*Sape ego, cum flauis messorum induceret aruis
 Agricola, & fragili iam stringeret hordea culmo,
 Omnia uentorum concurrere prælia uidi,
 Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
 Sublime expulsam eruerent, ita turbine nigro
 Ferret hyems culmumq; leuem, stipulasq; uolantes.
 Sape etiam immensum cælo uenit agmen aquarum,
 Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
 Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther,
 Et pluuia ingenti sata læta boumq; labores
 Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
 Cum sonitu, feruetq; fretis spirantibus æquor.
 Ipse pater media nimborum in nocte corusca
 Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
 Terra tremit, fugère fera, & mortalia corda
 Per gentes humilis strauit pauor. ille flagranti
 Aut Aitho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
 Dejicit, ingeminant Austri & densissimus imber,
 Nunc nemora ingenti uento, nunc littora plangunt.*

Hæc profectò syncerè & singulari animi studio
 sibi proposita meminerint, qui ad se admoniti-
 onem pertinere candidam arbitrabuntur. Si ue-
 rò plerisque indolis morosæ hominibus recalci-
 trare, ac in me petulanter uel seriò insolescere
 lubeat, ijs quidem per me licet, dummodo ad-
 uersus conscientia & ueritatis testimonium nõ
 laborent, & Dei gloria ac reipublicæ Christianæ
 quies utilitasq; requiratur.

Ansam uerò huius incredulitatis pronam ad-
 modum obtulerunt rustici, fiducia in Deum ui-
 ua minus confirmati: qui multifariam hoc etiã
 tempore secundum eorum incredulitatem ue-
 xantur

xantur à fatana, ut aliàs lac ademptum, aliàs fœtum, aliàs segetes, aliàs armentum etiam interemptum à Lamijs putent: & uniuersam agriculturæ rationem non ad benedictionē Dei in uera fide, sed ad meras anicularum uoluntates referāt. Adijciā doctissimi uiri IULII SCALIGERII uerba ad Cardanū: Ais, ad maleficij efficaciam conferre malefici constantiam. Putasti cuiuspiam affectum agere in aliū, quàm in eum cuius affectus est? Neq; uerū est, ab homine homini noceri posse uerbis. Nam quis illa eū uerba docuit? Non homo alius. Nam quis illū? Nō cœlestis intelligentia. Quis enim eam facere au deat authorem fascini? Ergo malus dæmon: nō ut hominem faceret potentio rem, sed ut ipsum deciperet credulitate, atq; socium haberet tum impietatis, tum æterni exitij. Ipse igitur agit dæmon: stultus ille ac uecors, putat suis sese uocibus agere.

*Lib. 16. de sub
til. Exer. 349.*

Porrò à contrario quis fortè obijciet, piuiā cieri posse carminibus in perniciē à maleficis: quum ex iure scripto constet, aliquas in salutē pluuiam puocare. nam l. ex 4. C. de mathemat. & mal. Constantini est, qua admittit eos qui precibus, carminibus aut medicamentis pluuiā impetrare ualent, aut aliquid quod ad hominū salutem spectat, &c. Bartolus ibi: Summa & mēs legis est, mea opinione, ut si quis istis artibus ad utilitatem hominum utatur, permissæ sint, ut scribit Iosephus de Solomone libro 8. capite secundo: quæ alioqui uetite per se sunt, & maximè si in alicuius perniciem conuertantur.

Hic paucis, cum bona uenia, respondeo: Christianum Imperatorem credidisse aliquam in his esse uim, haud secus atque multi alij, & quidem plerique *ælii* ac poetæ, Ex quo consequitur, magnam hunc ea in re iniuriam Deo fecisse, qui non pijs uotis & culpæ deprecationibus supplicandum, sed contestationibus impijs ac adiurationibus cogi Deum posse ut hoc aut illud nobis donaret, arbitrabatur: quin amplam diabolo aperuisse fenestram, quum uero Deo relicto, per Satanæ aut ministros aut ministeria quid se consequuturum consideret.

De naturalibus pharmacis somniferis, quibus interdum illuduntur *Lamie*, de earum item unguentis, & quibusdam plantis soporiferis, mentemq; impense turbantibus.

Cap. 34.

*Naturalibus
usa pharma-
cis quandoq;
deluduntur à
Sætana La-
mia.*

INterdum Empusæ exornandæ adhibentur etiam naturalia quædam pharmaca, quibus ubi se inunxerint, confricuerintque, ita à fraudulento magistro institutæ *Lamie*, per fornacem mox se euolaturas, ac per aerem longè lateque euagaturas ad tripudia, dulcissima symposia, concubitus & gratissima rerum spectacula, confidunt: quæ tamen per insomnia ipsis ingerit ille mille artifex, ubi ab inunctione somniferi omnino unguenti, in profundissimum lethargicumque somnum dilabuntur insciæ. Hæc ne somnia uideantur, libuit adducere, quid solertissimus occultarum causa-

rum

rum indagator Ioannes Baptista Porta Neapolitanus lib. 2 Magiæ naturalis, siue de miraculis rerum naturalium, scribit: Ad eò dira, inquiring, cupido hominum mentes inuasit, ut quæ natura mortalium commoditati elargita est, abutantur, ut multis horum simul coaceruatis componant Lamiarum unguenta: quæ quanquam ipsæ superstitionis plurimum admiscent, naturali tamen uicueñire patet intuenti: quæque ab eis acceperim, referam. Puerorum pinguedinem aheneo uase decoquendo ex aqua capiunt, inspissando quod ex elixatione ultimum nouissimumque subsidet. inde condunt, contiuoque inseruiunt usui: cum hac immiscent eleoselinum, aconitum, frondes populneas & fuliginem. Vel aliter sic: Sium, acorum uulgare, pentaphyllon, uespertilionis sanguinem, solanum somniferum, & oleum (& si diuersa commiscant, ab ijs parum dissidebunt) simul conficiunt, partes omnes perungunt, eas antea perfricando ut rubescant, & reuocetur calor, rarumque fiat quod erat frigore concretum. Ut relaxetur caro, aperiantur pori, adipem adiungunt, uel oleum ipsius uicueñiens, ut succorum uis intro descendat, & fiat potior uegetiorque; id esse in causa non dubium reor. Sic non illi nocte per aera deferri uidentur ad conuiuia, sonos, tripudia, & formosorum iuuenum concubitus, quos maxime exoptant: tanta est imaginatio uis, impressio habitus, ut ferè cerebri pars ea que memoratiua dicitur, huiusmodi sit plena: cumque ualde sint ipse ad credendum nature puritate faciles, sic impressiones capessunt,

Cap. 26.

Lamiarum
unguenta.

*Striges.
Historia me-
morabilis.*

sunt, ut spiritus immutentur, nil noctu diuque aliud cogitantes: & ad hoc adiuuantur, cum nõ uescantur nisi betis, radicibus, castaneis & leguminibus. Dum hæc pensiculatus perquirendo operam nauarem (ancipiti enim immorabar iudicio) incidit mihi in manus uetula quædam (quas à strigis auis nocturnæ similitudine Striges uocant, quæque puerulorum sanguinè è cunis absorbent) spontè pollicita breuis mihi temporis spacio allaturam responsa: iubet omnes foras egredi, qui mecum acciti erant testes spolijsque nudata, tota se unguento quodam ualde perfricuit, nobis è portæ rimulis conspicua: sic soporiferorum ui succorum cecidit, profundoque occubuit somno. fores ipsi patefacimus, multum uapulat: tãtaque uis soporis fuit, ut sensum eriperet. Ad locum foras redimus, iam medelæ uires fatiscunt, flaccescuntque. A somno seuocata, multa incipit fari deliria, se maria montesque transineasse, falsa depromens responsa. Negamus, instat: liuorem ostēdimus, pertinaciter resistit magis. Hactenus Ioannes Baptista.

*De Subtili. li.
18. de mirabili-
libus.*

Laniarum quoque unguentum propemodum simile tradit Hieronymus Cardanus, post cuius inuentionē mirabilia uideri apparet. Nam & de his que non sunt, & tamē uidentur, ibi sermo est. Constat pinguedine puerorū, ut dicūt, succisq; apij, aconiti, pentaphylli, solani, ac fuliginis. Sed tamen dormire creduntur, dum hæc uidēt. Spectare autē uidentur theatra, uiridaria, cœnas, ornat⁹, uestes, formosos iuuenes, reges, magistratus,

magistratus, imò res omnes quibus delectantur, quibus etiam se frui arbitrantur. cernunt item demones, coruos, carceres, solitudinem, tormenta. Hæc igitur sunt uiolentorum in somniorum cause. Hinc etiã illas apio uictitare ait, castaneis, fabis, cepis, caulibus, phaselisque, somnos turbulentos ciētibus: sic magis per somnũ ferri uidentur in diuersas regiones, atq; ibi multifariã affici, prout uniuscuiusq; fuerit tēperies, unguēto adiuuante. Cui nō ab simile ad inducendũ profundũ lōgumq; somnũ, adiungã hic oleũ. Rec. femin. lolij, hyosciami, cicute, papaueris rubei & nigri, lactuce, portulacę, ana part. iiii. sem. fabę inuersę part. i. ex his omnibus fiat oleũ secundũ artis legē, & p̄ qualibet uncia istius olei misceatur scrup. i. opij Thebaici. Hinc sumatur scrup. i. uel i. s. & duorum dierum subsequetur somnus. Liquorem conciliantem mirificè somnum, ad guttam unam aut alteram exhibitum, imò guttas liquoris, somni tot quot illæ fuēre, horas introducētes, lubens hic adderē: sed præstat non publicari. Eiusmodi quædam simplicia, puta lolum, faba inuersa, opium, hyosciamus, cicuta, papaueris species, solanum furiosum, atque id genus reliqua, naturalium rerum peritis non omnino ignota inueniuntur, quibus intellectus uel aufertur uel turbatur: ut qui ijs utatur, loquendo, audiendo & respondendo amens uideatur, uel in somnum altissimum ad dies etiam aliquot præcipitetur: at eorum usum, & aquas, uina, pulueres, trociscos, olea, aliasque formas hinc conficiendi modum, siētio inuoluerere malui,

*Somniferum
admodum o-
leum.*

*Simplicia sen-
sus turbantia
& auferētia.*

uere malui, ne ijs abutendi ansam alicui subministrasse uidear. Perpetuò iuuandi, & non lædendi, animum donauit omnis boni author benignissimus.

Adijciam hic tamen ob cautionem historias duas non inutiles, de horum soporiferorum uiribus. Mulier quædam ad rem attentior, optimeque nota, sed quæ suum iam obiit diem, tritūratores in multos conduxerat dies, curarátque ex lolio diligenter excreto (dourt nos uocamus) molito pinsitóque, admista secalis farina, panem apparari & coqui, ut eos minoribus sumptibus aleret. quo quum essent pasti, in quâdam leuem inciderunt amētiam: & cum essent aliquandiu rotati uertigine, lasi ad unum omnes in profundum longúmque inciderunt somnum, ut pro labore, quem uetule præstare oportuisset, ipsi continuo sterterent: donec ea tandem post alterum aut tertium diem errore animaduerso, uictus rationem mutaret.

Adhæc clarissimus eruditione, multiuagâque rerum obseruatione & usu medicus, Doctor Renerus Solenander, collega in eodem apud illustrissimum nostrum Principem ministerio coniunctissimus, qui eorum quæ ab ipso in nostrum institutum obseruata sunt, mō reddere consortem uoluit: quum Louanij anno quadragesimonono sub Hieremia Brachelio operam medicinæ daret, uidit puerum Seruatij Sasseni bibliopolæ mirandis symptomatibus correptum, ex esu fortè unius baccæ fabæ inuersæ (herbam bella donna Itali uocant) quam

*Amentia et
somnia gra-
uis ex lolij
usu.*

*Faba inuersa
herba bella
donna.*

quam casu imprudens propter ætatem, ignarusque rerum, ex horto D. Gemmæ Phrysij uicini sui (qui tum eam plantam prægnantem cum aliquot alijs exoticis herbis alebat) legerat, deuoraratque, cerasium forsitan existere arbitratus. Puer primùm cœpit furiose agere, nec ullum parentem interstinguere, animo & corpore languere: uocatus D. Brachelius ad consiliũ & curationem, tam subita symptomata grauiamiratur: statimque concepta suspitione assumpti alicuius ueneni maniaci, sciscitatur ubi nam puer fuerit, quid egerit: eum in D. Gemmæ horto lusisse narrant, uisumque uersari circa dictam plantam, eiusque decerpere baccas. Sed priusquam hoc innotuisset, incidit puer in somnum profundum, ut excitari nequiret, is durat ad horas uigintiquatuor. tum puer sponte euigilat, agnoscens primùm patrem, deinde alios, sed stupidior: at paucis tum ex arte adhibitis remedijs, probè restitutus est.

Quod autem Gallo cuidam nobili, ex Narbonensi prouincia oriũdo accidit, mirũ magis est, eo quod & risu simul & deploratione dignũ uideatur. Is ex itinere captus à Turcis, & in Thraciã abductus, dynastæ cuidã donabatur, & (ut opinor) Beclerbeco, qui cis Bosphorũ Thraciũ p̄ Macedoniã præfectus militũ dicitur. Ab hoc ille non asperè cœpit tractari more Barbaro, sed perhumaniter, eo quod gyneceo destinatus esset obformam ac ætatem. Itaque tandem quodam die cibi ac potionis tum uarietate, tum copia fuit affectum, ut in somnum triduanum incideret.

Quo fini-

*Dormientis
testes erecti.*

Quo finito, quum experrectus mingere uellet, exectos sibi testes animaduertit. ac tum demū attonitus cognouit, quàm diu dormisset, & cur tam lautè semper ac affluenter tractaretur, atque ex quo cibi genere tam alto correptus fuerat somno. Redijt tamen ad suos, & hanc attulit causam cur nuptijs facilè carere posset. Albertus autem Magnus in Ægypto nasci lapidem tradit, & Dioscorides, qui Memphites nūcupatur, à Memphi: quo contrito, & cum aqua uinoque epoto, stupor omnium sensuum inducatur, ut nullum omnino dolorem sentias. Vnde refertur à Iurisconsultis, ubi de quæstionibus agunt, ac tormentis.

*Gemma stuporè inducēs.
In Lapidario
Diosc. lib. 5.
cap. 115.
Plin. lib. 37.
cap. 7.
Paris de put.
tract. de Syn-
dic. c. tortura.
lo. 2.*

*De opio, heiran luc, gelotophyllide, solano
furioso, theangelide, & potu demen-
tante laicum apud Ber-
nates. Cap. 35.*

*Opij frequens
apud Turcas
& Persas u-
sit.*

Hic obiter, ob raritatem, & rei quasi miraculum, non erat prætermittendum, opij esum Turcis, & multo magis Persis, tam esse familiarè, ut nihil propè familiarius: quòd eo uorato se ualidiores esse, minusque belli pericula timere, persuasum habeant: quemadmodum in his regionibus, ebrios quoque intrepidius se quibuscunque naufragiorum & discriminum fluctibus obijcere, obseruamus. Quocirca, ubi exercitum colligit Turca, opio uniuersa spoliatur terra, licet quotannis id incredibili colligatur copia ex papauere albo leuiter uul-

*Vide etiam
Dioscor. lib.
4 cap. 60.*

ter uulnerato, postquam capita protruserit: unde lactis aliquot guttæ emanant, paulatim crescentes: Eius semine apud Turcas non minus terra conferitur, quàm in his ditionibus tritico, præsertim Acharæ, Caracharæ, Sparta-dæ, Emetetindæ, & in alijs uicinis oppidis Paphlagoniæ, Cappadociæ, Ciliciæ. Vix Turcam inuenias, qui opium non redimat: etiamsi unius aspri numismatis ualorem tantum possideat, eius dimidietatem opio impendet, secum id tam toga quàm bello collaturus. Quidam eius esui assuetus, semel drachmam mediâ innoxie uorabat: postridie uerò drachmam integram ideim ille deglutijt citra ullum incommodum, quàm quod uelut ebrius apparet. Bellonius, qui huic nunquam assueuerat, eo sumpto, nihil incommodi sensit, quàm in uentriculi orificio calefactionem, leuem cerebri turbationem, & somnum inquietiorem. Tritum Turcis in obijcienda calumnia prouerbum est, Opium comedisti: ac si alterius prouinciæ homini exprobrares ebrietatem. Optimum habetur, amarum ualde, gustu calidum, ut os inflammet, ad modum pilorum leoninum colore fuluum, odore molestum & graue. In extremo refrigerandi gradu id designari, cum insigniter amarecet, inflammetque, mirum est. Masschlach uulgares Turcæ nuncupant; Aphion peritiores. In usu quoque habent puluerē illis dictū Heirâ luc: cuius circiter coclear quicūq; sumpserit, nihil loquitur, at cōtinuò ridet, admiranda se uidere ratus: atque hinc suos

*Lib. 3. cap. 17.
Observationum.*

*Masschlach.
Aphion.
Heiran luc:*

instituit gestus, ut ingentem omnibus spectato-
ribus risum moueat: qui ubi ad mentem redie-
rit, se his uel illis fuisse locis, & mira uidisse rerū
spectacula, asserit. Rogati illi, puluerem canna-

*Lib. 1. de ali-
ment.*

Gelotophyllis

*Solani furiosi
radix imagi-
nes uanas in-
ducit.*

Li. 4. cap. 69.

Theangelis.

*Bernatiū mo-
nachorum tra-
guedia uene-
fica.*

*In Chron.
Germ. Seb.
Fr.*

binum esse plerique responderunt: qui, quan-
quam ex Galeni doctrina, largius paulo sum-
ptus caput feriat, uaporem fursum ob multam
calefactionem mittens: citius tamen ex geloto-
phyllide parari suspicarer, si Turcis fuerit cog-
nita ea planta, in Bactris & circa Borysthenem p-
ueniens: quæ si cum uino & myrrha bibatur, ua-
rias dicunt obuersari species: ridendi que fi-
nem non fieri, nisi potis ex palmeo uino pi-
neæ nucis nucleis, pipere & melle additis. uel
eum ex solano furioso confici, quis opinetur
non absurdè: cuius radicem ad drachinæ u-
nius pondus ex uino potam, excitare species
uanas, imaginesque non iniucundas, docet
Dioscorides: sed duplicatum eum modum,
ad tres usque dies mentis alienationem affer-
re, addit. Non omnino absimile huic est, quod
de theangelide, in Libano Syriæ nasci solita, tra-
ditur, ea uidelicet deuorata præfagire homi-
nes. At mea quidem opinione, ea uorata demē-
tari illi potuerunt: ut ipse diabolus se in illos, ut
iam apparatus organa, insinuans, futura uel am-
biguè uel mendaciter suo more prædixerit.

Similis cuiusdam potionis ueneficio lai-
cum dementabant, uelutque stupidum redde-
bāt quatuor ordinis Prædicatorū monachi Ber-
nates, anno nono supra sesquimillesimum, ut a-
quam causticam siue ardentem absque sensu to-
lerarit,

lerarit, qua Christi quatuor uulnera pedibus, manibus & corpori se imprimere simularat larua Maria, adornatus scilicet in hac tragœdiâ monachus, qui antea clauū quoque per alterâ illius manum transfegerat, nihilque non in D. Virginis specie persuaserat laico, ut eius simplicitate & amētia abuteretur, cū tribus suis fratribus religiosiſ ſigmēti cōſcijs, ad ſui inſtituti cōfirmationē: quo nomine potionatus ille, altari quoq; in D. Virgīnis ſacello imponebatur, ubi uelut catalepsi correptus, in turbę cōfluētis cōſpectu immobilis ad ſtuporē uſq; genibus flexis perdurauit: dū interea tēporis Doct. Stephanus, fabulę huius actor, per canalē in Chriſti & D. Virginis ſimulachris proximis mutuū colloquium mentitur. Fraude tandem detecta, artificium confeſſi ſunt monachi quęſtionibus ſubiecti, exuſtiq; eiufdē anni die poſtremo Maij: Hiſtoria ſanē lectū digniſſima, ut hinc in reliquarum eiufcemodi impoſturarum, ad animarum exitium olim ab id genus hominibus cōſtructarum cognitionem promptius perueniatur. Similibus fortaliſ in ſuis corporibus quandoque utuntur noſtrę Lamię.

*Potm etiā de
mentamta, &
ſoporiferi ual
de, meminit
Paulus Ve-
net. de Reg.
or. li. 1. ca. 27.*

*De incubi demoniaci illuſione, &
incubo morbo naturali.*

Cap. 36.

HInc iā incuborū ſuccuborūq; laruas agrediamur, quid in hiſ ueritatis foueatur, ſtudioſe & latius inueſtigātes: ut nō modò è uulgariū, ſed & prudētiū animis, ſemel hoc falſę perſuaſiōis ſimulachrum excutiatur.

*Congressus de
monis cū mu-
liere imagina-
rius.*

Incubus,

ἰφιάλιος.

πνιγάλιον.

Quum itaque huius hæresis maleficio & præ-
stigijs delusæ dementatæque anus, à dæmone
se comprimi, incubosque pati arbitrétur, hanc
commixtionem, ut reliqua propemodum om-
nia, merè esse ex læsa mente imaginariá, uel so-
lum qualicumque affrictu titillationem cieri, ac-
cedente rei imaginatione: nec uerè congressum
fieri, rationibus demōstrabitur euidentissimis:
ubi prius cōmonuero, nostris medicis morbū
quendá dici Incubū, ab incubádo, quòd pòdus
quoddá nobis dormientibus incūbere, & super
nos consistere putamus, respirationem oppri-
mens, & ob id uocē impediens: ita ut si uelimus
clamare, non possimus, cū somnijs horrendis &
imaginationib. plurimis nos ab alijs inuadi exi-
stimátes. Fit ferè noctu, & à somni initio: & que-
cumque epileptici interdium uigilesque patiūtur,
hæc noctu & in somno ephialtici. Plinius mo-
dò suppressiones, modò noctis ludibria, mo-
dò Faunorum in quiete ludibria nominauit.
Arabes, inquit Auicenna, albedilon & alcrat-
tum, Auerroes elgadum, Azaraius alcai-
bum, nostri uulgò grauedinem dicunt, qua-
si pondus equitando (sic loquuntur) nos op-
primeret: sic nostrates quoque dicunt sua lin-
gua, Die marrydet vns. Epilepsiam esse qui-
dam sentiunt diminutam, quæ fit in somnijs,
de qua Aristoteles intellexit libro de Somno
& uigilia: ἰφιάλιος Græcis nuncupatur, id est
insultor, quasi aliquis infiliat, uim inferens,
& eum comprimens, ut non possit moueri,
donec liberetur ab inuasore. πνιγάλιον à suffo-
candō

cando Themisoni dicitur. quæ signa ab immi-
nuto calore proueniunt: & quum spiritus ani-
males existentes in cerebro, ob uapores ascen-
dentes, à pituita & melancholia obtenebran-
tur, ita ut uirtus opprimatur, & uideatur aliqd
graue sibi inferri, quod tamen reuera non fit.
Contingit autem potissimum resupino corpo-
re iacente: plerunque ore uentriculi aut pituita
crassa lentaque, aut ciborum concoctu diffi-
cilium copia oppresso. Quum uerò sagæ sint
ob sexum & ætatem ut plurimum pituitosæ, &
ob animi affectus melancholicæ, cur non supinè
cubantes, huiusmodi morbo erunt obnoxii:
atque accedente illo sensu communi, ab immū-
di spiritus assidua suggestione uitiato, putabūt,
fatebunturque uerè se passas esse, quod solum
uel per somnum uel imaginatione intensa inno-
tuit. Conuenientem hic ex Iasone Pratenſi hi-
storiam, de ocioso quodam sacrificio ascriben-
dam duxi. ita narrat. Nuperrimè sacrificus qui-
dam me conuenit. Domine, inquit, nisi suc-
curras misero & afflicto, actum est, & prorsus
perij: tabes me habet. Viden' q̄ sum emaciatus,
quàm exanguis: uix tenui pelle contegor. succu
lentus esse soleo, speciosulus, & bene habitus:
nunc fœdum spectrum uideor, hominisque ina-
nis imago. Quid, inquā, te cruciat, & quàm affe-
ctus tui causam opinaris? Dicā, ait, intrepidè, &
ualde admiraberis. Sub quamlibet fermè no-
ctem ad me com meat muliercula mihi non i-
gnota, & pectori meo illabitur, ipsa uiolèter cō-
primit, atque coarctat animæ meæ uias, ut ægrè

*Incubus olim
quoq; demors
putabatur,
Aetius libro
6. cap. 12. ex
Pofsidonio.
Noſtrates ap-
pellant Ger-
manicè, Dio
mar ryden,
quasi dicas
modium uel
pondus super-
equitare.*

*De cerebri
morb. cap. 26.*

*Incubum pas-
sus sacrificus,*

respirare queam. Quin clamitare cupienti, uocis iter præcludit, ut quanquam præ pauore nitor attollere, minimè queam. Nec manus ad propulsandam iniuriam, nec pedes ad capessendam fugam expedire ualeo. Vincitum me & affixum tenet. Heus, inquam subridès, nihil admirandum prædicas (ex narratione incubum intelligebam) merum est phantasma, merum ludibrium. Nec plura moratus: Phantasma (inquit) ludibrium (inquit) profectò non est: ita me Deus amet, quæ hisce oculis conspicatus sum, & quæ hisce manibus exercui, enarro. Equidem uigilans, mentisq̄ue compos, eam uideò coràm, & inuadentem accipio, conorq̄ue oblectari: sed præ languore, metu, angustia & impacta ui, nihil efficio. Hac de re horsum uor sum amens cursitauit, unumquemlibet percunctans, posset ne succurrere miserabiliter pereunti. Minoritam consului, quem callidum ueteratorem dicunt, ab hoc præsentaneam opem sperabam: sed spe mea frustratus sum planè, nullam is salutem attulit: tantum monebat, Deum optimum maximum, quem iam pridem precibus fatigaram, strenuè orandum, ut dignaretur infestam uexationem auertere. Adij uetulam quandam, pro fama populari, sagam atque uersutam. Hæc aiebat, qui sub crepusculum diei statim ab excreto lotio matulam obturarè dextra caligula, & fore ut eo ipso die malefica me inuideret. Id etsi uanum uidebatur, nec parum me ab experimento absterret religio, uictus tamen impotentia & diuturni laboris tædio, tetaui.

taui. Et per Iouem, accidit uaticinium. Veniens in domum meam, uesicæ cruciatum que- rebatur: nec potui ab illa aut preculis supplex, aut contentione minax impetrare, ne sub noctem ad me terrifica commearet: sed implacabilis ueterem morem asseruat, semelque constituit me sædo angore conficere. Hominem hūc uix quui ulla ratione ab insania reuocare: sed à secundo tertioque congressu hilarior factus, morbum agnoscere cœpit, & sanationis spem fiduciamque concipere. Iam ad congressum imaginarium.

Hymenis membranæ, qua omnes muniuntur uirgines, ratione demonstrari certissimè, dæmonum cum mulieribus cõcubitum esse uanum, mereque imaginarium.

Cap. 37.

PRimum huius congressus uanitas, fucis. que, apertissimis atque adeo oculatis testimonijs, ac argumento irrefutabili conuincetur, si uirgo hoc deprauatæ imaginationis fascino agitata, ludibriaque eiusmodi perpeffa, quæ à dæmonis initu corrupta creditur (qualem apud Hollandos religiosam, ex propria peractæ cum dæmone huius spurciciei cõfessione flammis adiudicatam scio) ab obstetrice perita, uel alia non indocta femina inspiciatur, contrecteturque: eam enim adhuc uirginitatis zona, hyemene nimirum munitam esse (si alioqui à uiri concubitu fuerit libera) comperietur. Ea si quidē omnes uirgines ab initio dotatas, obuinctasque à conditore Deo fuisse, contra multo-

Concubitus dæmoni sci uanitas.

Virgo religiosa apud Hollandos ob incubum præcipue excubata.

Hymene dotata sunt omnes uirgines, Dent. 22.

rum secus contententium sententiam ostendere uolui: primumq; generale Mosis ex Dei uoluntate consilium, de indicijs uirginitatis indubitata cognoscendis, si de uirgine matrimonio tradita, in læsę antea pudicitię suspicionē maritus uenerit, proponā, explicaboque. id tale est: Si duxerit uir uxorem, accesseritque ad eam, & odisse eam cœperit, quæsieritque diuortij occasiones, nomen pessimum ei obijciens, & dixerit: Vxorem hanc duxi, & ingressus ad eam, non inueni uirginem, uel uirginitatis signa: tollent eam pater & mater eius, & proferent signa uirginitatis puellę ad seniores ciuitatis, qui sunt in porta. dicetque pater: Filiam meam dedi huic uxorem, quā quia odit, imponit ei nomen pessimum, ut dicat, Non inueni tuam filiam uirginē. & ecce hæc sunt signa uirginitatis filiæ meæ. Expandent uestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehendentque senes urbis illius uirum, &c. Quod si uerum est uerbum illud, & signa uirginitatis in puella non fuerint inuenta, ducent puellam ad ostium domus patris sui, obruetque eam ciues illius ciuitatis lapidibus, ut moriatur. Ad huius loci explicationem, & ut medicis in omnibus puellis hymena non agnoscentibus satisfiat, ac meum interim prosequar institutum, breuiter paucorum sentētijs prius annotabo, obiter deinde non pœnitenda quæ ad hanc rem facient adiecturus.

fen. 21.

cap. 1.

173 men.

Ad hūc modū scribit Auicēna: Ante uiolationē puellę uirginis, sunt in collo matricis pāniculi contexti ex uenis & ligamentis subtilibus ualde,

ualde, ortis ex omni parte eius: quos perrumpit mas, & effluit quicquid in eis est sanguinis. Item Almanfor: Os uirginis constrictum est, & rugosum: & in rugis colli uirgulares uenę texuntur, subtiles: quę quando corrumpitur uirgo, rumpuntur, & prædictę dilatantur rugę. Hymenis, in humani corporis exquisita dilectione incomparabilis ANDREAS VESALIVS, leuiter ex Arabibus in hæc uerba meminit: Arabum nonnulli quinque numero uenulas in medium longitudinis uteri ceruicis diffundi astruunt, & dextrarum uenarum ora cum sinistrarum oris coniuere, committique, ac ab illis puellarum hymena constitui docent, uenarum huc pertinentium copiam centonem nuncupantes. Explicatius de eo scribit doctissimus medicus Ioannes Guinterius: Uteri ceruicem, digitis in eam insertis, secabis ad os usque, si uenerem experta fuerit mulier: alioqui digitos haud ita facile, propter hymenæi impedimentum, inseras. Nam ceruix membranosa, ex musculis ipsius textura coniuet. Quę ut disrumpatur, prima coitio acerrima est. Propterea Celsus in sectione calculi fœminarum, uult uirgini digitos subijci tanquam maseculo (hoc est, per anum, ob hymenis scilicet interpositum, & pudendum contractius) mulieri per naturalia. Intra muliebri pudendum, siue in uteri ceruicis medio, eugion est (ait Alexander Benedictus, & Cælius) siue hymen, integritatis uel uirginitatis argumentum. Ea uero neruosa intelligitur exilitas, uenulis dispersa

*Li 3. Fabricæ
hum. corp.
cap. 9.*

*Lib. 1. Inslit.
Anat.*

Lib. 7. ca. 26.

Lib. 2. ca. 24.

Anat.

*Lib. 2. antiq.
lect. cap. 55.*

tenuibus, quam primus conuellat congressus.

Licet uerò hæc de hymene uirginitatis propugnaculo improbetur disputatio plerisque Galliæ Anatomicis, Fernellio puto, Syluio, Vasseo, Rondeletio, Carolo Stephano: nonnullis tamen Italis placet, uiris in dissectionis artificio exercitatissimis: in quorum numero principè facilè locum obtinet Gabriel Fallopius, cuius sententiam certiolem integramque orationem ex Anatomicis obseruationib. subnectâ. Aliud, inquit, etiam notandum in hoc sinu mulierum est, quòd Anatomici aliquot reperiuntur illos deridentes, qui hymen ibi collocant: uerù mea sententia non sunt ita deridendi, quoniam reuera tu uidere poteris in uirginibus membranam quandam nerueam, non autem carneâ, quæ immediatè post *κύστιδα* (ita enim Græci uocant canalem per quem mingunt fœminæ, uel rectius collum ipsius uesicæ) adest, & claudit sinû per transuersum. Attamen non est integra hæc membrana, sed in medio perforata, ut minimus digitus manus suo apice in adultis facilè ingredi possit: hocque uirginale claustrum est, ac per foramen illius facillimè egrediuntur menses. Hoc noluit Soranus esse membraneum, sed potius esse ipsius sinus muliebris angustias, factas ex quibusdam rugis collectis, quæ à uasis ex utero illuc prodeuntibus contrahuntur: cumque hæ rugæ extenduntur in stupratis uirginibus, atque dum uasa dicta disrumpuntur, dolorem pariunt, & sanguinem ueluti mactata esset uictima effundunt. Pace tamen ego tanti uiri di-

ri dixerim, quòd mihi potius uidetur membrana non admodum crassa, atque in medio annuli modo perforata, quæ postea lacerata in stupro, ac præter modum distenta, dolorem incutit: & tandem, ueluti in uiris fit, dum lacera-
tur glandis frenum, euanescit. Hæc ille, ad sententiam Carpi & ueterum quorundam Anatomici eorum stabiliendam.

In uirginibus itaque locellis, uel *κοιλῶν γυναικείῃ* inhæret latetque hæc tunica castitatis conseruatrix, qua primo insultu disrupta, uenarum uteri orificia hic intexta, delinenciaque, sanguinem fundunt, menstruum uulgò appellatum. Vnde nuptis uirginibus, prima concubitus nocte, ex huius membranæ uiolenter ruptæ uenulis sanguis promanat: cuius lituris, ut uirginitatis uel uirginalium notis, testibusque, tincta quibus teguntur uel incumbunt linteamina, coram magistratu, suspicacibus, coniugesque uiolatæ antea pudoris zonæ falsò insimulantibus maritis expandi ostendiq; iubet Moses. Hoc quoq; munimentum cognouit author carminis uulgò tritit:
Est magnum crimen, perrumpere uirginis hymen.

*Virginitatis
signa.
Mosis locus
explicatur.*

Apud Hispanos quoque admodum uulgarè est sponsis, eas solutæ uirginitatis lituras sanguineas in linteo à primo concubitu obseruare. Apud hos etiam filias pro uirginibus aliquoties diuendere solent quædam lucri cupidæ nimis fœminæ, hymena inuiolatum, eiusque rupto manantem sanguinem alia materie ficta imitatæ.

Ad

Ad ualidiorem argumenti propoſiti aſſertio-
nem, hiftoriam cunctis ſeculis memorabilem
In explicatio- hic, ex Suida breuibus contractam, aſcribere,
ne nominis uifum eſt non inutile. Ea ita habet: Quo tem-
Ieſu. pore Iuſtinianus imperium obtinebat, erat
quidam inter Iudæos princeps, Theodoſius
nomine. Hic cum familiariter admodum u-
teretur argentario Chriſtiano, cui nomen erat
Philippo, qui ipſum crebrò ad amplexandam
Chriſtianam religionem hortabatur: tandem
ingenuè faſſus eſt, ſe nihil dubitare, quin I E-
S V S, quem nos Chriſtum colimus, iſ ſit, quem
ſacri uates mundi Seruatorem prædixerunt:
uerùm ſe animũ inducere non poſſe, ut abdica-
tiſ, quibus nunc apud ſuam gentem fungitur
honoribus, nomen ſuũ I E S V Chriſto det.
Vt autem ita de I E S V Chriſto crederet, ſe
nò ſolũ ſacrorum uatum oraculis perſuaſum
eſſe: ſed myſterio quodam, quod apud Iudæos
in arcaniſſimis ſcriptum adſeruatur, comper-
tum habere, idque huiuſmodi eſſe. Mos erat o-
liũ apud gentem Iudaicam, quo tempore ædes
ſacra in Hieroſolymis extabat, uiginti duos
perpetuò ſacerdotes (quot ſcilicet linguæ He-
braicæ elementa) & ueteris Teſtamenti libri
numerantur, habere: & quoties de eo numero
unus aliquis mortem oppeteret, mox alium in
defuncti locum allegere: allectumque in co-
dicem, qui ad eam rem in æde ſeruabatur, cùm
illius ipſius, tum parentis utriuſque expreſſo no-
mine, referre: notatiſ etiam tum defuncti, tum
ſuffecti diebus. Cum itaque, quo tempore Ieſus
Chriſtuſ

*Hiſtoria de
Chriſti diu-
nitate & Ma-
ria ſemper uir-
gine, memorã
da omnib. ſe-
culis, maxime
cõtra Iudæos.*

Christus in Iudæa uersabatur, necdum tamen sese prodere, ueramque fidem propalam docere cœpisset, mortuus esset quidam ex dicto sacerdotum numero: nec, post multa ac uaria suffragia, quispiam satis idoneus esset repertus, qui in illius locum ascriberetur: tandem propositus est Iesus, Ioseph fabri (ut aiebant) filius, tanquam homo ætate quidem iuuenis, cæterum & uita & moribus & doctrina in primis commendatus. atque hoc suffragio ab omnibus demum approbato, uisum est matrem eius in cōfessum arcessere (pater enim obierat) cognoscendorum nominum gratia, quæ in codicem, ut dictum est, describenda essent. Illa igitur accita, & de filio eiusque patre sedulo interrogata, respondit: se matrem quidem I E S U esse, atque ipsum peperisse: nam eius rei testes sibi esse eas mulieres, quæ, cum pareret, præsto fuissent. patrè uerò nullum illi in terris esse: quod ex me (inquit) quibus uultis discite argumentis. Dum enim uirgo in Galilæa agerem, angelus Dei in domum, in qua uersabar, ingressus, non quidem dormienti, sed uigilanti mihi nunciabat, futurum ut è Spiritu sancto parerem filium, iubebatque nomen illi I E S U S indere. Itaque uirgo cum essem, per eam uisionem concepi: peperique I E S U M, permanens uirgo in hunc usque diem. His auditis, sacerdotes iuebant adesse fidas obstetrices, easque summa cura explorare, an etiamnum uirgo esset Maria. Illæ uerò cognita ueritate ex ipsa re, affirmabant eam uirginem esse. Aduenerunt quoque & illæ mulieres,

Maria post partum, & mortuum Iosephum uirgo.

lieres, quæ fortè fortuna adfuerant parienti, con-
spexerant quæ edente in infantem, quæ & ipsæ
attestabantur filium eius esse I E S V M. Quibus
rebus attoniti sacerdotes, denuò rogabant Ma-
riam, ut liberè profiteretur, quibus esset edi-
tus ille parentibus, quo ea ipsa parentum no-
mina possent in sacerdotum album referre. I-
bi rursus Maria: Ego, inquit, reuerà eum pe-
peri: uerùm nullius conscia patris in terra, au-
diui ab angelo filium Dei esse. Filius est igitur
meus, & Dei. Sacerdotes ergo cum hæc intelle-
xissent, in allato codice scripserunt hæc uerba:

*In sacerdo-
tum ordinem
cooptatus fuit
Iesus.*

Io die mortuus est sacerdos ille, illis natus
parentibus: cooptatusque est pro illo sacer-
dos communi omnium nostrum suffragio, I E-
S V S, filius Dei uiui, & Mariæ uirginis. Por-
rò hic codex è templi & urbis excidio à prima-
tibus inter Iudæos uiris magno studio ereptus
est, asseruaturque in Tyberiadæ, &c. Tandem sub
ijcit author, se hæc ab ijs audiuisse, qui è Philip-
pi argentarij ore intellexerant.

Ad hæc, præterquam quòd in uirgine quadã
certissimè etiam tegumentum illud solidissi-
mum deprehenderim, id ipsum quoque à pudici-
cissimis, mihi que familiaribus matronis, quæ
in seipsis hoc pudicitie munimentum prima ad-
missione obseruarunt, pudica collatiõe rescui-
hæ, omnes uirgines eo donatas esse, ex fœmi-
nis alijs, quibuscum familiariter & occultè hæc
de re contulissent, se intellexisse, uno quoque as-
seruerunt ore. Mēbrana interim alias crassiore,
firmiore que: alias tam ualida, ut chiurgi opera
indi-

*Hymen mem-
brana aliàs
crassior, aliàs*

indigeat, teste Alexandro Benedicto, & sectione opus sit: quasdam tenuiore fragilioreque hic obseptas esse, minimè dubium est: plerisque etiã putrescere eã ex humorũ affluxu, & ex morbo perrũpi cõstat. Exẽplo id testatũ facile fecerim: uerũm nõ est nostri instituti, inutilẽ huius argumẽti contexere telã. Satis sit indicasse, imò apertas ostendisse rationes, quib. succuborũ incuborumque falsitas detegitur: item Mosis locum nonnihil explicuisse: & medicis negantibus membranam hanc in omnibus uirginibus, ansam subministrasse, eã oculatius obseruandi: cuius quidem uitiatã prius nomine, uxorem secretò arguisse olim maritum non immeritò, memini.

Si quis iam exiguo illo hymenis foramine illusus, diabolum ut multiformem, Venereę rei ludibria posse cum uirgine exercere urgeat: huic responsum uolo, ut me doceat, quomodo eo uirginitatis munimento inuiolato, possẽt ex eiusmodi congressus partu progignere uterus materierum usque adeò grandium, durarum, asperarum, acutarumque monstra, qualia Magdalenam quandam Constantiã captam ex tali concubitu peperisse, paulo post ostendetur. Enimuerò si à portentosarum harum rerum procreatione puella, à partium uteri peritis introspiceretur, contrectareturque, ut artis est, fraudem illusionis primũ phantasię in Veneris opere ingesta factã, deinde ut imaginariũ ille cõgressus iudicaretur uerus, dolores partus à spiritu cieri, atq; rerum absurdarum insensiliũ

mor-

*uvalidior, ut se-
ctiõne opus
sit, aliã fragi-
lior.*

*Alexander
Benedictus
li. 2. ca. 24.*

mortuarum congeriem uelut illius coitionis
fœtum ostentari à mille artifice, euidenter con-
staret.

Lib. 3. fen. 21.
tract. 4. ca. 1.

Lib. 2. ca. 72.

Actius libro
15. cap. 98.

Lib. 7. ca. 28.

Actius libro
16. cap. 97.

Paul. Aegi.
lib. 6. ca. 72.

Atqui membranulas eiusmodi circa puden-
di osculum quandoque adnasci, asserit Auicen-
nas, uitium id clausuram nuncupans: quod ala-
ticam appellat Albucas, inter Arabes non asper-
nandus chirurgus. hoc malo affectæ, Græcis *ἀρτε-
ται*, hoc est, imperforatæ dicuntur. Eius quoque
meminit Corn. Celsus. Phimosi adhuc est com-
pactio in ore aut collo uteri, ab ulcere præceden-
te orta, teste Aetio. Sed hæc præter institutum.

*Quædam adhuc ad præcedens argumentum
facientia, obseruatuq; apud me-
dicos dignissima.*

Cap. 38.

QVæ autem rara memoratuque digna in
plerisque puellis à me sunt obseruata,
ob argumenti communionem hic obi-
ter adhuc subiungere uisum est: ut etiam alijs i-
dem passis uitium, si quando postulet neces-
sitas, promptius succurri queat. Priori circiter
octodecim annos natæ, in ciuitate Grauiensi,
chara mihi patria, ualida membranula in uteri
ostio sanguinis saburra distendebatur, tume-
batque cum ingenti dolore: quam quum ex li-
tura à uiuo colore aliena, uno in loco putrere
iudicarem, uellicans leuiter, aperire frustra ni-
tebar: ea tamen postea perrupta sponte, co-
piosus profundebar sanguis, unde paulatim
conualuit.

Ad

Ad alteram puellam extremè Craneburgi decumbentem, matronæ uicinæ cum obstetrice accurrentes, eam gestare uterum uno ore, fœtus patrem quoq; denominâtes, occlamabant: (illa licet interposito etiam iuramento contradicente, ac se uirum nunquã admisisse, liberius affirmâte) usque adeò huic uterus, potissimum in dextro uentris inferioris latere protuberabat. Ad hanc quoq; uocatus, re apud mulieres & obstetricè desperata, eius scilicet partus doloribus intolerabilibus in tertiam septimanam nocte diuq; perdurantibus, cum aliqua urinæ suppressione, uigilijs continuis, & appetitus deiectione, partem affectam secundum artis legem & postulantem necessitatē tracto. ubi tam ualidè obfirmatum membrana illud pudendi os comperi, ut ne subtilissimi etiam specilli cuspidem usquam, præterquam in oris uesicæ extremitate huic annexa, admiserit (quemadmodum in superiore quoq; contigit) tametsi diligenti indagine circumquaq; tentaretur. Re autem penitus introspecta, pensiculataq;, quum puellam hanc annum agentem uigesimum primum, forma uenusta, florida uiuidaq;, constitutionis prorsus sanguinæ, antea expurgationes menstruas nunquam sensisse, præter leue paucarum stillarum indicium, quatuor antè annis matre defuncta, intelligerem: earum partium uenarum orificia magis hic introrsum reserata, confertim in ea ætate, temperamento, uitæ ocio (satricula etenim erat) & anni uerno tempore, efferuescentem profudisse sanguinem, apud me

coniectura

coniectura collegi. Itaq; anhelitum puellæ supi-
næ comprimere iubeo, retractis diductisq; cru-
ribus, quo magis tenax pellicula reniteretur: at
quo uestigio impresso in eius medio à perinæo
uersus uesicę collum, & iusto utrinq; relicto in-
terstitio, chirurgum, ob casus illi inauditi rari-
tatem tremebundum, ut rasorium mei nominis
naufragio imprimeret adhortor: ac reiterata ob
neruolam crassitiem bis sectione, supra octo
sanguinis atri libras paulatim profluxisse, testa-
buntur plures matronæ. In eo decubitu eam ad
tertium permanere diem propter hæmorrha-
giam iubeo, licet se mox ab incisione maximo-
pere leuatam sentiret, de nulla debilitate ob lar-
gissimam sanguinis tanto tempore extra uenas
in ijs partibus retenti effluxionem, conquesta.
Elotis inde huius eluuiæ reliquijs, aqua hordei
cum melle rosaceo syringe iniecta, post tertium
diem suæ restituebatur libertati, ualitudinem
pedetentim consequuta inculpatam, ut uicesi-
mos secundo die post incisionem legitimè cœpe-
rint fluere menses, suum deinde seruantes natu-
ræ tenorem.

*De abditis
Sanat. causis
cap. 28.*

Similem casum recenset Antonius Beniue-
nius his uerbis: Incidit in manus nostras puella
quædam iam matura uiro, iam plenis nubilis an-
nis, cui naturalia ipsa clauderentur. Quæ cum
ego huiusmodi malum curaturus inspicio, mē-
branulam quandam uideo, quæ ipsius uul-
ori opponeretur. Quare duabus lineis inter se
transuersis eam incido, statimq; tanta ac tam
ingenti impetu nigrior materia profluxit, ut
grande

grande lumen, quod tunc minister adinouerat, extinxerit. Menses enim præteriti intus tenebantur, qui & dolores etiam singulis mensibus excitarent. Fum reliquum curæ ex aliorum ulcerum more prosequutus, haud multis post diebus puellam ipsam sanam, & cõiugio aptam relinquo. Hæc ille. Alias duas iam nuptui collocatas, ab obstetrice perita sectas etiã noui. Proxima adhæc hyeme, quum puellæ octo circiter menses natæ urina impeditius flueret, nisuque membranula prominere, uteri orificio filiollâ carere suspicata mater indocta, eam mihi offert inspiciendâ; ego aciculę capitello in membrana hæc circûscripta, & uesticæ colli extremitate ostensa, matrem rectius institui: & quid ad eliciendû liberius lotium faceret, edocui. Huc facit Aristotelis sententia, qui inter conceptionis impedimenta & monstrosarum naturarum procreationem, morbum istum connumerat hæc uerborum serie: Iam fœminis nonnullis os uteri compressum, concorporatumq; ab ineunte ætate ad tempus usq; menstruorum perseverauit: mox urgentibus mensuris doloreq; infestante alijs sponte disruptum est, alijs dissectum à medicis: nonnullæ interierunt, quum aut per uim disrumperetur, aut disrumpi non posset

*Lib. 4. ca. 4.
de generat. animal.*

Quòd filij Dei ad filias hominum ingressi sint, locus hic Mosis explicatur: quo magis congressus diabolici uanitas elucescit.

Cap. 39.

Genes. 6.
Locus Mosis
explicatur,
quòd filij Dei
ingressi sunt
ad filias homi-
num.

SI quis iam præfractior, ad illam Mosis sententiam mihi obtrudendâ cõfugiat, Quòd filij Dei ad filias hominum ingressi sunt, atq; hæc genuerint potentes & celebres uiros: & hinc cum multis alioqui doctis uiris inferre studeat, dæmones posse mulierum concubitu frui, atq; generare: huic Augustini Steuchi Eugubini, episcopi Kisami, uerba hæc, quibus errorem hunc solidè refellit, opponam: Illud, inquit, reijciendum, separandumq; à natura dæmonum uera, & penè inter fabulosos dæmones censendum, quod non modò è nostris quidam, sed etiã prophanæ philosophiæ professores pleriq; sibi per suaferunt, de filijs illis Dei, qui dicuntur apud Mosem filias hominum uidisse, accensosq; in earum cupiditate, ex eis filios genuisse: qui quum dicantur Hebraicè Nephilim, ab Hebræis nescio quibus, & nostris, quinetiam externè philosophis, dæmones crediti sunt, qui partem diuinam atq; humanam mistam habuerint. fueruntq; multi, filios illos Dei angelos suspicati: è quibus, cum multis Hebræis, Iosephus, in sua de antiquit. Iudaic. historia: quem tamen Zonaras historicus excusat, quasi angelos ille appellarit filios Seth, ut Deo placentes, & angelorum uitam æmulantes. Fuerunt & alij in ea opinione, ut Lactantius: uideturq; antiquissimus error è libris Mosis non

Li. 6. cap. 32.
de Perenni
philosoph.

Genes. 6.

Nephilim.

Lib. 1. cap. 3.

Lib. 2. ca. 15.
instit. diuin.

non rectè intellectis haustus. Siquidem perhibet Plutarchus, Pythagoram, Xenocraten, Platonem, Chrysippum, superiores Theologos sequentes credidisse, dæmones fuisse hominibus quidem robustiores, uiribusq; longè præcèlentes, diuinitatem (inquit) habentes neq; synceram neq; puram, sed cum animæ natura & sensu corporeo coniunctam, uoluptatis & laboris capacem. Hoc etiam credidit Athenagoras philosophus Christianus, Iustinus item idem philosophus, & Tertullianus, omnes ambiguitate uocabuli ducti: arbitratiq;, filios Dei, angelos, purosq; deos, genitos ex eis: alij dæmones, alij heroas uocâtes eos, ἀπὸ τῶν ἡρώων, amore illo quo *Heroes unde dicti.* illi filij Dei in feminas exarsissent, filiosq; eximie uirtutis & audacię genuissent, quod in Cratylo etiam retulit Plato. & Athenagoras in legatione scribit: Similis quoq; conditio fuit angelorum. Etenim cùm omnes essent liberæ uoluntatis, alij in ea qua creati à Deo fuissent, conditione permanserunt: alij naturam suam & conditionem uiolauerunt. Is ergo dæmon materię, & formarum quæ sunt in ea, Imperator extitit, & ceteri qui ex his circa primum æthera uersantur. Scitis autem nihil absq; testimonio nos prædicare, cum nitamur dictis Prophetarum. Illi igitur à carne uicti, & in concupiscentiam prolapsi: is autem neglector, & prauus circa rerum sibi creditarum curam est inuentus. Ex his uerò qui in uirgines exarserunt, nati sunt hi qui Gigantes sunt appellati. Itaq; angeli lapsi de cælo, circa aerem & terram, prohibiti deinceps cæ-

lum repetere, uersantur. animi quoque Gigantum circum mundum. hæc ille. Tertullianus quoque eadem sensit. Quæ quidem doctiores melioresque theologi, quibus filiorum Dei notior fuit appellatio, nunquam dixissent: non Hieronymus, non Augustinus, non Gregorius Nazanzenus, non prudentissimus Chrysostomus. Nec difficile est erroris fontem agnoscere: nec durum probare, solitas sacras

Filij Dei
1^{ui}. literas filios Dei nuncupare dilectos illi, illumque colentes. Vt de Israele: Ex Aegypto uocaui filium meum. Et in Exodo: Filius meus Israel. In Psalmo quoque clara existit differ-

Osee 11.
Numer. 24.
Matth. 2.
Psal. 81. rentia, cum homines sunt filij Dei, & cum non sunt: Ego dixi, dij estis, & filij Excelsi omnes: uos autem sicut homines moriemini. Ecce eosdem filios Dei & homines appellat: sed filios Dei, quia creati ab illo, factique uelut dij, futurique, si Deum coluerint: homines autem, quia in terrenam fragilitatem dilapsi, regis cœlestis

Filij Dei. imagine denigrata. Tales erant illi eluuiouis tempore filij Dei, bona progenies ex Seth, que commista cum filiabus hominum, scilicet corruptissimis feminis, que sicut uxor Adam, deincepsque ferme omnes sic maritos suos corruerunt: unde corruptiores filij nati, origo mali, sanguinis pij cum impio commistio: propterea nati bellicosi, superbi, contumeliosi. Hæc sunt ueriora, à natura non abhorrentia: cum illa non absint à fabulis Poetarum. Nec naturâ fieri potest, nec assentitur philosophia, spiritus corpore nudatos, amore seminarum capi, aut ex eis generare.

generare potuisse. Habet enim fontem suū, & inferiores ortus, cupiditates: si desit causa, desit effectus. Vbi non sunt membra genitalia, non est amor cocundi. Vbi non est cibus & potus, non est sperma. Vbi non fuit querenda successio & propagatio, non adhibuit natura cupiditatem generandi. Sicut spiritus nudi sitire aut esurire non possunt, sic ueneris libidine nequeunt inflammari. Absurdum quoque, duos esse genera dæmonum: tum ipsos angelos lapsos in concupiscentiam, tum animas Gigantum. Fuerunt enim Gigantes homines, nec ex hominibus faciendi sunt dæmones: nec casus eorum fuit, quod exarserint in amorem. Erunt igitur fabulosi dæmones, tam quos libido rapuisset, quam generati ex eis. Tales erunt, quales Hæctor, Achilles, Aeneas, Hercules, ex hominibus & deis nati, apud Poetas. Hæc Augustinus Steuchus: à cuius sententia rationibus ac ueritate comprobata, quamuis Lactantius in uoluntate discrepet, in uniuersali tamen de gentiliū dijs *dijs* non discedit. Sic enim argumentatur: Quid est autem tam remotum à Deo, quam id opus quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit, & quod sine substantia corporali nullum potest esse? Dii ergo si sunt immortales & æterni, quid opus est altero sexu? nimirum ut generentur. Ipsa progenie quid opus est? cum successione non egeant, qui futuri sunt semper? Poterat hic argumentum Lucretij addere, quod ego ualidissimum existimo:

Spiritus carnem & ossa non habet.

Luc. 24.

Lib. 1. de instic. relig. cap. 8.

Deos ac dæmones nō coi- re.

Lib. 1.

— *Si numina nasci**Credimus, haud quenquam fas est cœpisse deorum.*

Sequitur apud Lactantium: Ut habeat uel minitros, uel in quos ipse possit dominari. Quid igitur opus est sexu fœmineo, quum Deus, qui est omnipotēs, ut uocatur, sine usu & opera fœminæ possit filios procreare? Nam si quibusdam minutis animalibus id præstitit, ut sibi è folijs natos, è suauibus herbis ore legant: cur existimet aliquis, ipsum Deum, nisi ex permissione sexus alterius, non posse generare? Illos igitur quos imperiti & insipientes tanquã deos & nuncupant & adorant, nemo est tam inconfideratus, qui non intelligat fuisse mortales.

Semideos, ut alios mortales, fuisse natos: nec hominem, nec perfectum animal absq; coitu & semine maris ac fœminæ, nasci, aut concipi.

Cap. 40.

Semidei quales crediti.

EX superioribus apparet, quàm absurda sit ac prorsus indigna Christiano, Fulgentij sententia, qui quos Scriptura Nephilim, & Hebræorum theologia Iffim appellat, eos & Heroas, & Semideos, & deos Senones dictos ait: aut quia ob meriti paupertatem cœlo digni nō censeantur, nec terreni tamen putentur propter gratiæ uenerationem, cuiusmodi olim Priapus, Hippo, Vertumnus: aut quia diuinis uirtutibus, & in humanum genus beneficijs in hac uita præcellentēs, post exutum hunc mortalem hominem in deorum beatorum choros translati sunt, ijsdem quibus olim in hac uita beneficijs

beneficijs ac uirtutibus, mortalibus perpetuò
 prouidentes : aut quia a reano superùm semine
 procreati sunt, quos ex deorum siue dēmonum
 commixtione cum hominibus genitos putant,
 ideoq; mediam quandam naturam sortitos, ut
 qui nec angeli, nec homines sint. Etenim non
 apud Christianos, sed apud Ethnicos numina
 quædam tantum, sunt terrestria, quædam cœle-
 stia tantum, quædam media, quæ Apuleius ani-
 malia ingenio rationabilia, & animo passiuā,
 corpore aerea, tempore æterna dicit. Antiqui-
 tas autem Medioxumos appellauit, quòd ue-
 lut intercessores Deo minores, hominum au-
 tem natura maiores esse, & diuina quædam mu-
 nera nobis tanquam *μίστρα* conferre uiderētur:
 ut Aesculapius, Pollux, Castor, Liber, Quiri-
 nus, Atlas, & alij, quos Augustinus Steuchus
 nominauit. Herculem Seruius comunē Deū
 utriusq; naturæ dicit, medium inter diuinitatē
 & humanitatem. Ex Ioue enim & Alcmena na-
 tus fingitur, quæ uxor erat Amphitryonis. Hinc
 cum per Herculem iuratur, Mediusfidius iura-
 ri solet, quasi medius filius. Vt autem ex homi-
 ne Deum nasci, nec diuinitatis nec humanita-
 tis patitur ratio, siue ex fœmina & uiro simul, si-
 ue ex uirgine tantum, quemadmodum Sibylla
 Erythræa dicit,

— ἡ δὲ φύσις ἀνδρῶς

ἢ καὶ μητρὸς, μήτρας τε, θύοις τε γυναικῶν ἢ ἀνδρῶν

Sic etiam neq; homo, neq; perfectum animal,
 nisi ex maris ac fœminæ congressu, uel concipi
 uel nasci potest. Repugnaret enim hoc non so-

*Medioxumò
 dij.*

Aeneid. 8.

*Deus ex ho-
 mine non po-
 test nasci.
 Festus uerbò
 Med.*

*Nullum ani-
 mal nisi ex
 utroq; sexu.*

lum ipsi ueritati, ac sacrosanctæ religioni nostræ, uerùm etiam uniuersæ rerû naturæ. Nam profectò in hominibus, cæterisq; animantibus diuersitas sexus & coitio & generatio nullam habet aliam rationem, nisi ut omnia genera uiuentû, quando sunt cõditiõne mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari. Quod si absq; coitu sexus utriusq;, uel quo alio modo fieri posset, iniquissimas atq; ridiculas tulisset

Dial. de rep. Plato leges, qui cœlibatum è sua repub. nõn solum exterminauit: sed ijs etiam qui non nubere-
10. rent, mulctas pœnasq; constituit. Atq; hæc est

L. 1. ff. solut. matr. Justin. in Nou. de nupt. Animalia perfecta & imperfecta. unica naturalis nuptiarum & ratio & causa, quã Iureconsulti prudenter inspiciunt. Aristoteles quidem & Theophrastus animalia bifariam generari rectè dixêre, alia scilicet ex coitu, alia ex terra & putredine. At illa perfecta sunt, hæc autem imperfecta, de quibus hic non loquimur.

Genes. 1. August. lib. 21. Sententiarum, Sent. 7. Etenim Deus in principio perfecta omnia condidit: & hominem quidem & reliqua in speciẽ suam, hoc est masculum & femellam, nullo genere excepto, nec aquatili, nec uolatili, nec terrestri. Nam in uniuersali *κατακλυσµῶ* mundi, licet ipse postea sua uirtute denuò quælibet crea-

Genes. 7. re potuisset, Nohæ tamen ita mandat: Ex omnium iumento mundo tolles septem & septem, masculum & fœmellam eius: de iumento uerò immundo duo, masculum & fœmellam eius. De uolucris quoq; cœli septem & septem, masculum & fœmellam, ad uiuificandum. semen super faciem uniuersæ terræ.

Quare, quod Aeneas Syluius fabulosum esse putat,

putat, ut anseres in Scotia uicina ex arboris fructibus in aquam decidentibus nascantur, ut tradit Saxo Grammaticus: idem ego sentio de eo quod Ouidius tradit, channem piscem ex seipſa concipere: & quod Archelaus de leporibus, utramque uim singulis inesse, ac sine mare æquè gignere: quodque Aristoteles & Alexandri milites sunt mentiti, generationem murium lambendo constare, non coitu. Hyænam quoque parere sine mare, uulguſ credit, Aristoteles negat. Idem de uulturum fœmellis traditum est. Superat autem omnia hæc mendacia, quod dicit, in Lusitania circa Vlyxipponem oppidum & Tagum amnem, equas Fauonio flante obuersas, animale concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni perniciosissimum ita, sed triennium uitæ non excedere:

*Animalia
nulla ex se cõ
cipere.*

*Plin. lib. 32.
ca. 7. li. 8. ca.
55. li. 10. cap.
69.*

*Plin. li. 8. ca.
30. Origenes
in prim. cont.
Faustum.*

*Plin. li. 8. ca.
42.*

Ore omnes uersæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantq; leues auras, & sæpe sine ullis
Coniugys uento grauida.

Virg. 3. Geor.

Atque hæc de animalibus brutis. Quæ si ratio ipsa respuit, ac sacra Scriptura refellit, quanto minus in homine concedenda? Concideret enim summum nostræ fidei fundamentum, abstrusissimumque incarnationis Christi mysterium: & quod supra naturam operante Spiritu Dei fuit effectum, id natura sibi uendicaret. Sola enim Maria uirgo, & ante partum, & post partum, Christum hominem & Deum sine uiro & concepit & peperit, ut supra demonstratum est: nec ulli unquam hoc aut tributum fuit, aut tribuetur

*Nemo præter
Christum ex
uirgine natus
sine uiri semine.*

Eſai. 7.

Cap. 34.

*August. cõtr.
Iud. cap. 9.*

tribuetur

tribuetur mulieri: ne fortè potentia & uolútas diuina prætendatur, cum hæc mendacia passim tradi uidemus. ueluti Platonem ex uirgine, Apollinis phantasmate oppressa natum: & Gothicas, quas Alrunas uocant, & specie & ingenio spectabiles fœminas, olim Filuniri siue Idáthro si Gothorum regis castra egressas, ac per Asiaticæ Scythiæ solitudines oberrantes, à Faunis & dæmonibus cõpressas, ac inde procreatos Hunnos fuisse. Se amore captos esse mentiuntur dæmones, ut amentes uicissim fœminas in officio arctius constringant, ardentè animarum perditionem depereuntes. Quod autem non ex mare, sed ex semetipsis concipiunt mulieres, ea est caro informis, inanima, quas molas nos uocamus. Ideo non animatur, quia non est ex duobus. Falsissimè igitur Simon magus ex uirgine se natum iactabat, ut Deum mentiretur: falsissimè Merlinus, dæmonis & uirginis filius, ut infra dicemus: falsissimè Seruius Tullus Laris familiaris filius creditus, & reliqui omnes semidei, de quibus diximus. Nam & ipsi mortales fuerunt, & patres eorum uirj, & matres fœminæ.

Mola mulierum.
Plin. li. 7. ca.
15. & lib. 10.
cap. 64.

Plin. lib. 37.
cap. 37.

Cur ex dijs ac uirginibus homines nasci cõfictum sit, et qua ratione spiritus ac dij cum mulieribus coeant, historijs aliquot docetur.

Cap. 41.

Cur sine uiri coitu, multi uati fingantur.

Conficta autem & excogitata fuerunt illa ab hominibus & antiquitùs, & nostro seculo, uel per adulationem, ad principum ac potentum

tentum familias illustrandas ac euehendas: uel per pudorem, ad obscuritatem generis aut natalium turpitudinem tegendam: uel per timorē, ad stupra mulierum aut adulteria celandā: uel per artem, ad libidinem quorundam explendā, qui plerunq; sunt aut iuuenes, aut ociosi sacerdotes, & forma & uarietate mulierum templa frequentantium capti. Iouem hoc pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Et Chærea consimilem iam olim lusisse se lusum ait, Deum sese in hominem cōuertisse, atq; per alienas tegulas uenisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu cōcutit. Ego homuncio id non facerem?

*Imber aureus
Iouis.
Terent. in
Hecyr.*

Patebit hoc optimè ex hac elegantissima Iosephi historia. Circa Christi tempora etiam Romæ, in sacris Isis, summa turpitudinis deprehensa est. Erat Romæ Paulina, mulier non minus probitate morum quàm natalium claritate illustis, adhæc opulenta & formosa, ut quæ esset in ipso ætatis flore, sed in primis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, uiro tali coniuge dignissimo. Huius amore captus est Decius Mūdus, iuuenis nō obscurus in equestri ordine. & quia maior erat fœmina quàm quæ corrūpi posset muneribus, eo magis accendebatur amanti insania, ita ut offerret ei pro unica nocte ducenta drachmarum millia. Ac ne sic quidem ualens eam flectere, non ferens amoris impotentiam, decreuit morbum simul & uitam finire inedia. Hoc eius propositū non fefellit. Iden, libertana

*Ioseph. antiq.
Iud. l. 18. ca.*

*Amoris uis,
ac precium.*

*Falsa religio-
nis usus.*

*Sacerdotes Isi-
dis leuones.*

*Iuuenis pro
deo corp.*

libertã Mundi paternã, uarijs instructã, sed non probatis artibus: quę indignè ferēs obstinationem iuuenis, blanda oratione conuentũ anima re conata est, spem ei faciens, effecturã se ut potiatur Paulinę complexibus. Cumq; ille preces eius libèter acciperet, ait sibi opus quinquaginta tantũ drachmarũ millibus ad expugnandam mulieris pudicitia. Ita refocillato iuuenes, & accepta quantã petierat pecunia, nouã doli uiam ingressa est, uidens Paulinam nõ capi pecunijs. Sciens porrò, eam uehemèter addictã Ifidis cultui, tale quiddam comminiscitur. Cõuentis aliquot ex eius sacerdotibus, accepta fide silentij, & quod efficacissimũ est, ostentato præmio, in præsens XXV millibus, & alteris totidem post nauatam operam, indicat eis amorem iuuenis, rogans ut omnibus modis adniterentur eum reddere uoti compotem. Illi auri cupidine tacti, benignè sunt polliciti: quòrum natu maximus properè se ad Paulinam contulit. & admissus, impetratoq; absq; arbitris colloquio, uenire se ait missum ab Anubide, capto ipsius forma, & iubente ut ad se ueniat. Illa libenti animo accepit nuncium: moxq; iactabat se apud familiariter notas mulieres, quòd dignata sit amore Anubidis: marito quoq; indicat, condictam sibi cœnam & cubile Anubidis. Id eo facilius concessum est, quòd cognita & probata esset uiro coniugis pudicitia. Itaq; in templum proficiscitur, & post cœnam instante somni tempore inclusa per sacerdotem, tenebris cõciliantibus in latentem ibi Mundũ incidit, totamq; eam no-
ctem

stem obsecuta est iuueni, Deo se gratificari existimans. Eo deinde abeunte, priusquam sacerdotes doli conscij surgerent, Paulina mane ad maritum reuersa, cōgressum cum Anubide prædicat, & idē apud amicas quoq; magnificis uerbis exaggerat. Illis nec credere libebat, rei naturam considerantibus: nec mirari tamen non poterant, ob insignem mulieris pudicitia. Die deinde post rem patratam tertia, Mundus adamatæ fortefortunā obuius: O factum bene Paulina, inquit, quod & ducenta illa millia mihi seruasti, quæ potuisti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ uoluntati gessisti. Nihil enim mea refert, quod Mundum contempseris, quando quidē prætextu Anubidis optata uoluntate expletus sum. atq; his dictis abiit. At mulier tum primò deprehenso flagitio, uestē sibi lacerat: & re tota ad maritū delata, obsecrat ne tā insigne ludibriū impunitū sinat. maritus porrò Imperatori totum significat. Tiberius, postquā accuratissima inquisitione didicit omnia, sacrificos illos impostores in crucē egit: unaq; Iden, inuentricē huius sceleris, cuius præcipua opera fuit in corrūpēda mulieris pudicitia: dirutoq; tēplo, statuā Isidis iussit mergi in Tiberim. Mundū autē mitiore pœna exilij castigasse contentus est, crimē eius in Cupidinis impotentia referēs. Eusebius nō minus notabile refert Saturni adulteriū. Sacerdos Saturni, Tyrānus nomine, quasi ex respōso numinis, adorantib. in templo nobilib. quibusq; & primarijs uiris, quorū sibi matronę ad libidinē placuissent, dicebat, Saturnū præcepisse,

Lenocinij pœna.

*Eccles. hist. li.
11. cap. 25.
Deorum libidines per sacerdotes exercantur.*

præcepisse, ut uxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quòd uxor sua dignatione numinis uocaretur, exornatam comptius, in super & donarijs onustam, ne uacua scilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum, in conspectu omnium conclusa intrinsecus matrona. Tyrannus clausis ianuis, & traditis clauibus, discedebat. Deinde facto silentio per occultos meatus & subterraneos aditus, intra ipsum Saturni simulacrum patulis irrepebat cauernis. Erat autem simulacrum illud à tergo exesum, & parieti diligenter annexum. Ardentibusq; intra ædem luminibus, intentæ supplicantiq; mulieri uocem subitò per simulacrû æris concaui proferebat, ita ut pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quòd dignam se tanti numinis putaret alloquiò. Posteaquam uerò quælibet fuerat, uel ad consternationem maiorem, uel ad libidinis incitamentum differuisset numen impurum, arte quadam linteolis obductis, repentè lumina extinguiebantur uniuersa. Tum descendens, obstupefactæ & cõsternatæ mulierculę adulterij fucû prophanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo iam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruisse facinus, & attentius designantè cognouisse uocem tyranni, ac domum regressam uiro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, immò potius sua, ardentius inflammatus, inscriptum tyrannum ad tormenta deducit. Quo conuicto atq; confesso, eçcisq; fraudibus

Fucus sacerdotum in adulterijs.

fraudib. reuelatis, pudor omnis & dedecus Paganorum peruaserat domos, adulteris matribus, incestis patribus, liberis spurijis deprehensis. Hinc existimare possumus, ac dignoscere, quomodo matrona Romana fuerit à Marte compressa: cuiusmodi multa Valerius Max. & alij historici referunt. Fuit hæc fraus semper usitata sacrificis, ut hac de causa simulacra deorum, ipsosq; deos & comedere, & bibere, & coire fingat. Nota est historia apud Danielelem, de sacerdotibus Bel septuaginta, qui cum ea quæ Belo proponerentur, tam cõstanter eum ipsum consumere affirmarent, ut sanctum Dei propheta tam in discrimen uitæ adducerent, ostium fani regem obsignare patientes: eos tamen sub mensa occultum aditum habuisse, ac per eum cum uxoribus & liberis ad Dei pateras exhauriendas patinasq; euacuandas uenisse, ex uestigijs summa prudentia deprehendit, regi q; demonstrauit. Quæ sagacitas quàm nostris etiam temporibus utilis, atq; adeo necessaria esset, Aureliana Necromantia docet, & Christi diuæq; uirginis apud Bernates colloquium monachorũ arte confictum, de quo suprâ dictum est.

*Sacerdotes
semper pro
Deo suo comedunt & co-
unt.*

Daniel 14.

Lib. 2. ca. 32.

De uanitate feminis per succubum & incubum translati. Cap. 42.

Quod uerò peculiare dæmonis prius cū uiro, deinde cum muliere congressus figmentum commententur nimis impudenter, ac argumententur absurdè admodum plerique Theologi (ut Mallei maleficarum architecti,

x

Henricus

22 De præstigijs dæmonum

Henricus Institoris & Iacobus Sprenger ordinis Prædicatorū, sacræ paginæ doctores & hæreticæ pestis inquisitores, eiusdem item ordinis Petrus de palude, atq; Martinus de Arles theologiæ professor, ac huius farinae alij) eundem scilicet dæmonem uiri scelerati prius succubum, effici mulieri deinde incubum: semēq; uiro antea ademptum, mulieris inde sinui in ipso actu instillari, atq; hinc prolem concipi, progigniq;: quem tamen Grillandus ait non dicendum filium dæmonis, sed eius cuius erat sperma. itaque firmare cōmuniter Theologos, S. Thomam in tract. qq. i. parte. tit. de miraculis. q. 8. uers. ad primum. In Augustino uerò, quem citat, nihil eiusmodi reperi. Proinde dum ad choreas translatae sunt uxores, satanam alium dæmonē in forma succubi marito substernere, qui adeò bene se accommodet coire uolenti, ut etiam callidissimum quenque falleret: ut ait Thomas d. tit. q. 5. Næ id ridiculum nimis uideretur, quàm quod multis debeat cōfutari argumentis. Hoc solummodo dicam: illam feminis ex sanguine & spiritu temperiem generationi aptam in ordinatis à Deo locellis, extra propria conceptacula, qualicunque præcipuè translatione corrumpi & interire: propterea quòd spiritus ac calor ille cordis totiusq; corporis nec adsit, nec quantitate & qualitate iusta sit in eo temperatus. quamuis eam à dæmone conseruari posse nugetur Thomas, tum propter motus celeritatē, tum fomenta adhibendo, quibus illa defenditur. Si enim hoc fieri posset, quàm

De eodem dæmone succubo & incubo absurdum quorundā Theologorum argumentum
Volum. 10.
tract. de sortil. 7. quest. num. 13.

quàm fecunda monstrorum mater tam longo tempore extitisset humanum genus, semine ex feris uel bestijs permutato, translatoque ab incubo demone, & mulieris sinui infuso: En horribilem consequentiam. Hinc uides, quàm omnino non sit credendum Alberti scholiastæ, qui quasi per somnum sic scribit: Si semen emissum ad terram poneretur ad matricem, possibile esset quod conciperet: & sæpius contingere, quòd in balneo, ubi uir sperma emittit, muliere præsentem, ipsa tanquam in coitu concipiat, quia matrix est maximè attractiua, & semen adhuc uigens, nec exhalatione impotens, atque ideo fœtum produci posse, idq; experientia comprobatum esse. Nam si semen super saluam effunderet felis, atque saluam hanc aliquis comederet, tum ex illo semine generarentur in uiri uentre feles, per uomitum expellendi. Absurdiora hæc sunt, & mendaciora, quàm ut longiori refutatione indigeant. Idem sit responsum feminæ habitanti in uicinia Auerrois, qui scribit eam iureiurando confirmasse, quòd infantem conceperit semine profuso à lasciuiente masturbatore, & in balneo attracto: & ancillæ reginæ Tanaquilis Ocrisæ, quæ Tarquinio Prisco regnante, iactabat sibi repente in foco comparuisse genitale è cinere masculini sexus, seq; insidentem ibi consurrexisse grauidâ, & ita Seruium Tullum natum, qui regno successit. Eiusdem profectò uanitatis illud Plinij de perdicibus. Neq; in animali alio par opus libidinis. Si contra mares steterint feminæ, aura ab

*Lib. de for-
mat. hom. ca.
1. de Genér.
uibrj.*

*Lin. li. 1. Pl.
lib. 36. ca. 37.*

*Ser. Tullus
Laris F.*

*Plin. lib. 10.
cap. 33.
Falsa de per-
dicibus*

324 De præstigijs dæmonum

his flante prægnantes fiunt. Hiantes autem ex æta lingua per id tempus æstuant, concipiuntq; superuolantium afflatu, sæpe uoce tantum audita masculi.

De Syluanis, Faunis, & Satyris.

Cap. 43.

NEc dubium est, alios mihi Augustinum hic de incubis dæmonibus obiecturos, ita scribentē: Quoniã creberrima fama est, multiq; se expertos, uel ab eis qui experti essent (de quorum fide dubitandum non est) audisse confirmant, Syluanos & Faunos, quos uulgo Incubos uocant, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum: & quosdam dæmones, quos Galli Dusios nuncupant, hanc assiduè immundiciam & tentare & efficere, plures talesque asseuerant, ut hoc negare impudentiæ uideatur: non hic temerè aliquid audeo diffinire, utrum aliqui spiritus, elemento aereo corporati (nam hoc elementum etiam cum agitur flabello, sensu corporis tactuq; sentitur) possint etiam pati hanc libidinem, ut quo modo possunt, sentientibus feminis misceantur. Hæc parum aut nihil facere cōtra nos, intelliget is, qui cum nostris rationibus suprã adductis, exactius singula discusscrit, expenderitq;. Quæ insuper rumore acceperit ille, duntaxat recenset, nec certi aliquid statuere audet. & si demus, spiritus aliquos elemento aereo corporatos esse: minimè tamen hinc sequetur, ab aereo corpore, cum eo quod

Lib. 10. de Ci
uit. Dei, cap.

23.
Li. 1. quæstio
nũ super Ge-
nesim, quæst.

3.

quod contemperata quatuor elementorū per-
mixtione consistit, naturalem, uel similem ei
qui inter paria terrena magis contemperazione
imbuta contingit corpora, exerceri congres-
sum. Aerem tales spiritus adferunt, aerem agi-
tant, aerem uerberant. In eiusmodi actu præter
alia requiritur caro & sanguis, quibus spiritus
carent. Reliqua itaq; erunt ludibria à dæmone
obiecta, confirmataq; uitiosa mulieris demen-
tatæ phantasia. Quare præponderet hic ratio, et
ueritatis robur.

De Satyris illis salacibus, qui etiam obtru-
duntur, & eandem cum Syluanis & Faunis ra-
tionem habent, an ueri fuerint dæmones, quid
in Atticis scripserit Pausanias, breuiter adijciã.
Equidem (ait) de Satyris qui nam sint, ut ali-
quid certius quàm ab alijs traditum sit cogno-
scerem, singula ex multis sum percunctatus.
Euphemus Car tandem, uir non ignobilis, hæc
mihi recensuit: se, cùm in Italiã nauigaret, uen-
torum impetu in extremas Oceani oras dela-
tum: ibi multas esse insulas desertas, quæ ab ho-
minibus agrestibus incoluntur: ad illas insulas
appellere nauas noluisse, quoniã antea in eas
appulsi, à quibus tenerentur incolis, non igno-
rarent: sed tunc etiam præter eorum uolunta-
tem tempestate eò adactos, insulas à nautis Sa-
tyrides appellari: incolas ruffos esse, & caudas
non multo equinis minores, infra clunes habe-
re. Hos, ubi primùm hospites sensissent, euesti-
giò nulla edita uoce ad nauim cucurrisse: ac mu-
lieribus quæ in naui erant, manus iniecisse. nau

*Satyrides in-
sula.
Satyri.*

326 De præstigijs dæmonum

tas uerò pauēfactos, mulierem barbaram in insulam exposuisse: in quam Satyri irruentes, non tantum ea quæ naturâ uiris exposita est partē, sed aliam quâlibet petulantissimè appetuisse.

Satyrius.
Lib. 3. En-
nead. 6.

De Satyro quoq; animali hæc scribit Ant. Sabellicus: Ex Athenis Sylla per Thessaliâ & Macedoniam ad mare descendit, mille & ducentis nauibus ex Dyrrachio Brundisium transmissurus. Proxima est Dyrrachio Apollonia, & circa hanc Nympheum. Sacer ibi locus uirenti colle ac pratis, quæ fontes multifariam irrigant. Hic sub id tempus quo Sylla eò cum exercitu uenerat, Satyrum, animal humano ore, atq; ea forma qua pingitur, somno pressum, atq; ita captum, locorum accollæ ad Syllam uinctum perduxerunt. Ibi haud una uoce interrogatus, quis esset, multisq; uariarum linguarû peritis ad hoc ipsum adhibitis, tantum uociferatus dicitur: noxq; aspera ex eo profecta, inter balatû & hinnitum media. Sylla religione tactus, datis comitibus qui eum in solitudinem deducerent, missum fieri imperauit. Animalia etiam fuisse quæ Satyri dicerentur, scribit Hieronymus in uita Pauli primi heremitæ: eosq; locutos esse, & rationis officia peregisse. Refert quoq;, Satyrum quempiam Antonium quondam allocutû fuisse, & gentilium errorem in se colendis animalibus damnasse. assermatq; unû uiuum olim productum in publicum, & mox ad Constantinum principem destinatum. His addit tamen, diabolo facillimum esse Satyri imaginem & nomē assumere. Apud Strabonem inde legimus de Satyris,

tyris, Silenis, Bacchis, & Tityris, quos (inquit) dæmonas quosdam, deorumq; ministros Citre-
tas nuncupant.

*Incubi illusionem infestare quandoq; probas etiam ma-
tronas, cum ridiculo exemplo adulterini con-
gressus demoniaci. Cap. 44.*

NEC solū (inquit Martinus de Arles theo-
logus) apud maleficas, sed & circa alias
probas mulieres accidit hæc incubi illusio. Nā
ex sacerdotis cuiusdam relatu accepi, hoc tem-
pore ipsi in confessione reuelatum fuisse à qua-
dam proba muliere nupta, cui sæpe in somnis ui-
debatur, se reuerà super iumenta equitare per
campos cum alijs: atq; ita euagādo super aquā,
coire hominem cum ea, & intensam in actu se
persentire uoluptatem: & hoc sæpe ei accidisse
phantasticè, illusionem dæmonis, manifestum est.
Vnde Augustinus super Genes. Illa enim quæ
accidisse ut quidam recordarentur, in quorun-
dam animalium corporibus aut falsa facta narra-
rentur, aut illusionibus dæmonum, hoc in eorum
animis factū est. Si enim contingit, ut quis in so-
mnis fallaci memoria recordaretur, se aliquid
fuisse quod non fuit, aut fecisse quod non egit:
quid mirum est, si quodam iusto Dei occultoq;
iudicio sinantur dæmones in cordibus homi-
num tale aliquid posse? Hæc ille.

Delusorij adulterij exemplum his accedat,
apprimè ridiculum. Mercatoris cuiusdā uxor
circiter sex uel septem miliaria à Vuittember-
ga, Slesiam uersus, absente negotiationis causa

*Tract. de Su-
persit.
Illusio incubi
alijs quoque
mulierib. pro-
bis accidit.*

*Adulterini
congressus il-
lusio diaboli-
ca.*

marito, peculiarem solet admittere concubinū. Contigit itaq; marito peregrè agente, amasium noctu redire: & post curatam cuticulam, uenerianq; peractam uelitationem, ut uidebatur, hora matutina specie picæ assumpta momentò, concubinum insidere promptuario, ac concubine his uerbis ualedicere: Hic tuus fuit amasius: dictòq; citius euauisse, nec redijisse unquam. Quanquam Vuittembergæ ab ecclesiaste id acceperit insignis doctrinæ uir Ioannes LITHODIUS, medicus excellentissimus, ac collega mihi singulari necessitudine coniunctus: mihi tamen nugæ sunt. Nullo ergo modo, ait Casianus, credendum est, spirituales naturas cum feminis carnaliter coire posse. Nam si hoc aliquando posset fieri, quomodo nunc uel nunquam uel rarò uideremus, aliquos ex eorum concubitu de mulieribus absque uirili semine nasci: cum præsertim constet, eas libidinum fordibus delectari admodū, quas proculdubiò in semetipsas potius quàm cum hominibus exercere mallent, si illud ullo modo effici posset. Nec item immeritò doctissimo philosofo & medico Iulio Scaligero libet cum stomacho excipere, quæ de dæmonum coitu Pselus effudit. Quare cum Iamblichò concludamus: Quæ fascinati imaginamur, præter imaginamenta nullam habent actionis & essentia ueritatem.

Ioannes Lithodius medicus.

In collat. partium.

Li. 16. de Subtilitat.

Card. Exerc.

355.

*Li. de Myste-
rys.*

Commi-

Commixtionis diabolicæ figmentum compro-
bantes historias omnes esse fabulo-
sas. Cap. 45.

Hinc constat, cunctas quorumcunq; histo-
ricorum enarrationes, commixtionis e-
iusmodi phantasticæ & diabolicæ figmentum
comprobantes, ut fabulosas, ab omni ueritate
excidisse, optimoq; iure pessum ire: & uel ab a-
lijs primùm fuisse chartis illitas, uel ex aliorum
relatu à facile credulis deinde falso transcri-
ptas, & ad posteritatem traductas: quarum ali-
quas, ne silentio eas sepelijse studio uidear, hoc
loco dignabor. Hanc describit fabulâ Boethius
historicus. In Marrea regione, uti ex ijs qui fœ-
dissimam rem conspexerant accepimus, puella
natalibus altis, forma conspicua, compluri-
um nobilium auersata connubium, in infan-
dam cum cacodæmone incidit cōsuetudinem:
quæ cum uterum ferret, parentum rigore co-
acta edere stupratorem: adolescentem mira pul-
chritudine frequentius secum noctu, interdiu
nonnunquam conuenisse, unde uenisset, quo-
ue inde abiisset, nescire se respondit. Parentes
etsi filiæ parum crederent, accuratius rem ad-
uertentes, consilio quis esset, qui puellæ expu-
gnasset pudicitiam, explorandi, cognito tertio
pōst die indice ancilla, stupratorem adesse, rese-
ratis foribus, accensoq; tædarum ingenti nume-
ro, cubiculum ingressi, horrendum monstrum,
figura supra humanam fidem terribili, in filiæ
amplexibus sunt conspicati. Cucurrêre ocyus
x 5 complures

*Incubum de-
monem appro-
bantes histo-
ria omnes fa-
bulosa.*

*Lib. 8. histor.
Scot.*

complures ad fœdum acciti spectaculum. Inter eos sacerdos probatæ uitæ, nec sacrae disciplinæ ignarus, cæteris aut trepidè abeuntibus, ac pauore illisis terræ, quum Ioannis Euangelij initium recitare orsus, ad eum locum, Verbum caro factum est, perduxisset, malus dæmon horrendo sublato clamore, cubiculi tectum secum asportans, omni supellectili incensa abiit. Fœmina periculo seruata, post triduum enixa est monstrum unde quaque fœdum aspectu, quale nusquam antea (ut ferunt) inter nostrates uisum: quod obstetrices ne in familię dedecus seruarietur, extracta ingenti pyra, citissimè exusserunt. Huic simile admodum est, quod de Venerea Psyche uelitatione, cum formoso deo Cupidine, qui alijs uenenatus serpens, & sæuissima bestia dicebatur, scribit Apuleius: quare etiam eandem ueritatis opinionem iure meretur.

Psyche uelitatione ueneræ cum Cupidine. Li. 5. de A. sin. aur.

Lib. 8. hist. Scot.

Eiusdem fidei historiam quoq; aliam recitat idem Boethius. Anno Christianæ salutis sexto supra octogesimum, millesimum & quadringentesimum, nauigantibus è Phorthea æstuario negotiationis causa in Flandriam, tanta uentorum oborta est uis, ut uelis, malo, armamentisque ruptis, & nauis fœdè inter tumentes undas iactata, certissimam mortem cuncti expectarent. Nauicularius tantam tamq; insolitam aeris inclementiam eo tempore demiratus (suberat enim solstitium æstiuum) quum id non sideri, sed malorum dæmonum, qui hominibus semper sunt infesti, insidijs, magnis tribueret clamoribus:

ribus: reddita est uox ex ima naui mulieris se
 miserè inculantis, quòd incubo humana sub
 effigie, qui cum per multos anteaotos annos ha
 buisset consuetudinem, iam tum fuisset commi
 xta, & ab eo subacta: mari ergo celerius se tra
 dendam, ut ipsa pereunte, quæ tanti mali immi
 nentis causam præstitisset, cæteri Dei benigni
 tate permanerent incolumes. Accedens ad la
 chrymantem fœminam, iubente nauiculario, sa
 cerdos, eius atq; cæterorum saluti consulendi
 causa, crimen iam palàm fatentem, horrentem
 scelus uehementer alto pectore suspirijs indici
 bus, pœnitentemq; facti, piè est hortatus, ne si
 bi deesset, cui certo cognosceret numinis fauo
 rem adesse, crimina lachrymis ac animi pœnitu
 dine deleri: tantam miserentis Dei clementiam
 esse erga mortales, ut altius uel in malorum pro
 fundum lapsos, resipiscentes nonnunquam ad
 maiorem longè quàm unquam antea habuif
 sent gratiam recipiat. Media pij sacerdotis ad
 hortatione, quum multis suspirijs afflicta mu
 lier admissum facinus deploraret, cunctis uisa
 est atra nubes è naui sentina profilijsse, ingen
 tiq; sono, flamma, fumo atq; fœtore sese deiecif
 se in mare. Sedatum est inde cœlum, pacatumq;
 mare, & negociatores cum naui cunctis
 suis rebus saluis in optatum por
 tum abiêre.

*Si uerum hęc
 sit, potuit illa
 incubi in son
 no pati imagi
 nariū: & ut
 cantus om
 nes illuderen
 tur, eam post
 à demone fu
 isse excitatē
 nubecula, cū
 sono & fœto
 re, certu est.*

*Hoc item de
 moni studio
 fuit, ut illa in
 nocens in ma
 re præcipita
 retur.*

De

De Merlino, cygno nauiculam aurea trahente catena,
cygnea turri Cliuensi, phantastica coniuge, &
reliquis sathanici concubitus exem-
plis. Cap. 46.

Idem Boethius, constantem fuisse famam inquit, Merlinum ex incubi & nobilis Britannici sanguinis fœminæ concubitu genitum esse. Hinc quilibet palàm uidet, quantum hisce miraculis apud historiographos fidei debeatur. Vt autem rerum mendacium collatione clarius eluceat ueritas, ridicula illius superstitionis ætatis commenta de Merlino, uelut de Cygno quoque, illinere ex Vincentio non pigebit. Ab eo narratur, Vortigernum regem confilio capto quid ad sui tuitionem facere deberet, iussisse acciri artifices, qui turrim fortissimam extruerent. Sed cùm eorum opera tellus absorberet, suatum est regi, ut hominem sine patre inquireret, cuius sanguine lapides & cementum conspergerentur, quasi eo modo stabile redderetur cementum. Inuentus igitur adolescens Merlinus nomine, qui cum matre adducitur coram rege, quæ illum ex spiritu in hominis specie cõceptum esse fatetur. Merlinus hic multa obscura reuelauit, & futura prædixit. Aperuit enim, sub fundamento esse lacum: sub lacu duos latère dracones, quorum unus rubeus populum Britonum, alter uerò albus Saxonum designaret: & uter eorum in conflictu alterum superaret, uaticinatus est: atque Aurelium Ambrosium, deuictò Hengisto, & combusto Vortigerno,

Lib. 21. Hist.
ca. 30.

Merlini historia
uel fabula.

gero regnaturum. Ex Rachele item matre ad- *Clem. li. 2. re-*
 huc uirgine se natum fuisse iactabat inēdaciter *cognit.*
 Simon magus, ut Deum se mentiretur.

Ex Helimando insuper Vincentius hære- *Li. 3. ca. 27.*
 fert: In Coloniensi diœcesi famosum & imma- *Iuuamen.*
 ne palatium Reni fluminis supereminet, Iuua-
 men nuncupatum: ubi pluribus olim congre-
 gatis principibus, inopinatò aduenit nauicula,
 quam collo alligatam cygnus argentea trahē-
 bat catena. Inde miles nouus & incognitus o-
 mnibus exilijt, cygnusq; nauē reduxit. Postea *Cygnus nauē*
 uxorem duxit miles, liberosq; procreauit. Tan- *culam argen-*
 dem in eodem palatio residens, & cygnum in- *tea trahēs ca-*
 spiciens aduentantem cum eadem nauicula & *tēna.*
 catena, statim in nauem se recepit, nec uisus est
 amplius: progenies autem eius in hunc usque
 diem persistit. Hoc exemplo, spirituum quoq;
 fieri cum feminis congressum, defenditur: & ex
 eo figmento in arce Cliuensi (ubi & altissima
 turris uetusta conspicitur, Cygnea nuncupata, *Cygnea tur-*
 in cuius fastigio cygni simulachrum uolui- *ris Cliuensis.*
 tur) antiquissimis tapetis intexto, originis illu-
 strissimorum ducum Cliuensium uetustatem
 deducunt: quemadmodum potentissimorum
 regnorum & clarissimarum familiarum initia
 eiusmodi adornari lenocinijs solent, ut diuini *Obscura cla-*
 aliquid ijs inesse, citius persuaderetur. At com- *riss. familia-*
 mentum ipsum arguit uera ortus huius illustri- *rum initia.*
 simæ domus historia.

Ex Gaufrido Antisiodoro eiusdem fidei mi- *Cap. 26.*
 raculum, lib. 3. idem ille Vincentius scribit, nar-
 rans decanum quendam sacerdotum, cum so-
 rore

rore ducis Burgundiæ, regi Sicilię Rogerio desponsata, aliquandiu in eo regno inhabitasse, qui se rem ibi comperisse admirabilem certissimè affirmaret: iuuenem uidelicet quendam strenuum, & natandi peritum, circa noctis crepusculum lucente luna in mari balneasse, & mulierem post se natantem crinibus apprehendisse, tanquam ex socijs aliquem qui eum mergere uellet. Quam alloquens, ne uerbum quidem extorquere potuit: quare opertam pallio, domum duxit, & tandem in uxorem solenniter accepit. Increpatus aliquando à socio, quòd phantasma amplexus fuisset, expauescens, gladio extracto coniugi minitabatur, se filium quem ex ea susceperat interfecturum, nisi ipsa loqueretur, suamq; fateretur originem. Quæ, Væ (inquit) misero tibi, utilem perdis uxorem, dum me effari cogis. Tecum mansissem: ac in rem tuam esset, si iniunctum mihi silentium permisisses. Nunc autem me posthac non uidebis: & euestigiò euauit. Puer autem adoleuit, & marinum cœpit frequentare balneum. Tandem die quodam coram multis puerū in eisdem fluctibus occurrentem rapuit phantastica illa mulier. Vlricus Molitor LL. Doctor, puerum hunc dæmonem fuisse in pueri forma apparentem, & matrem succubam, dæmonium scilicet, arbitratur: militem item incubum, & Merlinum ex matre delusa dæmonis artificio suppositicium. At mihi fabulæ erunt, quibus bonas horas malè nimis seculo illo cæco impenderunt plerique, chartulisq; posteritati

*In tract. de
Lanijs &
Phyionics.*

hereditati commendarunt.

De dæmone item succuba, gratissimæ omnium formæ adolescentem infestante, memorabilem quoq; ex Boethio historiam comperies libro huius Operis quarto. Hieronymus ad ^{cap. 25.} hæc in Vitis patrum, narrat monachum quendam à dæmone in mulieris uenustissimæ formæ, ad obscænos inuitatum fuisse amplexus: qui sua inclinans membra, effectus est sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Atque ubi iam carnalem conaretur inire amplexum, illa teterrimæ uocis ululatum emittens; umbra, ut erat, tenuis & phantasma inter manus amplectentis elabatur, ipsumque miserum cum fœdissima irrisione deserit.

Magdalenam ciuis cuiusdam famulam, scribit Iacobus Ruffus, nostra memoria Constâtiæ fuisse compressam à dæmonio, eiq; tandem per pœnitentiam ualedixisse ex institutione ministrorum ecclesiæ: ac postea tantos in utero sensisse cruciatus, ut in singulas ferè horas infantem se crederet enixuram: inde clauos ferreos, ligna, uitra confracta, crines, stuppam, lapides, ossa, ferrum, & huiusmodi innumera, ex matrice excreuisse. Mea autem est sententia, Magdalensæ phantasiam fuisse à diabolo illusam: deinde ab eodem excitatos illos dolores, ut certius illum cum ea congressum fuisse crederetur, quod tamen falsum erat. Ut deinde conceptam augeter opinionem, subiecit subdolè res illas prodigiosas, quas in matrice nō fuisse (quemadmodum ea etiã quæ ore reijciuntur, in imo corpo

*Lib. 5. cap. 6.
de conceptio-
min.*

re non fuere) non est quòd hic pluribus com-
 probem: quum eadem sit ratio. Nam quum o-
 mne semen suum simile procreet, quomodo ex
 femine in ea coitione fuso, tales potuerunt ge-
 nerari materies? Sed absurdiora sunt hæc quàm
 ut fusiorem requirant confutationem: sequenti
 quoq; libro abundè id docebitur. Enimvero si
 in utero hæfissent, proculdubio hic non modò
 læsus, sed insigniter dilaceratus fuisset, quum es-
 sent materies duræ, asperæ, inæquales, acutæ,
 & quidè copiosæ. Si quoq; illa fuisset inspecta,
 hymen certissimè apparuisset inuiolatum.

*De elusionis ueneræ diaboli historię, & causa lon-
 gioris tractationis huius argumen-*

ti. Cap. 47.

Delusionis huius & fallaciæ diabolicæ
 duo adhuc exempla adijciam, ex illustri
 philosopho Francisco Mirandula. Agnoui (in-
 quit) uirum nomine Benedictum Bernam, æta-
 tis annorum septuagintaquinq;, eundemq; sa-
 cerdotem ex his quos presbyteros uocant, qui
 annis plus quàm quadraginta cum dæmone fa-
 miliari sub forma feminæ illi associato concum-
 bebat, in forum deducebat, alloquebatur, adeò
 ut astantes qui nihil uidebāt, eum pro fatuo ha-
 berēt. Vocabat autem illam Hermelinam, qua-
 si mulier esset. Aliū quoq; Pinnetū (ait) nomine
 noui, qui ad octoginta & amplius annos puene-
 rat, cū dæmone alio, qui muliebri forma ei uide-
 batur, uocabatq; eū Florinæ nomine, plus qua-
 draginta annis ueneræas uoluptates exercuisse.

*Hermelina
 demon, ama-
 sia sacerdotis.
 Pinneti ama-
 sia, Florina
 demon.*

Sed

Sed is, dum hæc scriberem, uiuebat: alter pœnas iam dederat, confessus arcana se in sacrificio non protulisse, consecratum uerò munus mulierculis ad ueneficia præbuisse, pueris sanguinem exuxisse, atque alia eiusmodi graua scelera: tormentorum tamen ui, ne iocum fuisse credas. Atque hæc aliaq; plura (ait Cardanus, post eorum recitationem) si uellem adijcere, absurda, uiroq; tam graui profectò indigna sunt, ac uana, & ab omni ratione aliena. Primumq; ex ipfius exemplis illum confutare licet. nam iuuenulæ illæ uel uera uidebantur corpora, cum non essent: quod non solùm sensibus & naturali rationi repugnat, sed etiã Seruatoris auctoritati. Si enim nõ solùm uisus, sed etiã tactus hoc modo decipi potest, Christi dictum nihil concludit aduersus Thomam. Sin autem corpus fictum illis uidebatur: quod atrocius poterat esse tormentum, quàm uelut damnatum à Mezentio, cum mortuo concumbere? Horret animus, mens stupet, ubi talia cogitat. Sed uir alioqui non imprudens, & nimium quorundam Platoniorum figmentis addictus, monachorum mendacia, uulgi famam, mulierularum nœnias fabellasq; aureo asino dignas, sanctis philosophiæ sermonibus immiscuit. Eo igitur factum est, ut delectare potius lectores, atque allicere, quàm seriò tractare quicquam uisus sit. Sed & beatus Augustinus à tam absurdis narrationibus si abstinuisset, licet forsan pauciores habiturus lectores, grauioris tamen uiri opinionem assequutus fuisset apud eruditos. Sed eã

*De uarietat.
lib. 15. cap. 80.*

fuit seculi labes, ut plurimi, uelut nunc de regno, sic grandioribus mendacijs decertarēt: quæ ille uir sanctus pro ueris accipiens, ac quasi æmulatione gentilium figmentorum, libris suis inseruit. itaque illi tantum fidei habeo, quantum se oculis uidisse testatus est: in alijs, minime. Iam enim constat unicuique, maiorem talium narrationum partem fabulosam esse. Sed unde tanta incrementa tam absurdis deliramētis, iam penè dictum est. Auaricia ipsorum quibus inquisitio talium, iusque eas puniēdi permissum est: uanitas ac stulticia delinquentium, nouitatis desiderium, & ignorantia causarum, euentuumque naturalium. Hæc Cardanus. Meo tamen iudicio sacerdos & Pinnetus à diabolo illusi fuerunt, qui mētem utriusque ita uitiarit, in illorum phantasiā illapsus, quam imagine mulieris imbuit perpetua: qua illi ualde delectati, facilius induci potuēre.

Risu sanè excipiendum, quod in hanc rem quidam, me præsentē, coram potentissimo, eodemque prudentissimo Principe narrabat: famulum scilicet diluculo nuper rus concessisse, ut equos maturè domum è campis reduceret, atque in agro quandam eiusdem pagi feminam maleficij insinulatā inuenisse, supino decubitu prostratam, cui incubuisset dæmon. Ad hæc, quæ nam fuisset dæmonij forma, sciscitabatur Princeps. Respondit alter: Canis nigri. Hic ludibria eiusmodi, præstigias & uulgi opinionem falsè irridens princeps: Ignorabam diabolum canis nigro similem esse, ait. alio profectò mentis acumine

tis acumine, quàm uulgares censere solēt. Nec dubito, mulierem illam tunc temporis etiam num in lecto decubuisse: & idolum hoc rustico à satana fuisse obiectum, ad sinistrae de ea conceptæ opinionis confirmationem.

Vberior equidem sui studio, in sædissimo ludibriosæ huius commixtionis negocio, ut cum omnis illa sagarum turba se ea uitari confiteatur, & unaquaque suum certo indiget nomine procum, si huic congressui nihil inesse ueritatis obtinero, promptius uniuersa illa phantasmatum dæmoniacorum machina collabatur, ueritas elucescat clarius, diaboli regnū eat pessum altius, & unio in populo Christiano citius renascatur, inuiolatusque conseruetur.

Causa longioris tractationis de ludibrioso diaboli concubitu.

De mulieris dæmoniacæ partu Lamie imputato, historia admirabilis.

Cap. 48.

OB argumenti communionem, historiã certè ut rarã, ita & admiradã de cõmenticio partu à dẽmone adornato, hic subiungã, ut inde similia diaboli ludibria penitus innotescant, ueritasq; eluceat apertius. Antonius Sucquetus, eques auratus, per totam Flandriam notissimus, & in aula Brabantica celebris Concilij ibi priuati consiliarius, præter tres filios legitimos superstites, unum reliquit nothum, qui Brugis duxerat uxorem. hæc paulò post nuptiales faces, à malo genio cœpit uexari miserè, ita ut ubicunque locorum esset, etiam corona honestarum matronarum cincta,

è cœtu eriperetur, perque cubicula aut cœna-
 cula, ubi erat, protraheretur, ac sæpenumero cõ-
 ijceretur modò in hunc angulum, modò in alte-
 rum, etiam reluctans omnique ui illam re-
 tinere conantibus qui huic aderant: id tamen
 accidit sine magna admodum læsione corpo-
 ris. Persuasum omnibus erat, hoc malefica arte
 fieri à pellice illi inuidente maritum, cuius amo-
 re deuincta tenebatur: erat enim iuuenis forma
 nō ineleganti. Verum dum uarijs multisq; mo-
 dis ita à maligno agitur spiritu, cœpit gestare
 uterum: at nihilo minus aut leuius uexabatur.
 Tandem aduenit tempus quo illi partus angu-
 stia obreperent, & una tantum adesset: qua ab-
 legata ut obstetricē acciret, & alias quæ in hoc
 officij genere operã præstare possent, uisa huic
 intrare pellex illa de qua modò facta est mētio,
 quæ ei obstetricis officium præbuit. uerum pu-
 erpera præ angustia in mentis concidit deliqui-
 um: ubi uerò ad se redijt, liberatam se sensit ab
 onere. at puer nusquam apparebat, mirantibus
 id omnibus supra modum. accidit autem postri-
 die, ut dum è somno puerpera expergisceretur,
 reperiret infantem iuxta se in lecto, fascijs inuo-
 lutum: cui & ubera semel atq; iterum præbuit.
 Atqui non ita multo post, rursus illa dormiēte,
 à latere infans abripitur, nec postea inuentus
 est. Aiebant nescio quas schedas cum magicis
 notis in ostij sera repertas. Hæc mihi retulit so-
 rorius, uir pfectò ut nobilitate, doctrina & pie-
 tate clarissimus, sic & fide dignissimus, qui An-
 tonio affinitate iunctus, ea à puerperæ mari-
 to, illius

to, illius fratre, ac coniuge fratris, alijsq; qui nō rarò adfuerant, audiuit.

Cæterùm ne in hoc actu tam artificiosè instructo uelut attonitus, *καθὸν πρῶτον* agere uidear, succinctè quid hic sentiam, adijcere uolui. Quòd matrona hæc à dæmonio obsessa, maleficium se à pellice in fonte pati crederet, accreuit uexatio primùm ex abstrusa Dei uoluntate permiffa, machinatusq; fuit diabolus grauiora impregnationis ludibria, uterum illius spiritu expandens, ut in falsa maleficij credulitate ipsam aliosq; arctius postea, opinione fœtus à pellice obstetricante surrepti deuinciret, & quasi ream pellicem carnifici offerret, impietatis, sententiæ iniustæ, sanguinisq; innocentis sitientissimus. Propterea eos tandem partus dolores mouere cœpit eo tempore opportuno, quo una solùm adesset fœmina: ut ea ablegata, liberius apertiusq; in forma pellicis, à cuius tanquam maleficæ conspectu matrona hæc exhorruit, obstetricis munia obire uideretur. Post lipothymiam itaque, uel animi defectum à satana (ut dolus non animaduertetur, ignorareturq; non procreatum fuisse infantem) fraudulenter excitatum, à suo opere quo antea uentrem inflauit dæmon, destitit, conciditq; tumor. Quum uerò puerum natum esse, sed à pellice ablatum crederetur, postridie in alto somno uel infantis reportati fascijs inuoluti, & à matre lactati simulachrū suauē exhibuit mille artifex ille: aut uigili nonnihilq; ex assidua dæmonis illusione ac agitatione ad-

ne adhuc stupēti, imaginarium siue surreptum alicubi tantillo tempore puerum obtulit, qui & eiusdem opera momento euanuit. Fabula in eū finem à diabolo fuit instituta, ut incredulitatis impijēq; opiniōis fluctibus obijceret marronā, eiusdemq; ancipitis fidei consortes: & ut de pellicis orio luderetur: & cautē in sententiā sanguinariā, eamq; iniquā induceretur magistratus. Tanta arte uariā pestilentemq; nouit contere telam subdolis ille textor.

Lamias solum doctorem habere uitiatam phantasiā, ridiculas esse res quibus ledere creduntur: quæ conuata sunt, hic non habere locum.

Cap. 49.

CÆterum ut tandē hūc fabulę actū finire occipiā, quemadmodū hę Lamie nec longiori peregrinatione, labore aut studio, corruptę mētis doctrinā cū Magis sceleratis cōquirūt: ita nec ullos habēt libros, quorū adminiculo in sua professione instituātur, promouēturue: nullas etiā præscriptas coniurationū formulas, quas sequūtur: nullum adhęc annulo incarcerationatū, aut crystalli soliditate obseptū dæmonem, in suū ministeriū, uelut pleriq; Magi, circūferūt: corruptā uarijs imaginibus ab immundo spiritu ingeltis, phantasiā solummodo doctorem uenerantur & colunt: cui ut plurimum propensius confisā, miserē decipiuntur, ac in perniciem ruunt. Nec quidem præter uulgare morem quicquam peculiare ob indolis crassitiem & spirituum inhabilitatem possunt, quod tamē dæmoni

*Lamiarū do-
ctor, corrupta
phantasia.*

dæmoni ob tenuitatem subtilitatemque erit facilimum. Et si sustinero, nusquam dictarum nobis Lamiarum mentionem in uniuersis fieri Biblijs sacris: non fortassis facile conuincar. Neque etiam delusorum horum monstrorum sinatione restitutionemque prætermisisset Dei filius in terris, si eo tempore dira hæc sæuisset pestis.

Quod uerò hæc maleficium, aut, si mauis, ueneficium etiam sine contactu inferre posse credantur, cum aliquo eius excremento cui nocere debet maleficium (cuiusmodi est ruina, stercus, sanguis, capillorum & unguium prælegmina) atque hæc generaliter includi in embris canis, similibus aliquo modo his quorum in homine sunt partes aut excrementa, claudique osse mortui hominis, ac in illius nomine tepeliri, alia quidem in uestibulo, alia in uis crucis formam habentibus, alia in torrentibus: cum bona uenia mei olim heri & præceptoris uenerandi Agrippæ (qui ex hisce nugis librum confarcinauit) hæc merè inania esse, adeoque ridicula, cum Cardano liberè assero, atque satanz instinctu in usum uocari: quasi aliquid hic possent res prorsus inefficaces, friuolæque, quò à se designatum id quod apparet malum, à dæmone constructum, uel aliàs Dei occulta uoluntate, aut naturæ uitio natum, credant non sanæ fœminæ: potissimum quum eas noua imbui uirtute, ex inepta uel blasphemata aliqua admurmuratione, aut imprecatione maligna, falsa persuasione opinentor,

Ridicula res, quib. sine contactu se ledere posse existimant insanæ fœminæ.

Agrippa herus & præceptor Vuerri. Libr. 18. de Subtil.

Sic nuper Hammonæ iudex quidã Hæssus nar-
rabat se quæsiuisse è quadam celebri & famosa
faga, quam tum uinculis coercebat, postea autè
Vulcano consecratam, qua ratione quis Lamia-
rum maleficia euitare posset? Quisq; respondit
illa serio, detrita & uetustate multoq; usu con-
sumpta calceamenta custodiat: quasi uerò eorū
opera inferri maleficia ualeant. Cui mēs ita stu-
pet, ut has non sentiat nugas?

*Res uiles aut
pharmaca in
locis semotis se
pulta nō posse
nocere.*

Quòd etiã res uiles, aut noxia pharmaca ali-
cubi recondita, ex interuallo transcensa aut præ-
terita, noxam inducere, uel ex dissiunctissimo e-
tiam spacio, ceu neruo emissa excussaq; uiolen-
ter ferri in eos quos petunt, nonnulli arbitren-
tur, etiam insignes & docti uiri, non mihi fit ue-
risimile. Si enim ingenita ueneni uirtute eiusmodi
infertur uirulentia, eam quoscunq; uel tran-
scendentes, uel prætereuntes ferire necesse est,
quum delectus sit expers materia uenenosa. Se-
cus autem experientia & res ipsa docet. Sin ue-
rò quibus male uolunt illæ uetule, solummodo
læduntur: non ueneni halitu continget noxa,
sed maleficij ratione. Id porrò nihil eatenus pos-
se, iam demonstraui: quum tamen nocentū
hinc subsequi uideatur, reliquum est ut ab ipso
fatana, ex Dei assensu, ob hominis lædendi in-
credulitatem, uel etiam ut hic probetur cum Io-
bo, id ipsum excitetur. Ille est qui excæcat, muti-
latq; Interim huic anui, quæ materiam ueneno-
sam uel qualemcunq; aliam sepelijt, id, ut dixi,
quod ab ipso perpetratum est, uel aliàs conti-
git, ita in mentem firmiter suggerit, persuadetq;
dæmon,

dæmon, ut à se factum esse illa credat, asseratq;.

Atqui ea diaboli ludibria ut plurimum uim suam sortiuntur ex impia hominum credulitate, qua in eiusmodi potentiam dæmonis consentiunt. Enimuerò si serpens sub ostij limine repositus fœcunditatē amoliri potuit, ut in Maleficarum malleo legitur: cur in illis regionibus ubi serpentum numerus domos peruagatur, nō omnes sterilescunt feminæ? Si quoq; olla in fundo putei arcis recondita, ad congressum redde-
re potuit impotentem quendam Comitem: cur non omnes ex communi puteo aquam usurpantes elanguere? At organa generationi destinata præpediit dæmon (id quod uariè ratione naturali potest) donec ollam ex institutione mulieris dæmoniacæ cōcremasset male credulus Comes, tum destitit ille dæmon libenter: quò in falsam de uetula opinionem Comitē reliquosque pertraheret. Sic quoque in felium (si uera sit historia) specie in operarium insilire potuit dæmon, atque eodem tempore in operarij forma uerberare matronas, ut insontes tanquam maleficij reæ, hinc tandem cum iudicum periculo & animarum pernicie, ad supplicium raperentur. Nec scopa aquæ intincta à muliere, & in aere sparsa, pluuiam accit: sed dæmon, ut supra dixi, ex præcognita aeris constitutione coludens, ut illam his ludibrijs dementatam, in officio arctius detineat. Eadem ratione sunt reliquæ eius artes, dolosæque actiones, & instituta in Malleo atque alibi sparsim enarrata, exactius discutienda.

*Prima 2. part.
tis, q. 1. ca. 1. 6.
9. 10. 11. 12. 13.
14. 15. ubi uaria in hanc rē
leguntur exē-
pla. multa uē
superstitiosa;
& impia per
totum sparsa
librum.*

*Diaboli delu-
siones quomo-
do inuesti-
ganda.*

*Pluuiam non
potest excita-
re Lamia.*

*Quæ oculis
quibusdã con-
nata sunt, nõ
debent ad po-
restatem La-
miam delere
Etu habitam
referri.*

Si quædam sortè in Africa sunt uoce & lin-
gua effascinantium familiæ (ut tradunt Ifigo-
nus, Memphodorus, & Solinus) quæ si im-
pensiùs pulchras casu laudauerint arbores, se-
getes lætiores, infantes amœniores, egre-
gios equos, pecudes pastu cultuque opimos,
emorianitur repentè: ijs ingenitam hanc esse
proprietaem oportet, cuius causam postea ad-
dit Plinius. Hinc apud Italos, Hetruscos po-
tissimùm, multis seculis inolitum, adhuc per-
durat hodie prouerbiùm, ut si quando homi-
nem impensiùs laudantem aliquem audiant,
statim obijciant, Di gratia non gli diate mal d'
ochio: hoc est, precor ne oculi malum ei con-
cilies, uel ne uisu lædas. Si item eiusdem gene-
ris sortè existunt in Triballis & Illyrijs, ut I-
figonus adijcit, interimantque quos diutius
intueantur, iratis potissimùm oculis, in qui-
bus singulis pupillas (authore etiam Cice-
rone) habeant binas, & hoc malum senti-
ant puberes: aut si quoque inueniantur for-
tassis eiusdem sortis fœminæ in Scythia, quæ
uocantur Bythiæ, teste Apollonide: uel in
Ponto genus Thibiorum, sicut & multi alij e-
iusdem naturæ, authore Philarcho, qui eorum
notas etiam prodit, in oculo scilicet altero ge-
minam pupillam, in altero equi effigiem: nec
eosdem posse mergi, ne ueste quidem degraua-
tos: siue quoque haud dissimile ijs genus phar-
macum in Aethiopia comperiat, ut refert Da-
mon, quorum sudor tabem contactis corpori-
bus asserat: horum causam priuatim reddit Pli-
nius,

nus, naturam in quorundam toto corpore, in aliorum oculis uenena genuisse, ne quid usquã mali existeret, quod in homine non esset. Atqui hæorara, & quasi miraculo priuatis quibusdam irrogata, ingenitaque (quemadmodum & quibusdam contigit animalibus) nullum hic habent locum: quippe non pro delectu & arbitrio ex fœderis cum dæmone initi uirtute acquisita, quæ hic agitur quæstio. Idem de Pylis & Maris (quos à Circes filio ortos ferunt) è uulgi opinione, gratia sancti Pauli celebribus, dictum uolo.

Huc accenseantur effascinatrices gentes Pa-
 letheoborum, Pontum incolentes, quas Plutar-
 chus & Philarchus narrant, nõ pusionibus mo-
 dõ, quorum habitus sit imbecillis, sed adultis e-
 tiam, qui solido concretioriq; constât corpore,
 pestilentes esse, & intuitu soloq; halitu in tabe
 resoluerè, morbosq; perimètes accire nõ solũ
 his qui cõtinuò adsunt, uerũ & hospitibus, &
 qui ab earũ commercio alienissimi sunt. Adijci
 antur & Telchines Rhodi populi, qui omnia a-
 spectu suo in peius commutasse leguntur. Pere-
 grina hic quoq; erit, naturalis rubentium & lip-
 porum oculorum contagio. Nec enim ullũ re-
 periri in humani corporis fabrica organũ, quod
 tanta spirituum copia scateat, & ex quo eorum
 fulgor usque adeò emicet, ut de oculi pupilla,
 certũ est. Quin Augustus Cæsar tam lucidos tra-
 ditur habuisse oculos, ut in quos paulo attetius
 eos defixisset, hos uelut ad solis fulgorem ocu-
 lis cõniuere cogeret. Author quoq; Suetonius
 est, Ti-

*De fascino
 per oculos,
 Plutarchus
 Symp. 5. Gel-
 lius li. 9. c. 44*

Lib. 9. cap. 4.

est, Tiberium Cæsarem expergefatum, etiam in tenebris, ut selem, uidisse. Scribit adhæc Gellius, in ultima terra, cui Albaniz nomen est, incolas in puericia canescere, & noctu acutius quàm interdiu cernere, fulgore scilicet tenera uisus aciem obtundente. Nec est quòd hic con-

Charadrij
uirtus.

Heliodor. in
hist. Aethip.
li. 3. Plut. arc.
Sympos. 8. 12.
cap. 7. Suidas
in diction.

χαράδριον.
Aelia. li. 17.
cap. 13.
Calculus.

fugiatur ad Plutarchi ἀπορρίσις, id est uaporum defluxus, eorumque potentiam, qua ignis instar proxima quæque depascât, dispergantque. Nec ingenua naphthæ uis, uaporem & scintillas alligiendi: aut natiua proprietates occulta charadrij auiculæ, gulguli latinis dicti, regio morbo laborantibus primum conspectæ, croceos bilis uapores attrahendi, huc adducenda. Connata enim ea sunt: at de quibus hic rei uersatur cardo, ea delectu & uoluntate haberi creduntur.

Qui propriè dicendi uenefici, & memorabilia ueneficiorum exempla.

Cap. 50.

Venefici.

ATqui iam ad Veneficos, uel, si liceret, Veneficos progrediamur, quos Græci φαρμακὸὶς, itē φαρμακόντας, & φαρμακτοὺς scæminas, perniciosissimæ artis (quam Magiam ueneficam, si uoles, appellare licitum est) conscias, dicunt. Hos pharmacis uel uenenis ex quacunque materie, siue ex metallorum, siue ex stirpium, siue ex animantium uel excrementorum genere, uel ex corporibus mixtis, propinitatis, illitis, aut alicubi reconditis ut halitu feriant, periculosos ciere morbos quum atrocissimis symptomatibus: alios in corporis extenuationem ui-

nem uiriumque imbecillitatem inducere, quibusdam iuncturarum compages dissoluere, uarieque cruciatibus excarnificare, nonnullos diuturna torquere ægritudine: plerisque præcipitanter, quasi uitæ filo mox rupto, interdum & cum intolerabilibus doloribus uitam præscindere constat.

Horrenda sunt quæ de Veneficis scribit Antonius Scabellicus in hæc uerba: Infamis inde annus sequutus, M. Claudio Marcello & T. Valerio Flacco (siue Potito, ut alij scripserunt) cōsulibus, quum multi ex primoribus patrum simili morbo & euentu mortui essent: ancilla quædã ad Q. Eabium Maximum Aedilem Curulem uenit, causamque eius cladis prodituram se professa est, si fides sibi daretur, quòd id indicium apud dominos haud futurum esset sibi noxæ. Fabius re ad Consules delata, à Consulibus ad Senatum, fide, consensu ordinis, indici data, patefactum est muliebri fraude eam caldem accidere: multas esse quæ in uirorum perniciem coquerent uenena: ac si secum eant, fore ut multæ ueneficio occupatæ deprehenderentur. Missi, qui ancillam sequerentur: hi quasdam medicamenta coquentes, apud alias recondita inueniunt. Quibus in forum delatis, uiginti que numero matronis, apud quas id pharmaci genus fuerat deprehensum, publicè accersitis, & in his Cornelia & Seruilia patri ciæ gentis: quæ quum salubria esse contendere, à confutante indice bibere iussæ, spacio ad colloquendum sumpto, inter se loquutæ, id haurire

*Enneadis 4.
lib. 4.*

*Veneficia
horrenda.*

Valer. Max.

lib. 2. ca. 26.

haurire statuunt : medicamento in conspectu populi epoto, ad unam interiêre. Inde ad centū septuaginta eiusdem sceleris conuictæ, capitali sunt supplicio affectæ. Atrocitas rei, quia ad eâ diem in nullam de ueneficio unquam fuerat inquisitum, prodigij est loco habita: uelut alienatis furore mentibus, id flagitium perpetrari cõrigisset.

Veneficium quoque fuit, quod Casali, in urbe Salassix regionis Italiae contigit. Circiter annum Domini millesimum quingentesimum trigessimum sextum, coniurarunt uiri ac feminae, quadraginta ferè numero, inter quos & carnifex erat: ut quum pestis antea sæuisset, & iam cœpisset mitescere, unguentum conficerent, quo illitis portarum uectibus, inficerentur qui uectes tractarent: appararant & puluerem, quẽ uectibus clam inspergentes, noxam inferebant. Latuit aliquandiu dolus, sublatisque multi, à cõiunctis sanguine uel affinitate: data etiam ueneficis, ut ferebatur, pecunia hæreditatis ergo. Sed quum cuiusdam Neci nomine fratrem atque unicum filiũ enecassent, uixque alij quam domini ipsi domuum, aut filij perirent: simulque animaduertissent Androgynam se in domos insinuare, atque eos maximè interire, quorum eades ingrederetur: deprehensa coniuratione, omnes exquisitissimis tormentis interempti sunt. Falsi etiam, quòd in celebri cuiusdam Diui pompa subsellijs perunctis, uniuersos trucidare ciues decreuissent: paratasque in hunc usum fuisse supra uiginti ollas. Idem postea

Geneus

Genevæ tentarunt nonnulli, qui & pœnas dederunt. Alios etiam Mediolani uectes in unxisse constat: sed quæstionibus subiecti, quum nihil confiterentur, nec quisquam obijisset, dimissi sunt. Balsianus Landus scribit, Patauij monachum quendam cum alijs plerisque identidem conspirasse, qui pestis tempore infecta lintamina in domos occultè conijciebant, ut in multos deriuaretur contagio: sumptum quoque ab his est supplicium.

In nobili familia de Petrinis Bononiæ, duo erant fratres, quorum alter maritus cum numerosa prole in eisdem ædibus cômorabatur matri uiduæ: alter uerò iunior, spe consequendæ hæreditatis uniuersæ, totam familiam è medio tollere statuit, cõiecto in uini dolium arsenico. Ex cuius usu cum grauihus torquerentur symptomatibus, conuocabantur medici celeberrimi, Matthæus Curtius, Ioannes Maria Bettus, & Hispanus Philippaldus: qui in ueneni suspicionem mox uenerunt, quòd ijsdem cruciatis uicinos quoque exagitari, qui fortè domum ingressi, uinum illud hauferant, intellexissent. Eorum itaque consilio uas infringitur, uinoque effuso inuenitur arsenicum. Hinc curationem aggressi medici, omnes restituerunt, excepta matre, uetula debili, & puero infirmo. Fuga sibi consuluit ueneficus, atque ita ueneficij author innotuit. Facinus hoc contigit anno millesimo quingentesimo tricesimo octauo, in Augusto.

Socrui adhæc gener quidam ueneficus cãtharides, ex-

rides, extractæ calsiæ mixtas, obtulit Bononię.

*Helidæus Pa
duanus Foro-
liuensis me-
dicus.*

Quam uesicę cruciamentis tam atrociter affli-
ctam, ut etiam sanguinem largum ex uesica ex-
creuerit, felici successu curauit D. Helidæus Pa-
duanus Foroliuensis, clarissimus & in artis
operibus exercitissimus medicus: quemad-
modum recensuit D. Ioannes B C H T I V S,
medicus Coloniensis ornatissimus, illius olim
discipulus, qui tunc temporis ipsum sequebatur,
& superiori quoque curationi interfuit.

Huic quoque narrarat D. Gisbertus Horstius,
medicus experientissimus: Romæ quendam
hydropicum diu decubuisse, cuius uxor tandē
impensarum pertæsa, ueneno illum tollere de-
creuerat: quare bufonis in olla usti puluerem e-
groto propinat, unde ille copiosum reddit lo-
tium: hinc denuo eundem puluerem exhibet,
ut citius ille ærumnosam, sumptuosamque ui-
tam quam præcipite commutaret morte. qui
multo uberiore exonerata per uesicam saburra
aquea conualuit, præter coniugis expectatio-
nem, nam bufo etiam certæ alicui particulæ ap-
plicitus, hydropicorum aquas per meatum uri-
narium expellit. Eandem ipse Gisbertus aliàs
sensit calamitatē ab ijs, à quib. minimè decuit.

*Venenum pro
binatio An-
ne à Virmôt.
dominæ in
Vuell.*

Venefica item erat Ioanna puella, quæ anno
millesimo quingentesimo quinquagesimo quar-
to, in Nouembri, nobili & piæ matronæ Annæ
à Virmôt, dominæ in Vuell, optimè de ea me-
ritæ, bis clandestinè arsenicum propinauit. E-
go ad morbi, ex prioris ueneni assumptione,
curationem accersitus, post alia feliciter admi-
nistrata

nistrata, ius caponis simplex ab ægrota sorberi uolui. Cui denuò, ut è medio (uellem nollem) tolleretur domina, arsenicum largius infuderat Ioanna, quæ illi à cubiculis erat. Eo autem non satis iuri immixto, gustu & uisu maximè, ob eius copiam, ab ægrota & me deprehensum est uenenù. Necdù enim in animos antea irrepserat oblatis arsenici suspicio, sed uenenatù aliqd pifis ab ea comestis adhæsisse opinabamur. Inde, num̄ destinatum gliribus perimendis puluerem alicubi occlusisset ægrota, sciscitabar: qui cù altero collatus, certiores nos redderet. Nec defuit successus. Hoc etenim modo innotuit, uenenum dominæ denuò exhibitum: sed primum à me & puero, ueneficij adornati tum adhuc ignaris, gustatum in iusculo. Concitato aut utrinque mox uomitu, & ijs quæ ueneni uim in fringerent oblatis, additoque antidoto, nullæ ueneni manserunt reliquæ. Veneficium confessa puella, morti adiudicabatur: aliorum tamè intercessione ob ætatem iuuenilem, qua uix decimum quintum attigerat annum, uitæ beneficio rursus donata, carceri perpetuo mancipabatur. unde post menses paucos effractis cancellis, eam liberarunt milites. Ut quilibet hoc doctus exemplo, prouidè magis suis consulere rebus, flagitium hoc quàm breuissimè commemorare libuit.

Vidi & uetulam, quæ ob zelotypiam arsenicum marito in fonti cum olusculo propinarat, unde hic cù acerbissimis interijt cruciamentis: illa aut undis publico immergebatur supplicio.

*Lib. 8. de na-
tura fossil.*

Nuper improbam uxorem marito aliquot ul-
cibus argentum uiuū dedisse deuorandum, eū-
que id sine ullo nocumēto per alium egeſſiſſe,
narrat Georgius Agricola: mulierem uerò in
maleficio manifesto deprehensam, pœnas legi-
bus dedisse.

Exactis item his annis, quum mulier uenefi-
ca Tremonia aliàs exhibuiſſet marito argen-
tum uiuum, ut eum perderet, nec ex uoto nego-
cium ſucceſſiſſet: tandem die quodam feſto cū
campanis pulſaretur ſolenniter ſignum abſolu-
ti Miſſæ ſacrificij, illa præcurrit ad ædes Dorpio-
rum, mercatorum ibi celebrium, ubi ab emente
maiorẽ ſolito argenti uiui quantitatem quaſi
uit mercatoris ſamulus, in quem ſinem id com-
pararet? reſpondet, ſe in medicamento quo-
dam ad enecandos rattos & mures eo uti. Cū
primū domū uenit, omne illud argentum in-
fudit holuſculo concifo coctoꝗue, quod mari-
to apponebat: is animaduertens nondum diſſo-
lutum nec ſatis permixtum mercurium, aſſum-
pto olere in forum excurrit ad Conſules, qui-
tum (ut apud eos moris eſt) poſt celebratam
Miſſam ante curiam moras trahebant, fortè, ut
fit, de re publica conferentes: ueneficij accuſat
uxorem, oſtendens pharmacum edulio-
mixtum. Quo autem mortis gene-
re comprehenſa illa perierit,
non ſatis noui.

Memo-

*Memoranda historia de malefica muliere, quæ
trium uirorum capita palàm ferire
uoluit. Cap. 51.*

HOc catalogo dignabor mulierem famo-
sam Mechteldim nomine, malicia non
inferiorē quacunq; uenefica, ob raritatē
inauditā facinoris, in Septembri proximo anni
sexagesimisecūdi supra millesimū quingentesi-
mū, recenter instituti ad hūc modū, in oppido
circa Mosam ad Brabantiaē limites sito, Grauia
nūcupato, loco mihi natalicio. Ut ex quinq; ca-
ptiuis tres eodem die supplicio ob sua flagitia
afficerentur: accitur ex proxima ciuitate Gel-
drorum Neomagio carnifex, qui sperāseos ex
magistratus decreto suspendendos, subsequi-
tur: mutatam autem sententiam, capitaque esse
ferienda ubi intelligeret, de imbecillitate sua a-
pud satrapam Steinhufium conquestus est, quā
ante annum contraxisset ex ueneno ipsi clam
propinato à suo famulo, ut in heri sui mini-
sterium posset surrogari: quæ solet esse in di-
gnitatibus & præclaris officijs inuidia. ne ue-
rò diutius procrastinaretur supplicium, se sta-
tim missurum ad coniugem pollicetur, quæ
suum collegam Arnheimia uocaret, in senten-
tiæ latæ exequutionem. cū eo enim se con-
traxisse de opera mutua, & communi lucro,
asseuerabat: quemadmodum plerunque fit, ut
inter fideles artifices æquale redeat ex pacto e-
molumentum. Consensit præfectus, mittitur-
que Neomagiu ad tortoris uxorem, ut euesti-

*Femina triū
uirorum uo-
luit detran-
re capita.*

giò accerseretur Arnhemia publicus eiusdem officij administer. Illa lucri cupida, aliud statuit animo, mariti scilicet defectum suis supplere uiribus: quare gladium eiusmodi postremo actui tragico destinatum, pro marito à consule impetrat, cultrorumq; fabro dextrorsum exacuendum mox defert: ipsa etenim sinistra erat. Inde hora uespertina sibi capillitium clam secari iubet, & summo mane uestes uiri induta, præter thoracem studio relictum, ut in laxiore indusio minus obseruarentur mammx: deinde imposito capiti pileo plumis ornato, latoq; illo gladio accincta, incunctanter Grauiam properat. Quam satrapa uidens imberbem, Arnhemiensemq; ratus esse lictorem, rogabat num in ea iuuenili ætate trium simul truncare capita auderet? Hoc sibi committi debere, nec iam primùm in illud se prodituram theatrum, quum eandem sæpius experta esset aleam: respondit, arripitq; restes quibus captiuos uinciret. Ita illis tãdem productis, ut mox gladio feriendas submitteret ceruices: secretò Steinhufius præfectus admonetur à coniuge & fratre, lictorem uideri fœminam. Hic cum uniuerso comitatu ad stuporem usque consternatus, re mox cognita ex carnificis famulo, quem exacto iuramento ad ueritatis confessionem adegerat, reos ad custodiam reduci iubet: & nisi clam hoc feminei sexus monstrum opera satrapæ se subduxisset, ne uel ab hominum turba in aquas proximas detruderetur, uel alioqui ab alijs oppidi maliciosis feminis trucidaretur colis, uerendum erat. Reuersa au-

rem Neomagium, risu apud multos celebratur, uelut tanto facinore nobilitata: maritoque mortuo, eam duxit uxor Arnhemienſis, defuncti apud Neomagos ſucceſſor. ſic ut plurimum, ob functionum commune uſum inter collegas matrimonia cōtrahi celebrariq; ſolēt, ne in alienas familias transferantur nobilia eiꝯ modi officia, nec degeneret ſoboles.

De philtris, hippomanes, & reliquis
amatorijs quiſquilijs.

Cap. 52.

HVc quoque pertinet amatorium pocuſ *Philtrum.*
lum aut pharmacum, Græcis φιλτρον nun-
cupatum, ſenſus uitians, ijsq; uarias ſpecies
& amores concitans furioſos. Eius meminit Iu-
uenalis:

Hic magicos affert cantus, hic Theſſala uendit *Satyr. 6.*
Philtra, quibus ualeant mentem uexare mariti.

Huc referantur quoque Lælij uerſus in Apolo-
gia I. ab Apuleio adducti:

*Philtra omnia undiq; eruunt,
Antiphates illud quæritur,
Trochiſculi, ungues, teniæ,
Radicula, herba, ſurculi,
Aureæ ilices, bichorditæ,*

Hinnientium dulcedines. In hoc itaque ueneficij
genere locum habet hippomanes, caruncula *Hippomanes.*
haud parum famoſa, caricæ magnitudine, ſpe-
cie orbiculatum, latiuſculum, colore nigro, quæ
in fronte naſcentis pulli equini apparet, quam
edito ſtatim partu mater lambendo abſtergen-

doque deuorat: & si præripiatur, animum à fœtu penitens auersum habet, nec eum ad ubera admittit. ob hoc maximam esse uim eius ad amorem concitandum ferunt, quando in puluerem uersa, cum amantis sanguine propinatur in oculis. hinc equis innasci amoris ueneficium, ait Plinius. Eius mentionem fecere Aristoteles, Solinus, Columella, & cæteri. item Virgilius:

Aristot. de
Natur. an. li.
6. ca. 18. & 22.
Lib. 8. ca. 42.
Colum. lib. 6.
cap. 27.
4. Aeneid.

— Crines effusa sacerdos,

Ter centum tonat ore deos, Herebumq̄, Chaosq̄,
Tergeminamq̄; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ;
Sparferat & latices simulatos fontis Auerni,
Falcibus & messæ ad Lunam quærantur abentis
Pubentes herbae, nigri cum lacte ueneri.

Quæruur & nascentis equi de fronte reuulsus,

Et matri præreptus amor. Dicunt & eodem nomine uirus illud lentum, quod ex equarum libidinis æstro stimularum pudèdis defluit. à Virgilio ita describitur:

9. Georg.

Hinc demum hippomanes uero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine uirus:
Hippomanes, quod saepe malæ legere nouerca,
Miscentes herbas, & non innoxia uerba.

Lib. 2. Ele. 4.

Et apud Tibullum:

Et quod, ubi indomitis gregibus uenus afflat amores,
Hippomanes cupida stillat ab inguine equa.

Propertius lib. 4. in lenam quandam:

Consuluit striges nostro de sanguine, & in me
Hippomanes fœta semina legit equa.

Et Ouid. lib. 1. Elegia 8. aduersus aliam lenam:

Scit bene quid gramen, quid torto concita rombo

Licia,

Licia, quid ualeat uirus amantis equæ.

Nouit Iuuenalis quoq;: Hippomanes, carmenq; lo-
quor, coctumq; uenenum Priuigno datum.

Nomen ueneno inditum *ἵππομανής*, quòd effreni
equinæ cupidini similes hominibus amoris ac-
cendat faces. Hinc, Pausania & Aeliano autho-
ribus, tantam in eo nouit uim Olympiæ Phor-
mis Arcas, quòd illo æri mixto & effuso equam
posuerit, abscissa cauda: huic hippomanes inclu-
serat, fabrica nò tam accurata, ut ea falsitate tan-
topere ad huius conspectum furij excitari o-
portuerit equos: quos tamen ita alliciebat, tan-
taque agitabat insania, ut disruptis frenis in i-
psam uiolentius, quàm in uiuam, insilirent e-
quam. Neque quòd unguæ inhærentes æreæ
statuæ, lubrico eliderentur lapsu, idcirco cessa-
bat appetitio, imò ardentius multo in his antè
ore adhinniebant: neque prius ab æneo potuê-
re depelli simulachro, quàm flagris & equisonũ
uiolentia abstraherentur. Est & hippomanes, ut
docet Theocritus, *φύτιν ἵππων*, id est planta siue
herba, qua gustata equi in furias aguntur: unde
& nomen.

Inter amatoria adhæc uenena connumeran-
tur, in extrema lupi cauda pilus, eiusq; uirga, re-
mora pisciculus, felis cerebrum, & lacertæ, stel-
lio cui stincus nomen: item os de rana uiridi, in
formicarum aceruo exesa: sinistri etenim ossis
contactu amorem, dextri uerò disidium exci-
tari tradunt, uel ut alij referunt, à formicis obe-
sa ranæ ossa conijce in aquam, quorum aliqua
aquæ innatant, quædam subsident: hæc ligata

*Amatoria
uenena.
Plin. lib. 8:
cap. 22.*

in albo sindone, & suspensa, amorem conciliât, illis contacto homini odium paritur. Aliud experimentum simile ex hirundinum pullis: Accipiuntur ij unius fœturæ aut nidi, qui in olla cõditi, in terra sepeliuntur, ut suffocati fame pereant. pòst ex effossis qui hiâte rostro mortui inueniuntur, amori: qui occluso, concitando seruiunt odio. Vtero hyænæ sinistro lacerto quoque religato, si quis mulierem inspiciat, usui hic esse etiam perhibetur. Componuntur ea quoque interdum ex excremētis, aut animalibus è putredine genitis, aut ex conñata nobis materie, quæ tamen ut illicita meritò mentē potius turbant, mutantque, quàm ad amandum cogant: sic menstrui mulierum, præsertim biliosarum & rixosarum, potus, adeò bibentes effascinat, inficitque, ut lunaticos & amentes efficiat. Habentur & alia philtera, à mortuorum uestibus, candelis, acubus, & ijs uniuersim quæ funerum gratia parantur, sumpta. quæ eo libentius, quòd nugarum plus quàm ueritatis habeant, nomino: quemadmodum natiua illa uenena, nimis que efficacia silétio hic sepelire malui, doctioribus medicis ex sexto Dioscordis de materia medica, & reliquis item Græcorum & Arabum, tum etiam quorūdam recentiorum libris, atque usu quotidiano nimis cognita.

Quòd

Quòd amatoria pocula, hippomanes, & quæcunq; id genus alia, citius furorem inducant, quàm amorem concilient.

Cap. 53.

POrro philtrea, hippomanes, & quæcunq; id genus alia, in amore uerè conciliando parum aut nihil ualere, sed furorem citius cõcitare, multorum non ignobilium uirorum est sententia. Ouidius in lib. de Medicamine faciei:

Sic potius nos tanget amor, quàm fortibus herbis,

Quas maga terribili subsecat arte manus.

Nec uos graminibus, nec misto credite succo,

Nec tentate nocens uirus amantis equæ.

Nec mediæ Marsis findantur cantibus angues,

Nec redit in fontes unda supina suos.

Idem 2 de Arte amandi:

Fallitur, Aemonias si quis decurrit ad artes,

Datq; quod à teneri fronte reuellit equi.

Non facient ut uiuat amor Medeides herba,

Mistraq; cum magicis mersa uenena sonis.

Id postea exemplis Medæ & Circes comprobatur:

Phasias Aesonidem, Circe tenuisset Vlysssem,

Si modò seruari carmine posset amor.

Nec data profuerint pallentia philtrea puellis:

Philtrea nocent animis, uimq; furoris habent.

Hinc Eusebius Cæsariensis scribit, Lucretium poetam amatorio poculo in tantum furorem uersum, ut se tandem propria manu interemerit. Sunt qui arbitratur, uxorem illius huiusmodi obtulisse poculum, & eam Lucillam uocatam, ex Hieronymi testimonio in Rufinum,

Lucretius amatorio poculo interemptus.

362 De præstigijis dæmonum

*Lucretia & Lu
cilla uenefi-
ca.*

cuius hæc sunt uerba: Lucretia uirum suum inter-
fecit, quem nimis odit: Lucilla suum, quem ni-
mis amauit. illa sponte miscuit aconitum: Lucil-
la decepta, furorem propinauit pro amoris po-
culo. De illo quoque extat illud Politiani in
Nutric.

*Hic qui philtrea bibit, nimioq; insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.*

*Callisthenes
ueneficus.*

L. Lucullus

*Imperator a-
matorio pocu-
lo interem-
ptus.*

*Lib. ii. antiq.
Iudæic.*

*C. Caligula po-
tionatus ab
uxore.*

Tradiderunt item literarum monumentis Cor-
nelius Nepos & Plutarchus, Lucium Lucullum
imperatorem amatorio quoque poculo à Cal-
listhene propinato, primum mente læsum fuisse,
deinde interemptum. Meminit & Plinius li-
bro 25. ca. 3. circa finem. Narrat quoque Iosephus
& Suetonius, C. Caligulam à Cæsonia uxore po-
tionatum, amatorio quidem medicamento, sed
quod in furorem uerterit. Quod commemoras
Satyricus poeta, id poculum ex hippomanes ap-
paratum fuisse ait:

— Si non

*Cæsonia uene-
fica.*

*Et furere incipias, ut auunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Insudit.* Sed de hippomanes quod creditur, af-
ferit quoque Aristoteles libro 8. de Natur. ani-
mal. capite 24. figmenta esse muliercularum &
professorum carminis incantatorij. Scribit ad-
hæc 2. Mag. moral. mulierem quandam uiro cui
piam poculum porrexisset amatorium, ex quo
is subito decidit mortuus. Mortem etiã sæpe ac-
celerare eiusmodi philtrea, tradit Hippol. Marsil.
in d. l. eiusdem. s. adiectio. D. de sicca. ubi est & tex-
loquens de amatorio ueneno, sicuti & de ama-
torio po-

torio poculo, in l. si quis aliquid. §. qui abortio-
nis. D. de pœnis.

Et quanquam Constantinus Imperatorum
Christianorum primus, arte magica conciliari
amorem sensisse uideatur, in l. ab eo edita. C. de
malef. l. eorum. in illis uerbis, Aut pudicos ani-
cos magicis artibus ad libidinē deflexisse de-
reguntur: & Accursius in authent. quo. opor. e-
pi. & cleri. §. hoc autem. in uerb. propter quæ-
dam. & Alberic. in rub. de hæret. col. 3. tamen D.
Epiphanius Palæstinus Eleutheropolites lib. 1.
aduersus hæreses, tomo 2. in 30. sect. tradit uan-
nissimas esse eiusmodi amatorias incantationes,
quibus scilicet fœminarum castitas impetitur,
ubi nomen Christi & signaculum crucis cōtra
opponitur: quod non contēnenda historia con-
firmat. Quin & illa Sicilię constitutio, cuius ini-
tium est, Pocula amatoria, friuolum reputat &
fabulosum, posse huiusmodi pocula amorē ex-
torquere. Historiam de uirgine deo dicata, atq;
magica arte à iuvene ad amorē sollicitata, à D.
Hieronymo conscriptam in uita D. Hilarionis,
lege libro 4. capite 10. ubi paucis meam uide-
bis adiectam sententiam.

*Amatoria
incantationes
uanissimas.*

Nouimus, inquit Henricus Institoris & Ia-
cobus Sprenger theologiæ doctores, uetulam
tres ordine abbates, ut publica omnium fratrum
in eo monasterio etiam in hodiernum diem est
opinio, non solum philtris incantasse, sed & in-
teremisse, & quartum iam simili modo demen-
tasse. Nec eā pudet fateri palam, se fecisse & fa-
cere, eosque à suo amore desistere nequiuisse,
quod tan-

*In Mall. ma-
lef. part. 1.
quæst. 7.
Tres ordine
abbates ama-
torio pocula
interempti.*

quod tantum de ipsius stercorebus commedis-
sent: simulque quantitate extenso brachio cõ-
monstrat. Fateamur autem, quia nobis non erat
in eam inquirendi ulciscendiq; facta potestas,
illam adhuc superstitem esse. Hęc illi. Stercora
verò fuisse spurciciem ueneream, quam, uelut
cœno immersi, toties erant experti in exercita-
ta lasciuienteque uetula meretricula monachi,
ut ab eius illecebris inescati, quasi fascino uel
certius maleficio detenti, desistere & ad men-
tem redire nequiuerint, mea profectò est sentē-
tia: hoc amatorium poculū, hæc brachij instar
uorata uetuli scorti stercorea. iudiciumque esto
penes eiusdem conditionis uiros, qui etiamnū
quotidie simili malefici o'illecti, in eadem palæ-
stra strenuos exantlare labores satagunt.

Virgilius quoque circa finem Pharmaccu-
triæ, testatur magica carmina nihil huc facere,
cum scribit:

— *His ego Daphnim*

Aggrediar, nihil ille deos, nil carmina curat.

Vbi Seruius id etiam annotauit.

Propertius item libro secundo, Eleg. i. huius est
sententiæ, cum inquit:

Seu mihi sint tagenda nouerca pocula Phædra,

Pocula priuigno non nocitura suo.

Nam loquitur de poculis amatorijs, quib. Phæ-
dra Hippolytum priuignum in amorem illice-
re tentauit. at nihil ea profuere. Rectè itaque ad-
monet Ouidius secundo de Arte aman. hoc ar-
tis magicæ genus cauendum esse:

Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto.

Et lib.

Et lib. I. de Remed. amoris:

Viderit, Aemoniæ si quis mala pabula terræ,

Et magicis artes posse iuuare putat.

Non inconuenientem huic loco historiam subiungere placuit ex Plutarcho. Amabat Philippus Macedonum rex puellam quandā plebeia: facileque utriusque fortuna longē dissimilis, eam regi obsequentem fecerat. Quod cum rescisset Olympias eius uxor, id ægrè admodum tulit, præsertim quod ferebatur ea puella amatorijs philtris sibi Philippum conciliaffe. Ideoque irata, iussit clam domo extractam ad se puellā duci, eo quidē animo, ut carcere aliquo clausam, aut in longinquas regiones trans mare religatam, malè haberet. Productam uerò ante se cū speciosam, uenustam, ingeniosam, elegantem, & omnibus modis ac numeris amabilem uidisset, χαρέτωσαν, ἐπὶ Ὀλυμπίας, αἱ διαβολαὶ, οὐ γὰρ ἰρσινοῦσι φάρμακα ἔχεις: Valeant, inquit Olympias, calumniæ: tu enim in teipsa ueneficiorum uim habes. nec iā puellæ amplius, aut marito suo irata fuit. Huc facit illud Menandri apud Stobæum Florilegū c. 65. ἰνὶ τῷ ἀλοβίῳ φίλτρον οὐ γυνάμνη τρέπει, τὸ τῷ κατακρατῆρ αὐτῶν εἶσθην γυνή. Inest uerum philtrū, benigni mores, Quo uincere uirū solet mulier. Et profectò hæc sunt uera amoris ueneficia. Nā si quæ coniuges philtris alijs & amatorijs poculis utuntur, eas abominamur ac fastidimus. Quemadmodum & Plutarchus asserit in eo libello, quem de Tuenda ualetudine scripsit: ut non dissimili ratione consequens sit, uxores cōtrā uiros, qui hæc res usurpant, detestari. Et ut

In præcept.
coniubial.
cap. 24.

Philtra uera

idem

idem Plutarchus scribit in Admonitionib. con-
nubialibus, sicut piscatio quæ fit medicamen-
tis, citò quidem & facilè piscem capit, sed eum
labefactat, & mensæ minimè idoneum reddit:
sic qui amatorijs artibus carminibusque con-
iuges uoluptatis causa subigere conantur, cum
attonitis dementibusque & labefactatis uitam
agunt. Neq; enim Circe(m) (ut subdit) ab ea po-
tionati quicquam iuuerunt, nec ipsa ulla in re il-
lis abutebatur, cum suum asinorumque formã
accepissent: Vlysses uerò mente præditum, &
prudèter cum ipsa uersantem, incredibili amo-
re prosequuta est. Hæc ille. Explosis itaq; phil-
tris & magicis uanitatibus, amorè uxorù mu-
tuo in eas amore, in alias uerò fœminas casti-
monia & quibuscunque alijs honestis pijsque
studijs comparare nitamur. Sic lex connubia-
lis decima quarta doctissimi clarissimiq; iuris-
consulti Andreæ Tiraquelli manebit inuiolata:

*De legibus cõ-
nubial.*

Carminibus, poculis, alijsque id genus phil-
tris magicis, quib. creditur amor conciliari, uir
& uxor penitus abstinento:

Sed mutuo inter se affectu, alijsque honestis
rationibus amorem prouocanto, conseruanto,
augento.

Quod multa sit philtri & magici furoris cõ-
munio, nec argumentum ingratum, hic me pau-
lo fuisse prolixiore(m), agnosco libenter.

Animantia quomodo lædant uenefici.

Cap. 54.

Animantia adhæc, phar(m)acis pabulo in-
iectis, aut alicubi sparsis ut degustentur,
uel

uel halitu attrahantur, lædunt perimuntque *Veneficia pe-*
 uenefici. Idem uel affricu uel applicatione præ *rimunt an-*
 ftari poffe, ut minimè nego: ita meminiffe oportet, *mantia.*
 quofdam ftudiò, lupi ftercus clàm in præfe-
 pibus condere, quod olfactu animaduertentia
 pecora, uoracemque hoftem uerita, ob quandã
 antipathiam, miro exagitantur furore: ut male-
 ficio ea torqueri, firmitiffimè credât ignari, apud
 ueneficij huius artifices confilium inquirentes.
 Eadem ratione dicunt, caudam lupi in bouũ uel
 equorum præfepti fufpenfam, eos ab efu exter-
 rere. Metu etenim ob odorem percuffi, obliui-
 fcuntur cibi efurientes: quemadmodum homi-
 nibus quoque in magnis timoribus ufuenire
 experimur. Fufius naturalia profequi uenena,
 non eft noftri inftituti: cum huc folũ fpectet o-
 rationis filum, ut actiones & morbi præter na-
 uræ legem percellentes detegantur.

DE IIS QUI LAMIARVM
 maleficio affecti putantur.

Liber III.

*Qui maleficio affecti dicuntur, & quorum ita læforum
 fãcra meminere Biblia, & quotquot uulgò La-
 miarum maleficio cruciari exiftimantur,
 omnes à diabolo uel exerceri, uel ob-
 feffos effe. Cap. I.*



MALFICIO affecti dicuntur, qui *Maleficio af-*
 uarijs & inſolitis plerunque mo- *fecti qu.*
 dis, præter naturam, Dei aſſenſio-
 ne, à dæmone in ſuis corporibus
 exercetur, ſiue homines ſunt, ſiue
 beſtiæ

bestiæ: quum ille ea aliàs uel subit, uel etiam nõ intrò subit, sed utiles corporis humores exagitat & inficit, aut noxios in partes traducit principes, uel hisce uenas ductusque naturales obstruit, uel instrumentorum structuram luxat, *4 cerebri.* uel spiritus † crebrò turbat, multifarijsque imbuat formis, quos interdum quoque excitat, ut in ijs hominibus uirtus animalis se exerat potentius quàm in sanis: siue uenenata materia, siue halitu intus aut foris conspurcat, defœdatque, ac id genus reliqua, quibus ex causis morbi progignuntur innumeri, graues & admirandi. Nec interim hominum subtãtia & facultates ab huius subtilis artificiosi que hostis maleficio inimunes liberæque permanent. Exemplum luce meridiana clarius in Iobo cernimus, cuius, *Iob 1.* diaboli studio, primùm quinquaginta bouum iuga & *Iob maleficio affectus.* 500 asinæ abripiuntur, puerique cæduntur: secundò, ouium septem millia cū pueris igne cœlitus demisso consumuntur: tertio, camelorum tria abducuntur millia, & famuli occumbunt: quartò, domus, ob procellas impetuosissimas à fatana excitatas, ab imis sedibus conuulsæ ruina opprimitur omnis soboles. Vbi nec harum calamitatum aceruo Iobum à Dei cultu transuersum agere posset, quin adhuc nomen Domini ille constanter glorificaret: demum, consentiente Deo, cum ulcere pessimo à planta pedis usque ad uerticem percutit, deformatque tam fœdè direque fatanas, ut ille in sterquilinio sedens miserabiliter, saniem testa abraderet, adeò atroci excruciatu dolore, quò etiam mortem

illi precaretur coniunx, nec ab amicis eum uisitantibus agnosceretur. Quid aliud de eo, quàm ipsum maleficio affectum fuisse, & incantatum in cunctis ad illum pertinentibus, quis dicet? Quæ hic intercessit dæmonis cooperaria malefica, quæ peruersa Lamia maleuolentia, quod execrabile ueneficæ pharmacum? Quibuscunque malis rebus perficiendis satis per se potens est, & uoluntate promptissimus diabolus, si diuinæ maiestatis tantūmodo accedat permissio: cuius nutui morem gerere, uelit nolit, cogitur.

Nabuchadonezarem regem Babyloniorum furore percitum, & in deserta ab hominum consuetudine pulsus, fœno uescētem more bouis, figura uitiata, capillis eius in aquilarum similitudinem crescentibus, & unguibus eius quasi auium, mente adhæc turbata, acerbissimè exagitat totum septennium diabolus.

Satanæ maleficio multis cruciabatur temporibus dæmoniacus in regione Gadarenorum: è monumentis, suo quippe domicilio, egressus, nudus, ac supra modum sæuus, adeò ut per illā uiam transire posset nemo: neq; enim catenis eum ligare poterat quisquam, propterea quòd cum sæpe compedibus constringeretur, & catenis uinciretur, ijs ab illo discerptis, comminutisque, à dæmonio in deserto agebatur. Vociferabatur autem: Quid rei nobis tecum est Iesu fili Dei? Venisti huc ad cruciandū nos ante tempus. Dæmones uerò rogabant, ne imperaret ut in abyssum abirent, sed eos in porcorū procul in monte pascentium gregē demigrare permit-

A teret.

*Maleficio le.
sus Nabuchadonezar.
Dan. 4.*

*Dæmoniacus
apud Gadare
nos maleficio
corruptus.
Matth. 8.
Marc. 5.
L. 6. 8.*

370 De præstigijs dæmonum

teret. Christo hic annuente, egressi in porcorum gregem abierunt, eumque præcipitem impetu egerunt in mare, & suffocatus interierit. Hic & porci fermè bis mille dæmonũ maleficio agitati, in suam ruunt perniciem.

Marc. 1. Nonne ille quem spiritus immundus discerpens, proijciensque in medium: qui & Christi iussu exijt, nihilque nocuit, inter maleficio correptos suum sortietur locum?

Math. 17. Huc referatur lunaticus, qui à puero spiritũ

Marc. 9. habebat mutũ, quo ubi agitaretur, lacerabatur

Luca 9.

Maleficio lunaticus.

spumans, ac dentibus stridens atque arefcens: quem frequenter etiam in ignem coniecit spiritus, & in aquas, ut eum perderet: neque à Christi discipulis, ob eorum incredulitatem, expelli potuit: puerum uerò tandem ad Christum accedentem, continuò discerpebat, ut in terram prolapsus uolueretur spumans: usque ad eum à spiritu exeunte Christi iussu, iterum dilaniatus, ut mortuus à multis haberetur: donec manu illius arrepta, à Iesu erigeretur.

Luca 13. Nonne paria cum nostris, qui maleficio patiti creduntur, sensit mulier quæ infirmitatis spiritum habuit, à satana alligata octo & decem annis, atque ita contracta, ut omnino caput erigere non posset, uinculo isto à Christo sabbati die soluta?

Quis nisi animi planè præfracti, inficias ire audebit, si hi quos recensui, nunc temporis spectarentur, uno sanè ore acclamarèt plerique omnes, hos peruersè alicuius uetulæ artificio ita præter naturã uariè exagitatos esse, miserè demétatos,

contractos

cōtractos, lancinatos, distractos q̄: Atqui cuius arte, dira hac calamitate illos opprimi testatur Scriptura? Dæmonis. Cuius cooperatione, aut imperio? Nullius, sed tantummodo propriæ de monum uoluntatis malicia, & Dei permissio- ne ex arcano ipsius consilio, ut illi uel probaren- tur, uel castigarentur, emendarentur. Nec us- quam in uallo ueteris & noui Testamenti uo- lumine exemplum, ubi in affligendis corpori- bus, alicuius Lamiaë operam ulurparit, aut etiã requisierit satan, comperies: nihil illic tamen prætermissum esse, quod huius potentiam, a- ctiones fraudesque ostendere queat, fatendum est. Neque etiam alicuius opera indiget uetera- tor ille, abundè suo Marte potens ludificare ho- mines, eorum mentis & oculorum aciem per- stringere, morbis præter naturam cruciare, ul- ceribus ferire, aerem multifariam turbare. Per se maleficia operari diabolus, in Malleo legi- tur, nec in his indigere mulieris maliciosæ con- sensu, sed & sagæ perditionem quærit: unde & ipsam cooperari aliquo modo cogit. Permissu tantum illi opus est, teste Gregorio, cui uolun- tas semper mala. Interim tamen à se designari eiusmodi flagitia, aliosque seuerè torqueri, & in rebus externis fœlicem impediri successum, & quæcunque alia diaboli miracula perfici, ha- bent persuasissimum, confitenturq̄; delusæ que- dam aniculæ.

*Secunda 2.
Partis quast.
2. cap. 7.*

Eas iam dixi, diuersis de causis, à dẽmone ita obsidione uallatas, earum mentem tam graui- ter fascino læsam, cerebrum cogitatuũ imagina-

tionumque organum tam raris fraudulentisque phantasinatibus & formis ob incredulitatem implicitum, confirmatumque (quemadmodum in grauibus somnis, atque etiam melancholicis usuuenire quotidie, ostendi) ut aliud nesciant, torturisque subiectæ fateantur sua esse facinora, quæ ipsarum saltem sunt phantasia, reuera autem satanæ, Deo huc coniuente: sic aliquem crebrò à se læsorum recensent numerum, quorum alios occæcatos, alios mutilatos, non nullos hoc uel illo modo à se excarnificatos, falsa opinione dicunt: quo nomine non tam maleficæ, quàm maleficio affectæ effascinatæque appellari merentur. Quotquot uerò tam crudeliter & multifariam, quibuscunq; etiam conuulsionum generibus, morbis prodigijs, uomitu & deiectione, præter naturam torqueri, hunc uel alium imitari sonum, uocem edere, certos mendaciter notare, denominare atque accusare homines, uti atrocis spectaculi architectos, obseruamus: cunctos à dæmone maligno mendaci que citra alterius cooperationem agi, uexari que (nisi quandoque uenenum uel propinatum uel applicatū accessisse intelligatur) ingenuè fateor, atque adeò sanctissimè altruo.

*Qui demonia
es, maleficio
correpti cre-
duntur.*

De rebus monstrosis ore reiectis, quas non fuisse in corpore, multis ostenditur argumentis. Cap. 2.

*Materies, quæ
ore reijciuntur,
nō omnes fuisse
se in corpore.*

HUc spectat rerum monstrosarum per os reiectio, qua præstigiator ille quorundam sensus ita præstringit, ut eas ex corporis medullis

tullio eductas esse, dubitare nollent. Sunt autē
 panni lanei rudioris laciniaē ut plurimum, item
 clavi ferrei iustā interdum magnitudinis, eo-
 rumque fragmenta, fibulaē ferreaē & græca, acus,
 aciculaē, eaque complures numero, quandoque
 colligataē, uel panno insertaē, fili inuolucra. Hæc
 à me uisa sunt. Nonnunquam & ossa euomun-
 tur, subligacula, atque reliqua id genus longè
 absurdiora monstra: sæpius magnitudine œso-
 phagi etiam, quoad fieri possit, in homine uiuo
 tenſi distracti que naturalem diductionem exu-
 perantia, quibus nec alius ab ore introrsum la-
 xior patet meatus. quo uel unico irrefutabili
 argumento facile conuicero, ea dæmonis subti-
 litate uelocitateque imperceptibili, ori ingesta,
 nostris adhæc oculis uel celeritate eius uictis,
 uel fascino delusis, uel interiecto corpore aereo
 aut aliter motis eò intus uel foris uel utrinque hu-
 moribus aut spiritu caligantibus. Sic nos fallaci
 suo machinamento multiformiter exercet ille
 mille artifex.

Si porrò instes, urgeasque, ea non ex ore so-
 lum, sed penitiùs è corpore reiecta esse: dic que-
 so, quo loco antea in corpore hæserint aut deli-
 tauerint, cum nullus sit corpori reliquo cum ore
 meatus communis, excepto œsophago, præter
 arteriam asperam, cuius caput larynx ex tribus
 componitur cartilaginibus. Eius orificium, dū *Arteria a-*
 respiramus, dilatatur: cum deuoramus, compri *spera.*
 mitur ut plurimum, nonnunquā exactè, ob quod
 ligamentis mēbranosis neruosisque coartatur.
 Ea arteria solummodo spiritum purum & im- *Larynx.*
 purum,

purum, recrementium uero efflatu inspiratumque
 transmittit: aut humidum quiddam, puta san-
 guinem, pituitam, sanie[m], aut pus tussi expe-
 ctoratum: nihilque grauius hanc, nisi cum uitæ
 naufragio, etiamsi exigua admodum materies
 dura hæc casu aberret, tollerare, manifestum est.
 Enim uero quàm graues laterum dolores, cum sic-
 ca quadam tussicula, triennio cum mortis peri-
 culo prius excitarit, quàm ex pectore tussi pro-
 pelleretur auellanæ magnitudine lapillus, nar-
 rat Antonius Beniuenius. Recitat quoque Ale-
 xander Trallianus exemplum de quodam, qui
 longo tempore tussi uexatus, non potuit, ne ual-
 de tussiret, liberari, quousque calculum expuis-
 set leuem, durum & renitentem: & nisi consilio
 usus fuisset, illum similiter ijs qui tabe labora-
 runt, moriturum censebat. Id ipsum cuidam ci-
 ui Duisburgensi accidisse memini. Habet adhuc
 meus collega excellentissimus, lapillum fabæ
 magnitudine, anno 1553 à se exemptum in ho-
 spitali Pisano, ex sinistris pulmonibus cuiusdam
 adolescentis phthisi demortui: qui iam diu tuf-
 si uexatus, prope annos tres incœperat tabe mar-
 cescere, qua tandem interiit. Lapillus est inæqua-
 lis, asper, non admodum grauis, pallefcens, atque
 oualis. Hac itaque ratione strictius hoc uas, durum,
 cartilagosumque; ab illa multa, ampla, solida, ua-
 ricque conformata substantia liberum esse constat.
 Hinc per *οισοφάγην*, cibo potuique; destinatam uiam,
 atque alterum oris interiorè meatum, è uentricu-
 lo illa rerum miracula uomitari, si imis corporis
 partibus antea inhæserint, necessariò sequetur.

Eum

Lapillus tussi
reiectus.

De abditis
morbor. & sa-
uat. causis
cap. 24.

Libr. 1. ca. 4.

Oesophagus.

Eum autem omnino neruosum existere, & cū primis eius orificium, ideoque exactissimo tactus sensu præditum esse, ac leui flatu aut halitu putrido facile affici, humore etiam acri uel acido grauitè pungi, sæuissimamque cieri mala, norunt medici. Plerosque enim ex flatibus in uentriculo generatis, ex pituitosis, aut alioqui uitiosis humoribus, aut ex cibis in uapores ab imbecilli calore resolutis, grauissimjs uideas torqueri dolorib. alios ex coaceruatis crudis succis, uel etiam uitiosis aut acribus in uentriculo, in syncopem aut præceps animi deliquium concidere. Quosdam etiam ex alimentorū prauitate, aut malignorum humorum qualicunq; copia, ut à bile admodum corrupta, aut à pituita falsa acri, excruciat cholera morbus: in quo uomitibus & deiectionibus tanto plerunque impetu biliosa excernuntur, ut cum humoribus, multis quoq; exhaustis spiritibus, uires affatim prosternantur, sitiant ægrotantes, ac sudent, tremor cordis syncopeque succedant, interdū & mors acerbissima. His exactiore lance pensiculatis, collataque grauissimorum morborū, symptomatumque exitium causa materiali, cum ingentis durissimæ atque adedò acutissimæ materiei, uelut ferreæ, æreæ, ligneæ, ossæ præstigiōsa uomitione, tum etiā expulsionē rei lineæ laneque, uentriculo & eius sensili apprimè orificio ita noxiæ, ut suffocationem plerunq; quis uereatur, si in faucium partes exquisiti admodum sensus uel pilus impegerit, nedum acicula aut acus (quas etiam cum periculosa uitæ lucta

Orificiū uentriculi neruosum, & ualde sensile.

Ventriculi dolores.

Cholera morbus.

uel dispendio ignoranter subinde deglutiri cer-
nimus) uno profectò consensu, adeoque ore
uno, ob rationis ueritatisque robur, hic asseren-
dum atque proclamandum erit, dictam rerum
ore egestarum congeriem, à præstigiatore sub-
tili celerique dæmonio in os & fauces imas, nec
ultra, impelli, penitiusque impingi, quasi stran-
gulationem minitantem: acie oculorum nostro-
rum interim elusa, uel spiritu optico turbato,
uel eius radijs obscuratis, ne prodantur præ-
stigiæ. Sic simpliciores exiguæque fidei homi-
nes expeditius in suam illicitam ueterator.
Aliqui uerò affecti ita, ab alijs insontibus, & se
magis fortè pijs, ipsique Christo fidelioribus,
eiusmodi sibi irrogatam iniuriam, malumque
infectum, mendaci satanæ suggestiõe, imò ipsius
facticia uoce ebuccinant, id quod meis coram
accepi auribus.

Adde quòd sæpenumero nihil doloris in sto-
macho, ante acutæ, pungentis, radentisque hu-
ius substantiæ rudioris expuitionem uiolentã
senserint: quum fieri nequeat, quin in ea huius-
modi rerum copia, unã transuersè acta, facile ali-
cubi inhæreat, quæ suos pariat cõtinuos postea
cruciatus: quemadmodum de muliere quadã,
quæ acum æneã deglutierat, tradit Beniuenius:
unde primùm nihil sensit incommodi, inde cœ-
pit eam circa uentriculum urgere dolor satis a-
cutus: quo dum indies magis magisque afflige-
retur, plures cõsultuit medicos, nihil de acu uo-
rata, quæ memoriæ penitus exciderat, referens.
Variæ fuerunt hinc inde sententiæ. Alij enim ab
acriore

*De abditis
morb. causis
cap. 20.*

*Ex ac deglu-
tita, 214.*

acriore humore, alij à uento inter stomachi tunicas recluso, cæteri uerò ex malo habitu excitari hoc malum putabant. Sic quæ annis iam decem ex una acu, urgente dolore acerbo, miseram illa trahebat uitam: donec acus perforato uentriculo se prodidit, prodijt quæ. Se acum & uidisse, & mulierem curasse, addit Beniuenius.

Quid ego in huiusmodi casu haud ita pridem uiderim, obseruauerim, fecerim quæ, paucis subiungam nisi lorum gratiam, qui me operæ præciû præstitisse iudicabunt. Mulier quædam honesta, nomine Heluicha, infantem cura Dufeldorpij in Martio anni sexagesimi quarti supra sesquimillesimum, aciculas ore retentas duas, unam magnam, alteram minorem: fortè quæ pueri casum uereretur, deglutijt: hærebant quæ eæ aliquot horis palmam latam sub larynge cum dolore pungente & multis angustijs. Ad quam tandem accersitus, ut nihil cibi aut potus prius offerretur, quam incuruo forcipe subtili, quem haud mora adferri iubebam, uetui, tentaturus num retrahi possent. Vix dum digressus eram, quin sorbitiuncula propinaretur, qua in gulæ partes inferiores paululum supra uentriculi orificium illæ deprimuntur. Vbi nouo cruciatu exorto, dolore quæ pungitio, reuocatus, iussi cereuisiam cum butyro & pane secalino, nostratibus consueto, crassius quæ inciso, exhiberi satis copiosè, atque eam decubitu erecto dormire: nox etenim erat. Sic aciculas ad uentriculi sinum impelli potuisse arbitratus sum, easque infixas uomitu has partes contrahente, al-

tjusque eo nisu impingente, reddi tunc per fauces nequiuiffe. Hoc modo hora tertia matutina panis illius pondere ad uentriculum depressæ sunt. Inde eam secundo die alui iusculis pinguibus, cereuisiaque butyrata. Decubitus tum imperabatur in dextram, uentre libero, puluinaribus suppositis femori & brachio, ut minus impeditè ex uentriculo per pilorum ad intestina descenderent acus. Ante uesperam quum surgeret, eam corpus uelut in æquilibrio conseruare, nec hinc inde inflectere uolui, ne inæquali motu alicubi in intestinorum anfractu figerentur aciculæ: sed ut erecta citra ullam corporis inflexionem in moderatè inambularet consului, quò cum excrementis conuenientius in intestina magna siderent acus.

Deinde ut fæces quas primum exoneraret, studiosè in uase conseruarentur, admonui. Quibus postero mane redditis, dissolutisque in aqua, apparuerunt aciculæ: altera uerò longa nonnihil erat incuruata. Ac licet ab his iam secunda esset, tamen grauitè adhuc paucos dies ægrotare uidebatur, uel ex concepto metu, uel alia de causa: sed breui conualuit. Iam ad institutum.

Ad cuius assertionem quoque facit, quòd tamen si mox uel paulò longius à cibo subsequatur uomitus hic ludibriosus, nihil tamen cibi uel chyli appareat mixtum: quod à me diligenti inspectione obseruatum est. Adhæc euestigiò ab eiusmodi dura, acuta, multiformique re expulsa, qua omnino uentriculum & æsophago.

ſophagum lancinari, radiq̄ue, ſi profundius
quàm ex oris cauo rejceretur, oportuit, inno-
xiè quaſi in ijs locis illæſi comedunt. Hoc à me
non ſemel circiter annum quadrageſimum o-
ctauum ſupra milleſimum quingentefimum, a-
pud Geldrorum Arnheimiam, ubi tum ſtipen-
dio publico medicabar, uifum eſt: quò homi-
num hiſce modis à dæmonio exercitorum ad-
ducebantur plauſtra, quorum uentriculum
(in quo eas res portentolas ſupradiçtas reſe-
ſſe neceſſe eſt, ſi ex imis corporis partibus, quò
omnium propè erat iudicium, expellebantur)
quum ante & poſt uomitionem ſumma diligen-
tia uigilantiq̄ue ſtudio in multorum conſpectu
contrectarem, ualideq̄ue ſuſum ac deorſum
pugno, palma & digitis uario torquerem mo-
do, ut ſi quid grandioris, aſperæ, acutæq̄ue ma-
teriæ in illo contineretur ſinu, non amplius poſ-
ſet latère, ſed reniſu in duriorem ultrò citroq̄ue
impellentem manus meæ, hinc etiam ſuam læ-
ſionem ſenſuræ, contrectationem ſe detege-
ret: uel nauſea, ob non leuem certè eiufmodi
palpitationè, uiolenter concita rejceretur: ni-
hil prorfus tamen animaduerſum eſt unquam
eo momento euomi, nec ullam à contentis pu-
tatis iniuriam ſenſit uentriculus. Quod omni-
no fieri nequiuiſſet, ſi altius quàm ex ſinuo-
ſo oris hiatu proſiliſſet, obiecta
oculis noſtris ex ore ma-
teria,

*Historia memorabilis de puella demoniaca, quæ
à Lamijs cruciari dicebatur, ubi de cru-
cis signo non nihil agitur.*

Cap. 3.

*Historia ad-
mirabilis de
puella demo-
niaca.*

PVella uerò sedecim plus minus annos na-
ta, ea ratione à me habita, contrectataque,
post alicuius moræ intercapedinem facie obser-
uabatur à patre, & altero, qui his eius moribus
allueuerant, uomiturire: cuius os cum mox ui-
gilanter & defixis oculis intueri studerem, eo-
dem inspectionis momento instratam linguæ
panni lanei rudioris nigri laciniam uideo: in
quam digitis incunctanter iniectis, appendices
prodigiosarum rerum dictarum ex oris parte al-
tiori, quò eas in uentriculo antea non latitasse
ostenderem (id quod paulo antè ibidem latius
persuadere conatus fueram) emulgere uolui.
Frequenter enim prius sic propulsam fuisse ua-
riè congestam simul materiem, narrabat pa-
rens: ostensis quoque ueritatis documentis, ut
pote panno rudi nigro, cui aliquot acus & aci-
culæ infixæ, filoque conuolutæ adhærebant, i-
tem clauorum ferreorum uetustorum fragmen-
tis. At quod meis obiectum dixi oculis, attri-
ti panni nigri lacinosum rudimentum, uix spu-
to irrigatum erat hora etiam tertia pomeridia-
na, post solitum quoque prandium: quo tempo-
re illud crudo cibo uel chylo oblitum esse opor-
tuit, si reddidisset uentriculus. Vt autem ali-
quam opinionem, quæ ex stomacho id proiectū
esse induceremur, relinqueret satanas: Quàm
amarum

amarum hoc est, inquit mox post ablationē puella, uoce à natura prorsus aliena, puerili & sublallante, à dæmone haud dubiè elisa, teste Augustino: qui eius lingua diabolum uti affirmat, cuius corpus intrauerit.

Atrox uerò paulo antè spectaculum, mereq; tragicum, aliquandiu durans in hac puella ediderat tortor ille, quo puellę os, ut prorsus obmutiret, arctissimè constringi, manus atrociter cõuelli, oculos toruè intorqueri, corpus denique totum horrendo certè cruciatu exagitari contuebamur: nec citra crucis consignationem, manus aut os aperiri posse, asserbat pater cū suo comite: à me autem, qualicumque in Deum fiducia contra dolosam diaboli hypocrisim, absque illius signi impresione tandem diducebantur, restituebanturq;. Non quòd cruci quicquā derogatum uelim: sermo enim crucis potētia Dei est, ijs qui salutem consequuntur: hæc autem nō in signo, sed in CHRISTI crucifixi imitatione cōsistit, ut nimirū ipsius uestigijs insistētes, nos ipsos abnegemus, & crucem nostram tollamus quotidie, & sequamur illum. Iudæi signum quærunt: sed Paulus prædicat Christum cruci affixum. Per hunc nos corroborantē omnia possumus. In huius nomine expulerunt dæmonia Apostoli. Non crucis signū timet diabolus, sed ipsam crucem, uel cruciatum aut punctionē. Proinde Christo oblatrat: Venisti ad cruciandū nos ante tēpus. Et si quid picturis aut statuarijs credendū est, nusquā cruci Christi latronū cruces affingi uidemus, quarū sinistra nō terribilis infideat

Lib. 2. q. 10.
m. quæ, 1. 31.

1. Corinth. 1.

*cur tibi ab
impio dicitur*

Sermo crucis,
potentia Des.

1. Pet. 2.

Matth. 16.

Marc. 8.

Luca 9.

1 Corinth. 1.

Philip. 4.

Non crucis signum, sed ipsam crucem et met dæmon.
Matth. 8.

deat dæmon. Nec interim ignoro, Arabes philo-
 sophos crucem cœlestium fortitudinē dicere,
 quod eorum fortitudo per rectitudinem angu-
 lorum & radiorum resularet: & stellæ maximè
 fortes essent, quando in figura cœli quatuor ob-
 tinerent cardines. Ruffinus quoque in Sacra hi-
 storia narrat, crucem ab Aegyptijs sacerdotib.
 inter sacras literas relatam, cuius uis portende-
 bat salutis spem hominibus, credētibus CHRĒ-
 S T O saluatori nostro. Hieronymus Demetria-
 dem hortatur, ut crebrò signaculo crucis fron-
 tem muniat, ne locum in ea exterminator Aegy-
 pti inueniat. Et ad Eustochiū, de Custodia uir-
 ginitatis: Ad omnem (inquit) actum, ad omnē
 incessum, manus pingat crucem. Idem Tertul-
 lianus dixerat: Ad omnem progressum atq; pro-
 motum, ad omnem aditum & exitum, ad uesti-
 tum & calceatum, ad lauācra, ad mensas, ad limi-
 na & cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conuer-
 satio exercet, frontem signaculo terimus. Harū
 & aliarū huiusmodi disciplinarum, si legem ex-
 postulas Scripturarum, nulla legis traditio tibi
 prætenditur: auētrix consuetudo, confirmatrix,
 & fidei obseruatric. Crucis etiam signo dolos
 dæmonum propelli, docet Athanasius. Factum
 quoque per Marcellum episcopum Apameiæ,
 crucis signaculum in aqua cum fide aspergēda,
 ad dæmonis ex Iouis templo comburēdo expul-
 sionē, qui aquæ uirtutem non tulit, commemo-
 rat historia Ecclesiastica Tripart. Signum iure
 fugillet nemo: sed eius abusus omnino accusan-
 dus est, maximè si qui crucifixo & uiuæ in eum
 fidei

*De coronam
 litis.*

*De humani-
 tat. uerbi.*

Lib. 9. ca. 34.

fidei debetur honor, ad crucem referatur. Sed ad inceptam historiam redeamus.

Vbi deinde curationem mali puellæ dictæ promitterem, illius puerilis uocis sono, sibi nihil rei uelle mecum esse, & me astutum esse, atque, En quàm callidos habet oculos, respondit. Percunctante præterea me, num huius calamitatis authorem cognosceret: eadem lasciuente pueriliter uoce respondēs, honestam (meo quidem iudicio) matronam eodem tempore in custodia detentam ob incantationis peractæ suspicionem insimulat: quæ tamen postea manumissa, domum aucebatur liberè, unâ cum matre & duabus alijs mulierculis, propter maleficij crimen illis falso intentatum, iam integrum mensem captis. Illud quoq; hic silentio minime prætereundum censui, puellam hanc, illas panni lacinias, fila, aciculas, acus uel clauos ore nunquam reieuisse, quàm quum à dolore qualicunque, ob incredulitatem (quòd à causa naturali ex abstrusa Dei uoluntate dolor ortus, minus agnosceretur, sed imputaretur maleficæ, ac ad illicita confugeretur consilia) prius Amersfortum, proximum illius habitationi oppidum, ad sacrificum uel templi custodem (ni fallar memoria) itum esset, qui aquam (consecratam opinabantur) numismatis Snapphani precio diuendebat, qua propinata prodigiosus hic ciebatur uomitus. Ad hæc siquidem ludibria maximè Deus conuiere solet frequenter, ubi ab ipso & naturalibus medijs, in hominum usum diuinitus ordinatis, contra manifestum

*Finde diabolo
illudendi ner-
uis accrescit.*

*Deut. 18.
Leuit. 19. 20.*

ihra' can'

nifestum Dei mandatum, fide Christiana postposita, ad satanâ curritur, uel eius angelos: quales hi censentur, qui huiusmodi aquam uel ex baptisterio sublatâ, uel aliter impiè lustratam, aut cereæ paschalis thus, aut eiusdem religionis nomine sacratas res alias, ausu uetito nefarioque, in conceptu de maleficio opinionis iniquæ, diaboli instinctu, confirmationem, iuricæ fidei hominibus offerunt.

Ob historię superioris connexum, obiter huius puellę, & reliquorum secuta sanatio post benedictionis formulam recitatam à fœminis eo nomine captis, coniungitur. Cap. 4.

PORRÒ feminis, quarum paulo antè meminimus, in carceratis, ac in conciliū productis, cum à Senatu Cæsareo imperaretur, ut hominibus plurifariâ excruciatas, ob maleficijs suspicionē formula benedicerent præscripta, nimirū, Benedico tibi in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, in tuis bonis, sanguine & armento: eęque imperata facerent, euestigiò sanabantur ægroti. Benedicebatur autem quilibet ab ea, quam sui tormenti genitricem suspicaretur, uel dæmonis aut eius ministri accusatoris Pythij, custodia quoque coerciti suggestione putaret. Ne lectorem interrupta hystorię series remoretur, turbetq; ea hic paucis prosequar, quę alioqui ad sequentis libri argumentum pertinent. Hic fanciebatur ille omnium ore tritus canon: Quę ligauit, eandem quoque soluere necesse est. Quę uerò huius sententię sit absurditas,

Formula benedictionis uel zò in maleficijs curatione usurpata.

Quę ligauit, eandem non soluere necesse est.

ditas, hoc colliges modo: Si Lamia est, suam habere cum cacodæmone communionem & fœdus, eiusque ope alios variè crudelibus colligare torturis (quæ uulgi est opinio) eosdem quoque pro suo arbitrio, ab eo suo & satanæ opere, cruciatibus scilicet, soluere, ipsius dæmonis ope, qua antea ligauerat, existimatur. Serua autem est & mæcipium illius, cui se pacto & stipulatione obstrinxisse creditur: ut hanc sanè nihil diuinis posse uerbis peculiariter efficere, certius fidas. quibus recitatis si aliquid uirium erit donandum, per fideles Ecclesiæ ministros, piæque monetæ homines ea pronūciata, citius suū ex Dei nutu sortientur effectum: quàm per eas quæ Dei societati ex professo renunciasse, bellumque uelut hostes indixisse iudicantur.

Quinimò quicquid diabolus ligauit, id Christus, eius Apostoli ac ministri soluerunt, imò ipsum à suo opere deturbarunt. Peculiare hoc Christi fuit ministerium, cuius nomine apparuit. Nec etiam ob qualemcunque incredulitatem, satanę uexationē inhibere, ipsumque fugere potuerunt discipuli: quod grauiter illis à Christo exprobratur. Quid ergo in eiusmodi dæmonū uexatione & obsidio ualebūt Lamie, Beelzebub (ut creditur) obstrictæ? Nostri Canones, ratio & usus docēt, Contrariorū esse medicinā. Christus cum à dæmonio uexatum cæcum & mutū sanasset, atque à scribis & pharisæis, Beelzebub principis dæmoniorū præsidio dæmones expellere diceretur, eos confutans ait: Quomodo potest satanas satanā eijcere? Et si regnū ad-

Matth. 12.

Marc. 3.

Luce 11.

In nomine dæ-

monis uincit

bonis suis.

B

uersus

cinam infontium feminarum, & punitiōem, uo-
 racesque flammās inuitet. ita enim suarum re-
 rum pro uiribus fatagit, ut ab initio in ueritate
 non stetit: quicquid loquitur & agit, mendaciū
 est, uel falsitatis fermento conspersum: quum
 optima agere & loqui uidetur, homicidia stru- *Ioan. 8.*
 it, & mēdacia architectatur, ut animas illaqueet
 & perdat, homicida ab initio. Destitit itaque in
 his ægrotis à læsione, quam ipse intulit.

*De materie uaria ac dura, Pauli Grillandi
 sententia. Cap. 5.*

HVc quum faciat singulari D. Pauli Gril- *Tractatum
 uolumine 10.
 de sortilegis.*
 landi, iurisperiti clarissimi, iudiciū, id
 ascribendum duxi. Aliàs uidi (ait) sæpe
 numero, quòd maleficio infecti, ubi liberatio-
 nis remedium usurparunt, frequenter ex ore e-
 uomerent, uel per secessum exonerarent acus,
 capillos, ferramenta, clauos, plumas, sulphur, la-
 pides, & res demum tales, quas maleficio læsum
 uorare potuisse, erat impossibile: non solùm in-
 tegras, sed nec fractas, nec minutè in frustra
 concisas. Vnde quid mirandum uidetur. Sed
 dic, ut quidam censuerunt, satanam ad maio-
 rem hominum deceptionem facere dictas ap-
 parere species extraneas in resolutione factu-
 ræ, ut res miranda magis uideatur: quando qui-
 dem inspiciuntur & considerantur ea esse talis
 naturæ, formæ & qualitatis, ut impossibile
 fuerit talia potuisse ingredi in corpus maleficio
 læsi per aliquam partem naturaliter: sed in
 rei ueritate non sunt species naturales. Et quòd
 uerum sit, hinc apparet, quia illa eijciuntur
 B 2 peruo-

per uomitum uel secessum : atque ita inter materias illas liquidas apparent à principio , cum primùm è corpore emittuntur . at si seruaueris illas materias biduũ aut triduũ , aut dies quinque , quemadmodum ego aliàs studiosè seruari feci , uidebis omnia ea liquefacta penitus , & ipsarum formas perijisse totas . Quòd si naturalia essent , profectò in sua priori siue primæua forma remanerēt , nec possent per aliquos liquores aut humiditates corrūpi , maximè ferrũ & lapides , propter eorũ naturalem duritiem : ut manifestum est omnibus . Quidam alij dixerunt , dæmones , ut res miranda uideatur , tũc temporis , quando maleficio affectus irritatur ad uomitum , uel ad uentris opus , uelocissimè & inuisibiliter afferre ibi species illas siue materias , de quibus supra , ueras & naturales , quas aliunde acceptas eò attulērant . Sed nota , licet dæmon potentia sua naturali hoc quidem posset , & tam dextro modo illas inferere in uomitu & stercore maleficio agitati , ut nullus hominum aduerteret : prior tamen opinio magis mihi placet , esse scilicet apparentes species sub illis formis non naturales . & quòd hoc uerum sit , apparet ex ratione prædicta : quia communiter non durant sub illa forma , sed breui tempore in illos resoluntur liquores , cum quibus mixtæ prodierant : uti ego frequenter uidi , & manibus proprijs contrectaui , quæ à principio (ut dixi) appaiebant ueræ & naturales , & retinebant in se nescio quid duri : tamen breui tempore , ut dictum est , resoluebantur & peribant . Hæc

Gril-

Dura materies uomitus electa liquecit.

Hæc mea est sententia, quæ magis esse probabile, multis demonstro argumentis, nec ita quibus huic in tantam potest crescere duritiem.

Grillandus. Acuum quoque, ofsium, capillorū, *Lib. 15. de Væriet. cap. 80.*
& id genus reliquorum reiectionem per os, te-
chnas esse, sentit Cardanus.

*Historiæ dæmoniacorum, qui à lamijs
affligi credebantur.*

Cap. 6.

Accidisse suis temporibus nouū & admi- *De abditis
morb. causis
cap. 8.
Maleficio læ-
sã in uer cla-
uos & acus
uomit.*
randū morbi genus, tradit Antonius Be-
nuienus. Mulier sextum decimum agēs
annum, ab ima uentris parte dolore exorto cō-
uellebatur manibus. Cumque in horrendum
clamorem erumperet, intumescibat ilicò totus
uenter, adeò ut uterum crederes gestasse octo
menses: & uoce exhausta, ubi per totum cubi-
le hinc inde reiectans sese, & plantas interdum
ceruici connectens resiliebat in pedes, iterum
procidens ac exiliens, isthuc ipsū identidem
factitabat, quoad paulatim ad se reuersa, quo-
quo modo recrearetur. Interrogata quid e-
gisset, penitùs ignorabat. Nos uerò eiusmodi
morbi causas inquirentes, arbitrati sumus hoc
malum ex matricis suffocatione, & uaporibus
malis sursum elatis, ac subinde cor & cere-
brum ferientibus, prouenire. Sed quūm me-
dicamentis nihil promoueretur, ea ferocior
facta, ac toruis oculis circumspiciens, tan-
dem prorūpit in uomitum, quo longiores &
recuruos clauos, æneasque acus, unā cum cē-
ra & capillis conglomeratis reiecit: & nouissi-
mè ex ientaculo frustum tantæ magnitudinis,
quale integrum nullius deglutijssent fauces.

B 3

Cumq;

Cumque idipsum sæpius etiam uidente me factitasset, teneri eam arbitratus sum spiritu malo: qui dum hæc ageret, spectantium oculos perstringeret. Quare ecclesiasticis medicis commendata, manifestioribus deinde signis & argumentis rem comprobauit. Nam & nos eam uaticinante[m] audiui[m]us, & ea præterea agentem uidimus, quæ omnem morbi uim supergressa, humanum etiam captum excederent. Hucusque Beneuenius. Hæc omnia certè in corpore non fuere, sed diaboli oculos spectatorum effascinantis, ne huius materiæ in os impulsio animaduertetur, præstigijs & celeritate in os solum illata sunt, & tanquam uomitu mox eiecta. Id œsophagi huic materiæ imparis angustia, illæsus post uomitum uentriculus, & ante uomitum (ut supra dictum est) uentriculi robur testantur: quæ profectò minimè erant expectanda ex acie, & durissimæ substantiæ inæqualitate. Si ea eructauit uentriculus, quando usque adeò insensibiliter ingesta sunt, aut unde tam innoxie reuomuntur, potissimum ore uentriculi ita sensili, ut uel pauco humore acri extremè affligatur?

Meinero Clatsio, nobili in arce Bontenbrouch, sita in ducatu Iuliacensi, famulus erat Guilielmus nomine. hic ante annos quatuordecim à dæmonio exagitatus, primùm habebatur ægrotus, sibi que ex diaboli instinctu confessionarium expetiuit pastorem in Gerad Bartholomæum Panen, qui suam in curando maleficio locare solet operam: quare etiam in dæmoniacæ

moniacæ fabulæ scenam requisitus, non omnino *καθὸν πρόσωπον* agere potuit. Huic dæmoniaco cum ad faciei etiam liuorem, intumesceret guttur, eumque suffocatum iri timeretur, ad orationem confugit Iudith Clatsij coniunx, pia matrona, cum reliqua familia. inde præter reliquas quisquilias ex Guilielmi ore extrahitur anterioris opilionis subligaculum, silices, eorumque fragmenta, filorum sphæraulæ, puellarum capillitiû, acus, lacinia panni subditiçij ex pueri ueste, pavonis penna, quam ante octiduum ex pavonis cauda Guilielmus adhuc sanus euulserat. Rogatus mali huius causam: respõdit, circa Camphusium obuiam se habuisse ignotam mulierem, quæ in faciem illi inspirasset: atque hinc, quicquid id esset calamitatis, inuectû esse. Restitutus uerò, negavit hoc ita accidisse: sed à dæmone inductum se fuisse, ut hæc diceret, confessus est. addiditque, eas prodigiosas materies non in suo fuisse corpore: sed cum una spectaretur, alteram continuo à diabolo faucibus fuisse ingestam. Aliàs nummosos sibi loculos à dæmone donatos esse lætabatur, eosque in lecti stramine repositos esse. Quæsitum uerò, inanes sunt inuenti. Non absimile est quod in Francisci uita legitur, cû is eiusque socius turgidos inuenirêt loculos, Franciscus uerò dæmonis præstigias, tentationesque animaduerneret, eosque propterea auersaretur, pecuniam exemptam pauperibus dari uoluit eius comes: eoque loculos consensu Francisci arripiente, in manibus serpens apparuit, mox euanescens. Postea uisum est,

Hic forte mulier agens falsò maleficij suspecta, cuius technis notans hanc grauius inurere conatus est diabolus, ut manibus inuectis illa ad supplicium raperetur.

Fol. 42.

musculum animalculū ex ore Guilielmi excurrere: quare euestigiò sub lectum se deiecit, questus musculum fuga sibi excidisse: quem, lectū repetens, se reperisse narrauit. Sæpius inde uim sibi inferre uelle uidebatur, fugamque aliquoties adornare: quapropter quum semel in porcino sterquilinio inuentus, extractusque arctiori coerceretur custodia, tam firmiter eius occluderentur oculi, ut nulla ui horum cilia possent diduci, distrahiue. Accedens tandem maxima natu filia Clatsij Geertrudis, iam annum agens undecimum, hortatur eum, ut apud Deum uisus restitutionem exoraret. Ut aut pro ipso puella oraret, eandem ille rogat. Quæ Deum implorans, illius oculos inde cum magna omnium admiratione aperit. Sæpius ad hæc illum diabolus admonuit, ne heram multa de Deo effutientem, uel alios audiret: à quo semel mortuo, quæ admodum frequenter in publicis audiuiisset cõcionibus, nequiret iuuari. Cum etiam hic aliàs ancillam culinariam impudentius attrectaret, atque suo hinc nomine nuncupatus redargueretur: horrenda raucaque uoce respondit, se nõ Guilielmum, sed Beelezebub nominari. Putasne ergo nos te uerituras? ait hera. Cui enim nos fidimus, te infinitis superat modis. Quapropter Clatsius zelo impulsus, undecimum Lucæ caput (ubi eiectione uirtute Christi dæmonis muti, & Beelzebub principis dæmoniorum fit mentio) præsentem familia, attentè legit, ac in Christi nomine sathanam cedere iussit. Tandem energumenus hic uelut in animi deliquium lapsus,

*In illius uitã
non est diabo
lo permissi
potest. ss.*

*Ex ore infan
tium et lactē
tium perfecti
sti laudem.
Psal. 8.*

psus, sedatè tota nocte iacuit ad horam usque matutinam: qua recreatus iuscuro, ad parentes auhebatur sanus, prius actis hero heræque gratijs, iimprecatus quoque illis Dei remuneratiõnem ob passam iacturam. In itinere autem loco plano euertebantur bigæ, nihilque postea dæmoniacæ uexationis sensit unquam. Duxit interim uxorem, prolemque sustulit, & adhuc super est, ac uescitur aura ætherea.

Eiusdem argumenti historię.

Cap. 7.

QVæstoris filius Morsæ aduersa nonnihil afflictus ualetudine, eam credidit inductam à muliercula, cui herbarum plenum corbem in porcorum pasturam attulisset: quod hæc gratias agens, ipsius presisset humerum. Unde territus eo tempore puer, cœpit paulatim, etiam animo deiecto, peius habere. Hinc tritica fœminei capillitij nigri & cinerei sicca, citra alterius materię admixtionem, excerni uisa est. Tandem admiranda magis, puta setas porcorum, pelli etiamnum inhærentes, ita siccas aluo deponebat, ut papyro conseruarentur, interdum similia cum excrementis deiiciebat. His ludibrijs circiter medium fatigabatur annum: quæ dein pedetentim, ut cœperunt, euauêre. Nec dubium est, ea ob parentum & adolescentis incredulitatem fuisse permissa: quòd quum hic secundum naturæ ordinem nonnihil morbo grauari conspiceretur, eum non in naturæ uitium, aut Dei uoluntatem, sed in mulierculæ

impresionem retulerunt. Eam itaque delusionem diabolo, quibus explicatum est modis permisit Deus, donec fortassis resipuere.

*Arena per
alium mulc-
ris reddita.*

*Deut. 18.
Leuit. 19. 20.*

Noui item cuiusdam uiri consularis coniugem, cuius alius sæpenumero arenam reddere uidebatur, diabolo colludente, conuiuenteque Deo: quod ægrora ad illicita maleficorum diuinorumque auxilia confugisset, contra diuinæ Maiestatis edictum, impias horum hominum actiones comprobans. Cui certam polliceri opem cum Dei gratia, si imperata faceret, audebam. Morbum siquidem, quo afficiebatur, ex naturali causa ortum esse iudicabam: at arenæ deiectione, quod incredula ad uetitum declinasset consilium, eam à satana ludificari, dictabat animus. Frequenter etenim hoc uisuenire uidemus, ut quum à naturali quis infirmetur causa, Dei que (qui naturalium rerum usum docuit, atque eum nos affectare & inquirere uoluit) potentia diffusus, uoluntati que immorigerus, ad dæmonij clientelam consulturus quum Saule accurrat uoluntariè, in reprobum tradatur sensum, ludicris que maligni obijciatur illudendus.

*De Variet. re
rum lib. 15.*

Commemorat Cardanus, probum quendam rusticum & amicum, qui facilius decipi poterat, quàm decipere, sic ipsi narrasse, quod morbo incognito plures laborarit annos: quo tempore excantationibus sæpius uitrum, clauos, & capillos euomisset: & quanquam demum restitutus fuisset, tamen in eum diè quo hæc referret, sentire se in uentre asseuerabat maximam

uitri

uitri confracti congeriem, sonumque non leuem, quasi quis sacco uitri fragmentis plenum concuteret, à quo non parum uexaretur: tum uerò singulis octodecim noctibus septima hora, etiamsi horarum numerum non obseruaret, totidem ictus annis octodecim, quibus iam sanatus fuerat, in corde maxima cum molestia perferre. Quis in eo organo, diaboli ludibrijs ob simplicitatē apto, nō uidet dæmonis actus, præstigias & uexationes priores & posteriores?

Rusticus horarū ictus in corde senties.

De quodam, cui uiuo exectus clauus, & post mortem cultri, lignum, ferramenta.

Cap. 8.

CAETERUM illud quod à Christi natiuitate, anno millesimo quingentesimo tricesimonono, in quodam Eistettensis episcopatus pago Fugēstal, accidisse perhibet multijugē lectionis uir IOANNES LANGIUS, illustrissimorū Principum Platinorū Rheni medicus doctissimus, omnem superaret fidē, nisi oculati spectatæ fidei testes adhuc superessent. In hoc pago Vlricus Neufesser agricola, cū crudelibus dolorum tormentis circa alterum hypochondrium conficeretur, subitò clauum ferreum sub illēsa cute manu apprehendit, quem chirurgus illic balneator nouacula exciderat: nec tamē cessarūt dolores, sed indies magis incrudescabant. Quapropter cum nec aliud doloris remediū fore miser, quàm mortem, suspicaretur, arrepto cultello, sibi guttur abscidit. Itaque dū tertio die ad sepulchrū mortuus efferretur, aderant

Lib. 1. Epist. 38.

Clauus ferreus sub illēsa cute latens & excisus.

aderant tum Eucharius Rosenbader ex Vucifsemburg, Noricorum oppido, ac Ioannes ab Ettenstet balneator, qui astante magna hominum frequentia, demortui agricolæ uentriculum inciderunt, in quo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultros, partim acutos, partim instar ferræ dentatos, ac duo ferramenta aspera repererunt, quorum singula spithami longitudinem excedebant: aderat & capillorum instar globi inuolucrum. Sed quid potissimum hic admiraberis? an quomodo tot & tanta ferramenta in uentriculi cavitare contineri potuerint: an qua arte sint ingesta? Certè non alia, quàm dæmonis astu, & dolo. Hæc Langius.

*Lignum &
cultros in uentri-
culo inuēt:*

Virico etiamnum superstitie non ea in uentriculo hæsisse, ut nec clauum sub illæsa cute in carne ante sectionem uerè impactum fuisse, auisim dicere. Enimuerò cum illis locis ex mala intemperie, aut humorum acrium affluxu, uel flatuum copia, huiusmodi poterat prouenisse dolor, qualem in iliaco & colico affectu experimur: & constanti opinione sinistra de maleficio iam fortassis ægrotus, uel astantes, uel utrique ducerentur, dæmonis, uel illius clientelæ, magis ueriti uoluntatem malignam, permissasque uires, quàm Dei patrociniò & incomparabili potentiæ fisci: diabolo traditi sunt illudendi, ut in carnis, antea non nihil duræ & tensæ uel à materia, uel flatu, uel dæmonis astu ita apparentis, sectione clauum, & in aperiendo stomacho reliqua hæc rerum monstra ingesserit, præstrictis se
cantium

cantium oculis, quo id in cuius finem hanc in-
 stituerat tragœdiam, nempe incredulitatem, sta-
 biliret: ubi scilicet in rebus aduersis, Deo reli-
 cto, eius que medijs ex gratia donatis ab eo qui
 languoribus nostris uerè mederi potest, perfidi,
 tatanâ nimum in corpus hominis, Dei scili-
 cet creaturæ, ad ipsius similitudinem formatae,
 posse concedimus, extra eius potestatem in mu-
 tanda rerum natura, aut materia aliqua duriori
 & acuta, certam meatuû per quos inferri oport-
 teret, proportionem exuperante, illæ se & insen-
 sibiliter penitus ingerêda, impellandæue: cum
 tamen œsophagum & fauces uel quâcunque a-
 liam partem latius diducere & extendere ne-
 queat dæmon, quocunq; suo artificio, quàm ex
 prima creatione ferant: quemadmodum aliàs
 fusius ostendi. Si uerò clauum ferreum ante se-
 ctionem in parte latuisse affecta urgeas, quando
 tam insensibiliter cedo impressus fuit, citra cu-
 tis uel carnis læsionem? quur etiam excecto cla-
 uo cruciatum, ut putabatur, excitante, non de-
 sist in altero hypochondrio dolor? sublata enim
 causa tollitur effectus, qui canon physicis est ce-
 lebratissimus: & quæ post mortem sectione in
 uentriculo inuenta fuêre, ea inter secandum, ci-
 tra controuersiam, à dæmone erant inuecta. At
 dissidij seminarium hoc modo à diabolo spargi-
 tur, ubi eo nomine alios maleficij irrogati reos
 confestim incusamus: quos adminiculo dæmo-
 nis illud machinatos esse credere malumus,
 quanquam insontes reuerà existant.

pānem sorpsissent: attamē atri liquoris, uelut at
 tramenti scriptorij multa uomitu reijciebatur
 copia: quæ tam ferebatur amara & acris, ut eti-
 am pelliculam ex ore abraderet: nec ullum effin-
 gi poterat conditum, quo afficerentur. Aliquæ
 supra hominis caput euehebantur, & uicissim
 deijciebantur. Cum ægrotas tunc sedatas læ-
 tasque, recreaturi circiter tredecim numero
 amici simul monasterium aliàs ingrederentur,
 illæ è mensa deorsum citra uocem & intellectu
 dilabebantur, nonnullæ inuersis tibijs & bra-
 chijs tanquam mortuæ iacebant. Vna in altum
 sustollebatur, & quanquam manibus iniectis
 obluçtarentur assistentes, tamen supra eorum
 caput abripiebatur: eoque denuò præcipitaba-
 tur modo, ut haberetur mortua. Postea ad se tã-
 quam è somno rediens, è nosodochio in mona-
 sterium progreditur illæsa. Nonnullæ incede-
 bant tibiarum extremitatibus innixæ, uelut *ἀνα-
 λησις*, citra pedum usum, qui uidebantur trahi tan-
 quam ligamenti nimium laxatis, in sacculo
 penduli. Arbores quoque conscendebant
 ut feles, ab ijsque proserpebant, nulla cor-
 poris immutatione. Contigit item, ut cœno-
 bij præfectæ (quam matrem uocant) in eius
 ambitu colloquente cum generosa & insignis
 pietatis domina Margareta comitissa Buren-
 si (cuius in iustorū resurrectione meminere mi-
 sericordiarum pater) ex fœmore erueretur ca-
 ro: illa que præ dolore exclamans, in lecto depone-
 batur. Vulnus autem partim liuebat, partim ni-
 gricabat: sed curabatur. Accidit quoque, cum
 duæ

*Margareta co-
 mitissa Buren-
 sis pia.*

duæ ex hoc læsarum numero uirgines simul cõsiderent ridentes & exhilaratæ, mutuoque colloquerentur de fele nigra in dormitorio corbi inclusa à matrona, quam in oppido cominorantem nominabant: collatione uerò clàm obseruata à tertia uirgine sana, corbis ab hac, & præfecta cum duabus aut tribus uirginibus inquiritur, aperiturque, unde felis exiliens aufugit. Ea hinc notata, mulier tanquam maleficij rea in carceres conijcitur, cum septem deinde alijs, inter quas senior numerabatur matrona: cui uicini & pauperes testimonium, eam fuisse usque adeò misericordem & in egenos profusam, ut ipsa etiam indiguerit, perhibebant. Hæc eadem quæstionibus à tortore subiecta, nullis unquam tormentis ad sceleris confessionem adigi potuit. Tandem ubi ex more uictum offerret Burchgrauus, se infirmior esse quàm ut cibum admitteret, ait: at se potum solummodo desiderare. quo à Burchgrauo mox subministrato, ipsius uestem illa apprehendens, eiusque innixa femori expirabat. Alia quoque rerum miracula hic uisa sunt: dura uitque ea carnificina ad annos tres manifesta, quam postea celarunt.

Eas uerò uirgines satanam obsedisse, dubitandum minimè: qui ludificandi occasionem sibi cõmodè porrectâ ratus ex sale à muliercula reddito, credulis uirginib. maleficij opinionem iniicere, & insonti feminæ insanabile inurere cauterium studuit. quapropter formam sparsit granorum quasi saccharo obductorum, ut ad
eorum

eorum gustationem pellicerentur uirgines: sal-
 sedinem autem indidit, ut suspicionem de ea
 quæ salem restituerat, citius ingereret. Nec de-
 fuit euentus. Concessit porrò Deus eam diue-
 xandi potestatem, uel ut tentarentur uirgines;
 uel castigarentur, uel ob earum incredulitatē.
 Lubricæ fidei notæ fuerunt, quòd non ad Dei
 uoluntatem; sed in feminas cruciatuum causas
 retulerunt. Hinc quoq; sathanicum illud dua-
 rum uirginum concilium ab astuto fuit institu-
 tum diabolo, qui mendaces earum rexit uoces;
 ut innocenti matronæ maleficij stigna iinpri-
 meretur, carceresq; tormenta & cædes promo-
 uerentur. Si quoq; felis fuerit uera, eam dæmo-
 nium haud dubiè eò inuexit: atqui ut dæmonē
 assumpto felis simulachro, fuisse credā, potius
 inducor. Vides etiam constitutos illi præcise læ-
 dendi limites, ut ex alta illa euectione & præci-
 piti deiectione, etiāsi una mortua uideretur, ni-
 hil tamen læsionis senserit: sed uelut è somno
 experrecta, abierit.

Non absimile fuit, quod uirginibus Brigittæ
 strictis legibus inauguratis, in cœnobio nō pro-
 cul à Xanctis disito olim usuuenit, quæ miris
 quoq; modis diuexabantur, plerunq; exilien-
 tes, nonnunquam balatum uocesq; elidentes
 horrendas: urgebantur interdum ex designatis
 in templo sedibus, ubi & capitis uelamen quan-
 doq; abripiebatur: fauces his etiam, ne cibum
 admitterent, nonnunquā præcludebantur. Per-
 stitit uaria & dira ea calamitas in plerisq; ad de-
 tennium. Tragœdiæ causa imputabatur uirgi-

*Brigitta sa-
 tra uirgines
 demoniaca.*

ni, iuuenis amore aliquando sauciæ, quem ea af-
 finitate non dignarentur huius puellæ paren-
 tes. Idcirco huic in extremo mœrore posita, dæ-
 mon accita iuuenis illius effigie, se obijcit, eam
 in uotum illud monasticum cogens: quæ dicto
 audiens, se cancellis constringi patitur. Inclusa,
 uelut furore percita, omnibus horrendum plu-
 rifariam exhibuit spectaculum: quod quidem
 malum uelut contagio in multas proserpsit uir-
 gines: quæ ob propriam illius confessionem,
 ipsam uniuersæ eiusmodi miseræ genitricem
 fuisse, certò crediderunt. Ex ea deinde capta, a-
 lioq; euecta, prolem bis sustulit carceris custos:
 ac tandem manumissam, à maleficij opinione
 inculpatam uixisse arbitror. Delusio fuit mei è
 diabolica, qua illa decepta, se ea fecisse confite-
 retur, quæ peculiaria ipsius satanæ erant opera.
 At in quem finem ea fuerint à Deo permessa, se-
 quenti intelligetur libro: ubi omnibus imitan-
 da harum uirginum proponetur curatio.

*Ex ea obsessa
 loquebatur
 diabolus: sic
 opus diaboli,
 suum esse con-
 fitebatur.*

*Moniales
 Neomagij à
 diabolo infe-
 stata.*

Moniales in Hesi monte Neomagij, dæmo-
 nium aliquot annos infestasse audio, quod dor-
 mitorium noctu uelut cum turbine ingressum,
 testudine citharaq; tam uidebatur ludere suauiter,
 ut ad choreas temerè induci potuissent uir-
 gines: inde canis instar in unius N. lectum insi-
 liebat, in quam muti peccati, quod uocant, cade-
 bat suspicio. Similia multa & longè grauiora in
 eodem accidere cœnobio, uiuente patre Pau-
 lo: quæ ut ab illis celantur, ita à me aperiri mini-
 mè decuit. Noui aliud item non ignobile colle-
 gium in Coloniensis prouinciæ limitibus, ubi
 ante

ante annos octo dæmon canis specie interdium
procurrens, cōscendensq; sub interiori religio-
sarum uirginum indumento, spurcæ uelitatio-
nis indicia exteriore uestium motu ostendere
uidebatur.

*Vexatio diabolica in monasterio Kentorpio,
relata ad Lamias. Cap. 10.*

HUc pertinent nobilium aliarumq; uirgi-
num in cænobio Kentorpio prope uete-
rem Marcam, in Marchiæ comitatu iuxta Ham-
monem inclusarum, monstrosæ omnifariæq;
conuulsiones, à dæmonibus excitatæ, descri-
ptæq; libro primo, cap. undécimo. Fœdissimū
uerò illæ halitum ore spirabant in ipso, & paulo
post ipsum paroxysmum: qui aliàs semel inter-
dium, aliquando sæpius inuadebat, aliquoties in
horas aliquot multas protrahebatur. In acces-
sione mali quædam conuulsæ, intelligentes e-
rant, audiebant, astantes etiam internoscere se
pleræq; postea affirmabant. Nam in accessione
propter spiritualium partium & linguæ conuul-
siones, loqui minus poterant. Istæ non æquè fe-
rociter torquebantur, neq; uno modo, sed aliæ
alijs mitius. Sed hoc cōmune propè omnibus
erat, ut cū ex ijs una agitaretur, cæteræ quoq;
in seiunctis etiam cubiculis correptæ, solum tu-
multuantis strepitum audientes, simili miserrimo
modo uexarentur.

Vt porrò calamitatis hui, origo & incremētū,
dehinc tragicus fabulæ actus extremus, quē so-
lū in durissimo hoc spectaculo affectauit ueterā
torius ille homicida, innotescāt, cautiusq; aliàs

maliciosis diaboli conatibus in raris illis horrendisq; uexationibus obuiam eatur, quæ ex ore unius senioris & cordatę uirginis, huic cœtui consecratæ, & omnium primùm tam duriter afflictæ, exceperim diligenti inquisitione, paucis bona fide narrabo. Hæc Anna Lemgou dicta, quum primum ex sinistro doleret hypochondrio, epilepsiaq; correpta putaretur, ad monasteriũ Nonhertic in primis religionis ergò ablegabatur, ubi ex D. Cornelij caluaria bibit: unde eam melius habuisse, falso dicebatur à monialibus.

Postea ubi hæc grauius cœpisset exagitari, aliaq; item puellę, ad ariolum itum est. is opinio nem ingessit de Elsa Kamenſi coëtrice, cunctas nimirum maleficio ab ea læsas esse. Hinc neruũ fortitus diabolus, nõ solum eas multifarijs conuulsionum generibus torquere incipit, sed incitare quoq; ut se mutuò & alios morderent, cederentq;, subueherentur item & deijcerentur citra noxam, sicut plumæ sibi uisæ, unde etiam non suæ potestatis se esse sentirent. Si autem à percussione uel quacunq; alia uiolentia inhiberentur, cor afficiebatur grauius: at suæ libertati relictæ, etiã si seipsas lædere, concutere aut morderi uiderentur, nihil inde sentiebant mali: at in propriũ sæuire corpus, necessariũ esse imaginabãtur. Si quãdo Anna in paroxysmo loqueretur, fiebat id quasi altero inspirate & expirate: ipsa interim seipsam dũ loqueretur intelligebat, sed finito sermone penitus mēti exciderant prolata uerba: uerũm si ea ab alijs illi repeterẽtur,

tum

tum quidem se dixisse meminerat, sed pudore suffusa tacuisse maluisset. Quodcumq; etiam irrationi se dederet, eam cum attentione prosequi, aut mouere huc linguam, minimè ualuit, à maligno turbata. At si preculas suas horarias, quas uocant, sine mente obmurmuraret, tantū abest ut tum prepediretur, quò etià inde leuius habere recreariq; uideretur. Nequiuit insuper ulli rei uel bonæ uel malæ seriò attendere, tanquã mète stupida, sine sensu, discretionẽ & iudicio. Si etiam pius aliquis suoq; Deo ex animo deuotus, eam alloqueretur, tum quasi à diabolo puniri uidebatur. Si quando autem huic loquerentur aliæ fœminæ de rebus suis ludicris, mirè ijs afficiebatur, leuabaturq;. Hæc deinde quum exorcisaretur, incredibilem sanguinis copiam uidebatur fundere per os, unde nihil mali tunc temporis sensit. Omnibus uerò illis uirginibus ita à dæmonio affectis, is erat cum dolore inæqualiter serpente sensus sub pedum plantis, quasi aqua illas calida combussisset. Quamquam etiam uariè torquerentur, cunctis tamen æquè uigebat appetitus & nutritio. Ex iunioribus mentis impotibus frequenter & multū loquebatur dæmon: quibus se etiam forma nigra obijciebat in specie felis nigræ, uel Elſe Kamenſis, aut eius matris uel fratris, ut ab ijs omnes tam crudeliter exerceri, crederetur perperam. Vbi postremò Anna firmiter animo constituisset, nō redire in monasterium, unde parentum ductu cesserat, sed suo Deo extra illud saniori iudicio piè inseruire desijt calamitas: si uerò so-

lummodo à collegij præfecta ad eam epistola mitteretur, toto horrebat corpore, quasi relapsura. Postea autē uiro nupsit, citra ullum eiu modi noxæ sensum.

Affirmabat adhęc, Elsam kamensem eodem morbo, uelut epileptico, quo alię, excruciatam fuisse, loquutā similiter sine sensu: quapropter eam sibijpsi hoc malum consciuisse, ne alijs maleficium inuexisse putaretur, dicebant moniales. Hinc omnes à dæmonibus afflictæ, sua tormenta nec Dei uoluntati subijciebant, nec diabolo imputabant: sed ad Elsæ kamensis, in cœnobio coctricis, maleficas artes uno ore & consensu ex arioli indicio referebant: quæ quidem capta, tragicum hoc spectaculum à se editum fuisse fatebatur primū, uenenata mixtione: moritura autem, nihil unquam uirulenti à se ali cui propinatum fuisse: sed quicquid esset mali, se mente & mala imprecatione effecisse confessa est. Nū uerò hoc ita fieri potuerit, paulo pòst explicabitur.

*Videlib. 5.
cap. 9.*

*Demoniaci
siue Hæmo-
nenses.*

Ab eius & matris exustione tanquam suæ potestatis iam neruū adeptus satanas, oppidi proximi ciuibus non paucis uario cruciamentorum genere insultat: è quorum numero quinque, ubi ecclesiastes Carolus Gallus in suum accuisset cubiculum, ex Sacris literis eos aduersus satanæ ludibria instructurus, muniturusq;: atque hi Decem præcepta, Symbolum Apostolorum, & orationem Dominicā recitassent, hinc alter alterius nomen inquirit, mutuoq; ludicrū
nimis

nimis indicat, primo libro inter ficticia dæmonum nomina expressum. atq; unus ecclesiasten irridens, in hæc erumpit uerba: Quid nunc facturi sumus? expellere nos conatur pastor? Respondit alter: Se uelle in hirco nigro equitare, ad quandam mulierem nō ita seiunctè habitantē, quam etiam nominabat, se gratū illi fore hospitium iactans: ut maleficæ artis nomine redderet illam suspectiorē. Identidem se facturum alter quoq; narrabat, ac eodem uectore profecturū ad aliam feminam, nomine designatā in eundē finem: ac uterq; sedi insidens tanquam fatuus, continuò uocis indicijs ad dictas equitando uidebatur ferri mulierculas, quum interim ne à loco quidem dimouerentur. Tertius adhæc quasi in globum conuolutus, contractusq;, ad clausum cubiculi abripiebatur ostiū, per quod inopinatò apertum, è gradibus decidit illæsus. In pago Houel appellato, circa Hammoné, mul ti quoq; inde uidebantur energumeni. Nec procul hinc in alia ciuitate similiter diris torqueri modis à dæmone interea cœperunt oppidani: quare aliquę fuerunt uinculis traditę mulieres, at plures accusatę, quemadmodum in negotio eiusmodi diabolico fieri assolet.

Ita lac ductile & filatum siccum, ex Comitatu Marcēsi, ad Cancellariā Cliuensem, ex accusatione cuiusdam ineptę mulieris allatum est, quę lacti eam fuisse redditam formā incantamentis à uicina sua asseuerauit: quum ignitum titionem ollæ in qua lac coquebatur subditum,

De præstigijs dæmonum

hæc abstulisset, quo domi ignem foueret. Rei autē ueritas sic elucescet. In lacte tres sunt substantiæ, butyrum, caseus, & serum. Si iam lac uetustate nonnihil subacescere incipiat, quod ætate citius, hyeme tardius euenire solet, & tū coquatur: mox dissolutus caseus cum butyro coit, concrefcitq; , ut ad ductilis lini modum etiam longissimè filamento tenaci deduci extendiq; possit: ac si circum distensa ligna circumuoluatur, ad tantam peruenit siccitatem, ut fragile reddatur, atque in puluerem redigi facile queat.

De uirginibus in monasterio Nazareth Colonia à dæmone exagitatis.

Cap. II.

HAud dissimilia Colonia passæ sunt uirgines religiosæ in Nazareth monasterio occlusæ: quibus hoc tamen accessit, quòd licet annis aliquot antea uariè & multifariam à diabolo uexarētur, torquerentur, cōuellerenturq; , tamen anno sexagesimo quarto supra sesquimillesimum, præter aliud spectaculum horribili modo frequenter editum, prosternebantur sæpe numero deorsum, infima corporis parte succus fata ad eum modum, qui ueneri solet ascribi, oculis interim clausis: qui postea cum pudore aperiebantur, quum uelut à multo labore respirarent. Ansam autem huic malo dederat quædam Gertrudis, anno ætatis suæ decimoquarto monasterio inclusa, quæ ludibria hæc sæpius dissoluto cachynno patiebatur in lecto, licet a-

masium

Virgines religiose in collegio Nazareth Colonia à diabolo uexate.

masium singulis noctibus ferè congregentem stola consecrata abigere conaretur; quam uelitationem quum altera uirgo in secundo decumbens lecto (hoc nomine adiuncta sociæ, ut tuior esset ab amasij insultu) audire uideretur, tota exhorruit, ac tandem quoq; diaboli hospitium facta miris conuulsionum generibus distrahebatur. in paroxysmo quandoq; cæcutiebat: ac licet mente appareret constare, uaria tamen inconstanter nimis, & quæ desperationem spectarent, proferebat. Itidem & aliæ multæ. Ita pestis hæc uelut contagio proserpsit, maximè quum primùm ad legitima non confugeretur consilia. Dictam uerò amasiam suo proco horrendas scripsisse literas, postea inuentas, in inquisitione à me in eodem collegio facta, Anno 1565. 25 Maij, præsentibus nobilitate & prudentia clarissimo uiro, Domino CONSTANTINO à Lyskercken, consule dignissimo, D. IO. ANNE Altenano, decano olim Cliuen. D. IO. ANNE Echtio, medicinarum doctore ornatissimo, & filio meo HENRICO philosophiæ & medicinarum doctore, cognoui: eas autem ab illa ut energumena, nec mentis compote fuisse exaratas, non est quòd ullus dubitet.

Porro calamitatis initia subministrasse uidetur iuuenes lasciuui, qui per coniunctum sphæristerium contracta amicitia cum una aut altera, clam in monasterium conscenderunt, libidinemq; explerunt. Quibus postea exclusis quum re ipsa amplius frui cæ nequirent, eius imagine mentem uitiauit, taliumq; motionum ignomi-

niosam spurcitiem, astantiũ oculis obiecit Mil-
le artifex. At quo cõuenienti Christianoq; con-
filiio huic tragœdiæ obuiam iri possit, peculiari
bus literis eo missis fusè explicui.

*Admirabilis historia de puella, cuius è
latere culter exectus fuit.*

. Cap. 12.

Hic minimè prætermissum oportuit, id
quod accidit in pago Leuësteet, sub Du-
ce Brunsuic. ubi sorori comorabatur puella no-
mine Margarita, Henningi Achils filia, annum
agens uicesimum: quæ Anno millesimo quin-
gentesimo sexagesimosecundo, aitero die Iu-
lij, nimirum diuæ Virginis uisitacioni sacro, so-
roris calceos abstersura, eius cultrum (duo au-
tem erant in uagina coniuncti eiusdem formæ,
capulis æreis incisus ornati) extrahit, seq; in hu-
miliorem sedem demittit, propterea quòd uiri-
bus diuturna febris consumptis imbecillior ad-
huc esset. Præter opinionem domum ingredi-
tur uetula, num puellam febris etiamnum fati-
garet rogans, & quomodo sese ex morbo habe-
ret? Respõsum illi ut fuit à puella, rursum extra
ædes nullo uerbo factõ egreditur. Calceis mun-
datis cultrum in sinu deponit: qui quum postea
studiosè ab illa quæreretur, nec repertus esset,
metu perculsa, dum singula uestigando diligen-
ter & sollicitè perlustrat, horribili specie ca-
nem nigrum sub mensa uentri incubantem ani-
maduertit: eo abactõ sperabat fore, ut amissus
culter detectus, ad pristinum dominum reuer-
teretur.

teretur. Vnde indignabundus ille, cum fremitu dentes ostentauit, simulq; se cum saltu trans ostium in fugam coniecit. Mox puellę uidebatur à capite uersus dorsum defluere quiddã tanquã humoris frigidi, cui etiã accedit animi deliquiũ perduratq; ea uelut mortua sine sensu ad diem tertium: quo tandem nonnihil respirare, cibo & potu refici cepit. Summo autem studio rogata, qui nam hoc malum eam inuasisset? responder, se certo certius scire, cultrum illum, è sororis uagina à se extractum, in sui corporis latere sinistro defixum hærere: eo enim in loco se dolorẽ persentiscere. Cui licet contradicerent parentes & alij, quòd eam melãcholia agitari, uel diuturni morbi, ieiunij, aut alterius rei molestæ fortuito casu obuiæ ratione nonnihil delirare arbitrantur: perstitit tamen usq; adeò in suis querelis, lachrymis assiduis & insomnijs, ut mente caperetur, nec cibum diebus duobus sæpenumero admitteret, quanquam blandè inuitaretur, uel seriò minisq; urgeretur. Sua tamen habuit plerumq; interualla & intermissiones, ut etiam quietè decumberet. licet non tam diu, ob dolorem continuum, à quo ita exercebatur, ut totam incuruatã baculo inniti oportuerit. Auxit & hoc eius animi dolorem, solatiumq; minuit, quòd quum illa in corpore cultrum defixi certissimè crederet, alij tam constanter contrauenirent, proponerentq; ἀδωράκιον, & phantasiam corruptam esse iudicarent, præsertim quum nullum quidem uestigium indiciumque appareret, præter quotidianos eius luctus,

qui

qui iam circiter tres perdurarant menses. Hinc prominere occipit in sinistro latere supra lienem intra infimas duas costas spurias uomica, oui ferè gallinacei magnitudine, & lunæ instar: cuius incremento aut decessu, uel intumuit, uel resedit. Tum inquit illa: Hactenus fidem mihi denegastis, quòd in meo corpore hæreat cultellus: at ubi uisitationis Mariæ solénitas de nuò apparuerit, eū in corpore figi, manifestissimè intelligetis, uidebitisq;. Sic tricesimo Iunij erupit ex ulcere tâta copia puris, ut tumor nō nihil sese remiserit, & inde cuspis uelut cultri apparuerit: quâ puella arripere cupiens, præpeditur à parentibus, qui chirurgum ducis Henrici ex arce Vuolffenbüttel eo nomine accersunt. Hic quarto Iulij accedens, parochum rogat, ut prius puellâ alloqueretur, solaretur, Dei uerbo institueret, atq; ipsius responso uigilanter attenderet, quòd eam à dæmonio quandoq; exagitari plerisq; omnibus uideretur: & simul cum responso illa subiungit, se libenter curationis huius modum admissuram, etiamsi sciret sibi moriendū esse. Tum eodem die, Dominico scilicet, cultelli cuspidem sub costis prominere uidens chirurgus, eam cum suis instrumentis attrahit, qui alteri par erat. uerùm circa ferri acuti medietatē nō nihil absumptus erat. Chirurgi opera hinc ulcus coaluit. Sic habet historia germanicè de hoc prodigioso opere euulgata.

Admirandi huius spectaculi explicatio.

tio. Cap. 12.

Quam admirabile hoc spectaculū citra ulla

ullas diaboli præstigias uerè editum fuisse, nec ullas admittere glossas aut explicationem, clamet una uoce quilibet, meam hîc simplici interpretatione sententiam interponere non graua- bor : cultrumq; non fuisse in corpore, sed dæ- monis præstigias & ludibria omnium oculis fuisse offusa, puellamq; à dæmonio fuisse obses- sam, quoad fieri potest, breuiter ostendere cum Dei beneficio, ad eius gloriam, ac dæmonis e- iusq; sequacis turbæ delusæ contemptum, ad- nitar: quanquam uoce Stentorea multos occla- maturos minimè ignorem.

Primùm obseruari debuit, simplicem puellâ longa exercitam fuisse febre, quam ex eius diu- turnitate, quartanâ fuisse colligo, natam ex gra- uissimi aterrimi q; humoris melâcholici, qui in corpore putruit, copia: qui sæpenumero etiam lienem obstruit, in eoq; tumorem, duritiem & apostema gignit, eaq; occasione talem sobolem quartana febris etiam nō rarò post se relinquit. Hoc iacto fundamêto, nimirum sexu fœmineo, ætate iuuenili, & diuturni morbi tēdio, reliquū suum opus uigilanti indefessoq; studio super- struit & fabricatur dæmon. In hisce enim faci- lius multo, quàm in uiris, ætate matura & bona ualetudine fidem cōsequitur. Hic in opificij sub- sidium, humorem suis actionibus cōuenientis- simum, quippe melancholicum, à quo puellæ cerebrum & corpus tantum abest ut expurga- ta forent, quò etiâ eo summè adhuc grauarētur, assumpsit. Enimuero, quanto affectu in hunc ut succum ἀναλογικῶς sibi suisq; actionibus peculia- rem

*Dæmonis ad-
minicula in
hoc actu præ-
stigioso.*

*Sexus.
Ætas.
Morbus lon-
gus.*

*Humor melâ-
cholicus dia-
bolo conueniē-
tissimus.*

rem se immergere solet, eiusq; adiniculo admirabilia inducere phantasmata & imaginationes raras, superiori libro ea demonstratione ostendi, ut repetitione minimè opus esse iudicè.

Solitudo.

Vt porrò institutū tragœdię actū prosequeretur dæmon, solitudinis ansam arripuit, exorsus manè semotis alijs, qui fortassis fide uiua eius conatus impedijssent: primūq; uetule faciē induit, quę de puellæ ualetudine sciscitaretur, ut quū eam postea cultri in corpore sepulti opinione dementasset, in suspiciōnē procliuius inducere tur de lamia, quæ carmine id effecisset. Hoc etenim in primis sanguinario ueteratori studio est, ut lites moueat, cædesq; struat, maximè infantiū, & falsam persuasionē aduersus uerū Dei cultū inducat. imprimatq;. Vt quoq; altius animo postea infingeretur, cultrū ex sinu in latus à uetula lamia (cui cū diabolo cōmunio est) trāslatū esse, in canis nigerrimi forma apparuit, quē menti nō nihil restituta dæmonē fuisse sentiret.

Canis nigerrimi species.

Hinc in obsessiōnis initio eam aggressus dæmon, sensum uelut catarrhi, uel humoris frigidi à capite ad tergū destillātis inducit, ut post redditā mentē, eo momēto cultrū hoc frigoris sensu in corpus sibi inuectum esse crederet. Inde mox ingressus, sensuū organa ita turbauit, ut ad tertium diē uelut mortua haberetur: interea tā ualida persuasionē de cultro in latere defixo imbutam phantasiā cōfirmat, ut secus in animū inducere illa nequiuert, quàm ita uerè rē gestā esse. Antea enim norat ueteratorius ille medicus, ex diuturna febre reliquias maligni succi ea in parte col-

te collectas esse, quæ putredini erāt obnoxie, & ulcus excitaturæ: uel quas ille, ut spiritus, ad putrefactionē, pmouere, eoq; protrudere: uel quod etiā humorē frigidū ad huiusmodi collectionē aptū, à capite accersere querit. Talē abscessum inter abdominis musculos sinistros ex destillatione post longā febrē genitū, uidi in Electore Coloniensi archiepiscopo, D. Antonio, scælicis memorię, cuius in iustorū resurrectione ex gratia meminerit misericordiarū pater unicus. Cæterū ulcus in eū finē fabricatus est in loco & humore cōuenienti, ut cultri cuspidē eo aperto ostēdere, & exectionis occasionē subministrare uideretur. Sic obiecta cuspidis forma, uel uera cultri allati cuspidē, interim reliqua eius parte crasso aëre tecta, puellæ, parentū, astantiū & chirurgi oculos perstrinxit: quod facile uel aëris uel infecti spiritus uisorij adminiculo potest. Hac ratione cultellū ex sterquilinijs, ubi rubiginem contraxit, eductū, supra ulcus deposuit sathan: ibiq; cuspidē ostēdit, reliquā cultelli portionē prestigijs uelat. hūc nō nihil à diabolo retentū, ut trahi uideretur, chirurgus instrumētis attrahit: sed nō è corpore, ubi hęsit neutiquā, uerū ex eius superficie, ibi enim adūbratus delituit. Nec mirū id uideri oportuit, quū à circulatoribus & agyrtis quotidie talia fieri cernas, cū uel per maxillas, uel per brachia, citra sanguinis effusionē & pugiones & graphia trajiciūt: uel cū ferā ori labijsq; affigūt, uel globulū in os iniiciūt, & stercus educūt: sic mille alia rerū miracula oculis obijciūt, quibus tamē nihil inest ueritatis.

Si

Si nondum tibi satisfactum hac interpretatione putabis, & cultrum è corpore eductum esse contendas, cedò, quò & per quos meatus iniectus hic fuit? immissum enim prius oportuit, quod alicunde extrahitur. A capite dorsum versus, & ad latus, inseri à dæmone citra manifestam læsionem, quemadmodum humorem stillare per poros obseruamus, nequaquam potuit. Per os non aliò, quàm ad gulam, stomachum, intestina & anum apta materia deferri potest, minimè uerò culter: quem licet quoque per os iniectum esse concederem, non tamen ad eam lateris partem perferri potuit, nisi dissecto prius à latere uentriculo, peritoneoque, cum grauissimo uitæ naufragio. Ab ano uicissim non aliud patet meatus, quàm ad intestinorum inuolucra, stomachum, gulam, fauces & os. Hic denuò uia huic cultello circumquaque præcluditur. Si per carnem externam insertum esse uoles, ubi dolor, effusus sanguis, uulnus, uel leuissimum eius uestigium, aut cicatrix? Hic autem à uersutissimo spiritu id neglectum fuit, quòd cuspidem sursum in uulneris ore ostēderit, quum potius capuli formam certiori cautela exhibere oportuerit, si cuspide deorsum insertus fuisset culter: què in corpore non nisi cum lethali multarum partium incisione inuerti potuit: nisi primò ab infima uentris parte sursum innoxie protensum esse, stultè dixeris, quum eo loco nihil unquam doloris senserit: eas uerò interiores partes omnino fuisse illæsas, docet breuis curatio abscessus, quam impedire noluit: prorsusque à suo opere, obsessio-

ne;

ne, afflictione, diuexatione & cruciatu destitit diabolus, quòd institutæ suæ tragœdiæ fine iam se consequutum uideret: quum nimirum in eam sententiam omnes perduxisset, ut cultrum ex latere excisum esse certò crederent. Sic diabolo maior tribuebatur potentia quàm debuit, peruersa de Lamiarum uirtute opinio accreuit, ac in Dei patrocinio, Christiq; potestate minus fiduciæ collocatum est: maximè in illis ditionibus, ubi ex præstigiariũ diabolicarum indicijs per fas & nephas carnificinæ exerceri nõ desinunt.

Si fortè obijciatur, ferrum ita in carne fuisse exesum: respondeo, dæmonem cultrum è puellæ sinu exemptum, in terram inseruisse, uel in liquorem falsum, aut alibi ea dexteritate reposuisse, ut in medio ferrum exederetur toto anno, quo absoluto fabulæ catastrophæ addere statuerat. Consideretur quoq; locus ferri exesus, qui digitos ferè duos latos à cuspide distat, & tanta quoq; exesionis deorsum est magnitudo: quum uerò cuspide in carne, ac ulceris maligna putredine hæserit, quì sit quòd cuspis ab acri pure illæsa, & reliqua pars ferri, quæ in uentris uacuo hæserit, fuerit erosa: Vel si uoles, ferrum cum parte absumpta in carne defixum fuisse: respondeo, id fieri requiuisse, nisi secundum longitudinem deorsum cultellus in musculis hæsisset. quod si factum defendas, ego uicissim hac ratione nego, quòd manu situs ille potuisset extrinsecus contrectari, quinimò uisu dijudicari. Adhæc ferrum totum carni insertum si-

718 De præstigijs dæmonum

mul & ferè æqualiter ab acri humore arrodi de-
buit. Quum uerò in medio saltem acies exesa
fuerit, alibi quàm in corpore exesionem fuisse
factam sequitur: & diaboli illusione, operatio-
neq; translatum cultrum, & in sterquilinum,
aut alium liquorem falsum, aut acrem, aut pu-
trem immissum eò usque, ut materia rodens a-
ciei medietatem solummodo attigerit. Haud
dubiè cautius hunc fucum instituisset, si has e-
ius actiones ea solertia excussum iri præui-
disset.

Quòd insuper in rei uerè gestę assertionē ob-
trudatur, eam baculo innixam perquàm curua
inclinatione ingredi oportuisse: hinc quilibet
rerum naturalium peritus luculenter intelligit,
cultrum in corpore non hæsisse, qui ex quali-
cunq; inclinatione uel deorsum uel antrorsum,
uel uersus utrumque latus graues cruciatus
excitasset, uulnerassetque: nec alia corporis
constitutione, quàm erecta, habuisset mitius
puella.

Si adhuc urgeas historiæ ueritatem, quæso
ubi nam toto anno illa cultri longitudo delite-
scere, aut firmiter hæere ualuit: si in sinistri la-
teris musculis: hoc tactui & oculis apparuisset.
nec in liene recondi tanto tempore, tamq; in-
noxie potuit. multo minus extra musculos in-
trorsum

*



trorsum in uentris cavitare: sic enim in imas partes concidisset, cum multo uitæ discrimine. Hæc siquidem fuit cultri longitudo & forma: * * *

Cæterùm puellam à dæmonio obsessam fuisse, non est quòd ullus ambigat: quemadmodum plerique etiam peritiores coràm attestati sunt. arguimento esse debent multa eius uerba & actiones: quòd sæpius mente caperetur, cibum & potum ad dies aliquot reijceret: amici cum ea blandè, feriò, & minis agerent, nec tamen promouerent: quòd ipsa itidem uaticinaretur, prædiceretq; tribus mensibus, palàm fore in uisitacionis Mariæ festo, cultellum in corpore figi. Quis certum hunc diem norat, indicarat uerò naturali profectò ratione ab ea præsciri poterat minimè. Has ergo uoces haud dubiè ex ea edidit diabolus, qui circa illum diem abscessum perruptum iri iudicaret, quo commodam naetus ansam, suas simul præstigias obijcere statuisset. Erupit autem sanies tricesimo Iulij, quo cuspidem prius ostendit præstigiator: inde uisitacionis feriæ agebantur secundo Iulij, & quarto cultrum extraxit chirurgus. Sic in exacta sua ratiocinatione fallitur quoq; mendax sæpe uates.

Porrò modum quendam ineptum, futilemq;

D 2 quo

quo eiusmodi materies duræ in corpus à diabo-
lo ex Lamijis ingeruntur, describit Doctor quidam
in libello Germanico, qui Iacobi Liberi, domini
in Lichtenberg nomine, prædicatur, circumfer-
turq;. Hunc item approbasse Iacobum Milichiu-
m, uirum alioqui pium & eruditum, in libro Ger-
manico, Magicus dæmon inscripto, miror. Ab
his asseritur, corporis poros à diabolo extendi,
per eosq; inseri stramen, setas porcinas, assulas,
corium, præsegmina, fila, piscium & fruticum
spinas, & quascunq; materies acutas. deinde po-
ros occludi, ut quodocunq; uolet architectus,
reconditæ res rursus extrahi queant. Subiun-
git doctor has similitudines: Quemadmodum,
ubi quis sub aqua lapidem recondit, nec eo ibi
relictò, manuq; retracta, quomodo eò deuen-
erit lapis, scitur: sic quoq; naturali ratione uagi-
næ poros absque læsione penetrat, ferrumq; li-
quefacit fulminis radius. Nò dissimili modo in
hisce delusionibus fit, quæ magis noxia stigma-
ta, uulneraq; inferunt. Hæc eius uerba.

Rationes has admodum esse ieiunas, quilibet
rerum naturalium cognitione leuiter tinctus,
intelliget haud difficulter. Siquidem poros il-
los natura ex prima creatione strictissimos, à
dæmone eò usq; distrahi innoxie posse, ut stra-
mina, coria uel cultros transmitterent: deinde
concliderent, emitterentq; suo tempore ad Sata-
næ arbitrium libidinemq;, conseruatam tot die-
bus uel mensibus substantiam, prorsus *αδύνατον*
εστιν esse, nec ullo modo fieri posse affirmo.
Pori enim corporis à conditore tam angustè
ab

ab initio constricti sunt, ut præter tenuissimū liquorem, uelut sudorem uel uaporem, crassius aut solidius nihil transmittat: quemadmodum etiam in duris crassisque lapidibus, maximè costilibus, & lignis obseruauimus: quorū pori quidem liquorem transmittunt, at nihil durum aut solidum sine incisione, fractioneue. Hæc phantasia quidem facilè imaginatur, at in actum non item deducuntur. Similitudo de lapide in aquā manu demisso, profectò multū absona est: ridiculumque est, conferre hominis corpus solidum, compactumque, cum humida, tenui & fluitate aqua, omniū capaci, quæ naues, & quodcumque uoles, natura admittit. Sic nec igneus ille subtilissimus radius uaginæ poros peruadens, quicquam habet similitudinis cum crassa & dura re, quam in corpus humanum per poros illæse intrudi contendit. Nisi demonstrationis uanitatē quilibet palàm cerneret, in confutando prolixior me ostenderem: probationes uerò non dissimiles sparsim in eo libro sunt obuiæ.

Huic albo accenseatur uirgo sacra Iudith nomine, quā haud ita pridem Busciducis in collegio iuxta ædem D. Ioanni Baptistæ dicatam, uidi crudelissimis intorqueri à satana conuulsionibus: eiusque fauces ne cibum admitterent, comprimi: linguam item inhiberi quandoque, ne proloqui posset: uoces interim reddi & ridiculas & horrendas audiui.

Accedat & cognita mihi puella, uirgini nobili in cœnobio famulans, cui fidem dederat rusticus, qui deinde ad aliam animū adiecit. Quare

E cognita,

Puella à demone uexata.

422 De præstigijs dæmonum

cognita, mœrore turbari illa cœpit: ablegataque mediũ circiter miliare à monasterio, in eximij iuuenis forma obuium habet dæmonẽ, qui se familiari colloquio in eius insinuans amicitiam, omnia rustici amati secreta huic detegit, cunctosq; cũ altera puella habitos sermones enarrat, ut ad restim illã illiceret, cogeretq;: & cũ ad angustum peruenissent ponticulum, ille assumpto oleo, quod ea manibus gerebat, ut minus impeditè transiret, eam iuuit: inuitauitque tandem, ut ad notum comitaretur locũ. Quonã eò sequeretur (respondit illa) ubi paludose tantummodo sunt aquæ? Hinc ipse euauit, illaq; perterrita in animi incidit deliquium: quare iussu dominæ, mihi familiaris, bigis in cœnobium reducebatur. ubi uelut mente turbata, multifariam sensu distrahebatur, querebaturq; se etiamnum miserè ab illo dæmone uexari, ipsumq; aliquando per fenestram uel aliò uelle eam abripere. Nulla certè alia huius maleficij extitit causa, quàm meditabundus animi mœror, ob amoris impotentiam: quam illudendi perdendiq; occasione præproperè arripuit satanas. at puella rustico eodẽ postea marito freta, bellè ualuit.

A dæmoniis sæpe falli medicos doctissimos.

simos. Cap. 14.

Illis porrò dæmonis actionibus sæpius uel peritissimos, & in artis operibus exercitissimos medicos circumueniri deprehendimus. Exemplum erit memorabile, quòd haud ita pridem, cum melancholia puellam uiginti annorum affici iudicaret clarissimus medicus, noctesq;

Puella à dæmone obsessa.

noctesque ea infomnes circiter undecim tran-
 segisset, hic ex arte pilulas de cynoglossa somnū
 conciliaturas offerret: quarum una deuorata, di-
 gito alterum ægrota occludens oculum: Vide,
 inquit, quā nunc dormiam. Mox, à dæmone
 eam obsidione subiugatam, nec perperam, asse-
 rit medicus: à quo se irrideri animaduertit.
 Cum uerò hinc hominum cogitatus dæmoniū
 perspicere arbitraretur, quòd nulli se eas ad
 somnum exhibiturum pilulas aperuisset (id
 quod tamen satanæ puellam obsidenti inno-
 tuisse, docuit ironica illa de somno ex pilula exi-
 gua deglutita generato, obiectio) inquam ego:
 Medicum ad obsessæ curationē accitum fuisse
 nouerat dæmon: quare omni eius instituto cu-
 randi hanc modo, & medicamentorum præpa-
 ratione uigilanter obseruata, ut spiritus est, eas
 somno prouocando destinatas fuisse pilulas, ex
 ratione naturali promptè intellexit: quo nomi-
 ne captata occasione, medicū illudere, ridereq;,
 illi non fuit difficile. Nec hominum cogitatio-
 nes nouisse dæmonem, tradit quoque Augusti-
 nus. In ea etiam puella, horrèda conuulsionum
 atrocium facies, crepitantibus quoque iunctu-
 rarum compagibus, aliquando conspiciebatur.
 Ad aquæ lultralis asperisionem mirè etiam uide-
 batur exhorrescere.

*Medicus irri-
 detur à dæmo-
 niaca.*

*Cogitationes
 hominū igno-
 rat dæmon.*

*De diffinit.
 eccles. dog-
 mat.*

Recenset Langius historiam de quadam mu-
 liere, quæ, cum Bononiæ rei medicæ operam il-
 le nauaret, circa pudenda ulcere sanioso, meli-
 ceride scilicet, laborabat: simulatq; uerò spè cō-
 solidationis maximè læto chirurgo ostētaret, tū

*Lib. 1. Epist.
 medic. epist.
 38.*

424 De præstigijs dæmonum

repentè nouus ἰχῶρ, humor melli simillimus u-
bertim erumpebat, donec dæmon, quo obside-
batur, deprecationibus diuinis expelleretur: tū
eadem nocte, nullo relicto cicatricis uestigio, ul-
cus sua sponte consolidabatur.

In hac muliere, quam obsidione constrinxe-
rat dæmon, sua ipsum ostentasse ludibria, & ul-
ceris illius speciem, certum est: atque allato illi-
toque humore melli simillimo, chirurgi oculos
fascino delusisse, ut hic ex ulcere ἰχῶρα promanas
se crediderit: quem à dæmone inuectum fuisse
in ulceris consolidati uestigiū, uel in ulcus phā-
tasticum, ipsa momento peracta dæmonij seces-
su testatur curatio.

*De abditis re-
vū causis li. 2.
A mali est
quidā factus
dæmoniatus.*

Narrat præterea insignis philosophus & me-
dicus Ioannes Fernelius, quòd quū non ita du-
dum quidā per æstus nocte uehementer sitiret,
è somno surgens, potu non inuento, obuiū ma-
lum fortè præhēdit: id mādens, fauces sibi qua-
si manu præcludi strangularique sensit: simulq;
à subeūte dæmone iam obsessus, uisus est in te-
nebris uidere se à prægrandi nigerrimoque ca-
ne uorari: que postea, restitutus integra mente,
ordine recensuit. Hunc non pauci ex pulsu, ex
calore & scabricie linguæ febricitare, ex uigilijs
& mētis perturbatione simpliciter delirare iu-
dicabant. Alios eiusdem ordinis uiros doctissī-
mos noui, qui eas symptomatum laruas conspi-
cati, aliorumq; relatiui fidentes, uenenum mor-
bi causam esse censuerint, frustra que propina-
rent antidota, & cauteria imprimerent.

Tradit adhæc Fernelius, iuuenem aliū eque-
stris fa-

stris familiæ, paucis antè annis, corporis cõcussione, & quasi conuulsione ex temporum interuallis laborasse, qua nunc solum sinistrum brachium, nũc dextrum, interdum etiam digitum unicum, aliàs crus alterum, aliàs utrumq; aliàs corporis truncum tãta celeritate exagitaret, ut uix à ministris quatuor decumbens cohiberetur. Caput autem inconcussum iacebat, lingua & locutio libera, mens sana, omnes que sensus integri, uel in conuulsionis ferocia. Decies ut minimum quotidie corripiebatur: in interuallis sanus, sed labore contractus. Vera epilepsia iudicari poterat, si mentis sensuumque læsio accessisset. Peritissimi quique adhibiti medici, conuulsionem epilepsia finitimam à maligno ueneno natoque uapore, spinæ dorsii impactu cõsuerunt: è quo uapor in eos neruos emanaret, qui à spina in artus quoquouersum, non autem in cerebrum disseminantur. Hæc credita causa ut summo ueretur, clysteres imperantur frequetes, purgationes generis omnis & ualida, cucurbitulæ infiguntur neruorum initijs, fots, unctiones, emplastra primùm quæ discuterent, dein quæ roborarent, uenenatamque malignitatem obtulerent. His parum proficientibus, sudores proliciuntur balneis, æstuarijs, & Guaiacinae hebeni decocto: quæ nihilo magis profuerunt, quoniã omnes longè aberamus à cognitiõne ueri. Nam mense tertio primùm deprehensus dæmon quidam totius mali author, uoce insuetisque uerbis ac sententijs tum Latinis tum Græcis (quanquã ignarus lingnae Græcæ laborans esset) se pro-

Equestris ordinis quidam demoniacus.

dens. Is multa medicorum secreta detegebat, rēdens, quòd eos magno periculo circūuenisset, quodque irritis pharmacis corpus hoc penè ingulassent. Quoties laborantem pater inuisebat, is procul à conspectu inclamabat, Appellētem hunc arcete, & ab ingressiōe propulsate, aut torquem è ceruice detrahitte. ex hoc enim, ut Galorum torquatis equitibus in more est, diui Michaelis imago propendebat. Ad hanc Fernelij narrationem, uelut parenthesi interiecta, respondeo: hunc dæmonem se Michaelis imaginem usque ad eò uereri simulasse, ut astantes falleret euidentius: quasi uerò hic ullius exhorrescat simulachrum, qui ne quidem ipsum Christum, expressam Dei imaginem, timuit, quem aggredi, assumere atque tentare ausus est: Paulum, uas electionis, colaphis cædere: Iobum iustum affligere: Euam in innocentia constitutam, uastro affatu fallere. Interrogatus hic (prosequitur ita Fernelius) quis esset, aut quo modo, & qua hæc potestate moliretur? dixit, multa intus esse domicilia, in quibus se recondit, & in quiete ad alios commigrare: se in hoc corpus iniectum à quodam cuius nomen non efferret: à pedibus ingressum in Regiam, & à pedibus egressurum, cum præstitus dies aduentarit.

*D. Michaelis
imaginem se
formidare si-
mulat dæmo-
num.*

Matthæi 4.

Marci 1.

Luce 4.

3. Corint. 12.

Iob. 1. 2.

Genes. 3.

*Res naturales corporibus innasce, quæ ad
maleficia quandoq; referuntur.*

Cap. 15.

INterim naturali etiam ratione in steatomatum & atheromatatum, aliorumque apostematatum sinibus, carne exesa, ex uiscosis & putridis humoribus ac fibris calore coquente exiccatis, materias lapidibus, tophis, arenis, urceolorum testis, lignis, carbonibus, capillis & amurcæ similes nasci, incantationibus ab imperitis ascriptas, scimus ex Galeno & Cornelio Celso. Curauit aliàs D. Solenander in Lucensium Burgo matronam prouectioris ætatis, uxorem Hieronymi Luchesini patricij Lucensis, ab abscessu, quem diu sustinuerat supra clauiculam sinistram: ex eo aliquot dies aperto extraxit, præter crassioris puris multam copiam, quiddam tenax ac lentum, quod cum non facile posset diuelli, eluebatur diligenter: clotum tam simile erat hapso lini madentis, ut uix persuaderetur ægrotæ & astantibus, excrementum esse toto genere præter naturam ex uiscida materia, calore & mali diurnitate concretum: omnes siquidem maleficia esse arbitrari penitus maluissent.

Nonne in morbo articulari plerisque à pituita cruda, resiccata, crasso terrestrique humore indissolubiler impacto, resolutis partibus tenuioribus, tophos, Græcis *τόποι*, uelut calcæ, in iuncturis enasce uidemus: quam etiam exemptam materiem, paulatim excipit alia? Qui

Varia ab steatomatum contenta, apud Galenum li. 2. ad Glauc. & li. 14. met: & Celsum li. 5. Cap. 6.

Tophi in iuncturis.

*Anton. Ben-
uuenius de
abdit. morb.
caus. cap. 3. 18*

*24. 94.
Calculi ex tho-
race & inte-
stinis expulsi,
inuenti etiam
in epate, fellis
folliculo, &
matrice.*

*Lib. 6. cap. 3.
de Loc. affect.
Pili & ani-
malcula cum
urini exere-
ta.*

*Lib. 2. Ana-
tom. cap. 22.
Calculi mulie-
rum.*

post longam frequentemque tussim ex thora-
ce uiolenter calculum expectorarunt, suprâ re-
censuimus. In panniculo item epar cingente, la-
pilli aliquo numero inuēti sunt lethales, & gran-
des, ex ipso epate excisi. Vnum similiter ex inte-
stinis expulsum fuisse, & alium porraceo colo-
re quantitate unius articuli digiti ex fellis uesi-
cula, uelut & è matricis acetabulis duos exci-
sos memini. De tophaceis calculis in utero na-
tis, uide Aetium libro 16. cap. 100. At ab eadem
causa in his partibus, qua in renibus uel uesica,
generari potuerunt, ea coctionis specie quam
ἄσθηνον dicunt, nimirum ab humore crasso, uisci-
do, terreo, & calore igneo: quandoque uerò &
naturali, sed non analogo materiæ, humorem
hunc adassante, cogente, & in lapidem induran-
te, qui interdum uariæ & admirabilis inuenitur
formæ. Galenus se pilos meiendo excretos ui-
disse narrat, & cum ex colore, tum ex mole cre-
didisse dicentibus eos ex crassa lentaque mate-
ria, quam calor calfecit exiccavitque, in uenis
consistere, & se longitudinis ipsorum causam i-
gnorare. In lotijs quoque eorum qui lue uene-
rea infecti sunt, multoties innatare uidentur mi-
nuta animalcula formicis affinia, aut ijs præser-
tim qui æstiuis mensibus in aqua cœlesti uolu-
tari conspiciuntur.

Tradit Alexander Benedictus, mulieres cal-
culis minus affici in uesica, præter calculos seta-
rum, ueluti quædam capillamenta, qui non sine
diro cruciatu innascuntur ex mucosa materia.
additque, aliquibus quædam in uesica concre-
scere

scere, quæ nihilo à conchilijs specie differunt. Simile quiddam se uidisse in nobili quadam domina adhuc superstite, indicauit excellentissimus medicus Ioannes Ewichius, quæ cum longo tēpore renum calculo afflictæ fuisset (nulla enim quātumuis eruditorum medicorum ope iuari potuit) post aliquot annos primùm quidem aliquandiu lanam tenuem, nonnunquā in uolutā, interdum fila longa, alba, duplicata, instar eorum quibus utuntur uestiarij, & quod fidem superat, sæpe cum nodo, ac si ad usum consuendi aptata fuissent, per urinā excreuit. Deinde uerò, quæ res etiam aliquantulū tēporis durauit, arctius compactam, uelut ochra commixtā non tam lanā, quàm membranā lanosam, quali integunt sese illi uermiculi qui ex Seribus insulis ad nos adferuntur, cum lotio reddidit. Postremo nō rarò, præter reliqua, pilos longitudine unius digiti, partim utrinque albos, in medio nigros: partim contrā, principio nigros, cætera albos: præterea acutos in una parte tanquā extremitate, obtusiores in altera quasi profunditate ac radice (etsi radice carere oportuit) fortiusculos, durabiles. Atq; eiusmodi materiæ tantū nō miraculosè ipsa secū plenā portauit arculam, & pluribus uidendā exhibuit, eiusque partem Ewichio donauit. Sed mea sentētia, si res has mōstrosas in renibus uel uesica non genuerit natura, meienti ægrotæ dubio procul eas subiecisse dæmonem ob incredulitatem certum est, maxime si illi suspicio fuerit ingesta de maleficio.

Cum Pisis experientissimum medicū & chi-

30 De præstigijs dæmonum

rurgum D. Gabrielem Fallopium præceptorem
 sectaretur collega meus, simulque accessissent
 quendam mercatorum internuncium natione
 Lucensem, cuius uxor ualetudinaria colicis sub-
 inde dolorib. laborabat, tum uerò iisdem torque-
 batur grauissimè: post alterũ aut tertiũ curatio-
 nis diè, à multis reinedijs ex arte adhibitis, tan-
 dem præter omniũ expectationẽ deiecit pilam,
 uel tophum potius nõ admodũ grauẽ, magnitu-
 dine maiorem paulò columbæ ouo, à cuius re-
 iectione paulatim desijt dolor, pristinaq; redijt
 ualetudo. Hæc reliquis demirantib. affirmabat
 Fallopius, idem aliàs nobilissimo medico Frisi-
 melicę doloribus colicis uexato, & cuidam ter-
 tio accidisse.

*Lutra & la-
 certa in corpo-
 ribus inuēta.*

Anno 1549. cõmemorantur in Vngaria circa
 Thaysæ flumẽ inuenti homines, in quorũ cor-
 poribus absolutæ lutrę & lacertæ essent inuētę.
 num uerissimile uideatur, aliorũ esto iudiciũ. li-
 cet nõ ignorẽ, uermes prodigiosos ex causa na-
 turali quandoq; in hominũ sinibus ingigni. De
 qua etiã puella suspicio spargeretur falsa, serpẽ-
 tem stomacho inherere, cruciamẽta excitare, &
 subinde ad fauces conscendere, sub mea fuit cu-
 ra, belleque iam habet.

*Vermis longi-
 tudinis octo
 pedum.*

Contigit & ante annos quinq;, ut retulerũt fi-
 de digni, in insula prope Masecũ, rusticũ quen-
 dam post continuũ uentris dolorẽ, & sumptam
 aliquando aduersus id mali theriacã, uermẽ ex-
 creuisse octo pedum lōgitudine, & digiti unius,
 quasi cornuto ore, nõ admodũ dissimili anatis
 rostro. Sæpius item uisuntur uariæ formę lūn-
 brici ore reijci.

Pilas

Pilas magnas nigras, instar magni pugni, æqualiter orbiculatas, sine futura, pilis paruis mollibus arctissimè infartas, ex boum iuniorū sanorum lanienæ destinatorū uentriculo & intestinis exéptas, aliquot annis penes me habui. Incantatione ingestas has, exclamarent multi: generatarum tamen harum pilarum causam inuestigare naturalem libet. Vituli adhuc lacte uuentes materno, si quando alimonia destituti, uel alioqui petulca ætate insolescentes, ad parentem uel aliam accurrunt uaccam, eius suras uel quemcunque contigerint ore locum hirtum, maximè posteriorum coxarum, tam exungunt auidè, ut etiam depilem reddant: piliq̄ue ualido crebróque suctu in uentriculum attracti, & frequenti motu saltuq̄ue lasciuo paulatim conglomerati, plerunque lacte uel chylo obuoluuntur, aut pituitoso succo lento: qui temporis successu tenacior redditus, membranæ induit faciem: quemadmodum substantia limosa albida statim à sectione uisa est primum obducta hæc pilarum pellicula: quæ deinde exiccata pedetentim, corio tincto etiam nigricie, assimilabatur. qua una in parte cultro nonnihil excisa, eiusmodi uniformes pili molles (quales in illis dictis pecorum locis inueniri cernimus) admodum compacti apparuerūt. Citius huic sententiæ astipulabuntur, fidemq̄ue habebunt, quicunque ueterinariæ rei assueuere, & iumentorū educationem attentius obseruarūt. Ita nihil omnino rationi derogatum uolo, si quādo ea in rerū miraculis uel

manife-

*Pila in bonis
uentriculo un-
de nata.*

432 De præstigijs dæmonum

manifestò adesse, aut occultè foueri uideatur. Verùm quæ præter naturæ ordinem & rationis cognitæ modum à milleartifice satana, dolo & præstigijs, ut non credentes in suam illiciat nasam, nemine uerè, licet quidè phantasticè cooperante, effinguntur, & incantamenta putantur (quorum nomine frequenter incusantur puniunturque innocentes) propono, quò ueritas à mendacio secreta cognoscatur, & dæmonis ludibria penitius nota negligantur, atq; sanguini innoxio posthac parcatu r: æquioriq; sententia accusatores, peculiaria diaboli mancipia (diuinos alij uocant, mihi uerò erunt malefici) conuersa male inolitæ consuetudinis fori forma exhibentur.

Seruat quoque alius apud se eiusmodi pilam leuem admodum, oui magni quantitate, sed orbicularem, Pisis extractam ex colo intestino iuuenæ bubulæ: hæc pomo citrio uel auratio tã erat similis, ut si eo fuisset colore (erat autem nigro) uisu solo discerni non potuisset. Arbitrabantur quidam tum, ex integro aurantio deglutito eã ita in uentre induruisse, sed arbitrarium hoc & ridiculum: cultro autem uix egrè cortice una in parte inciso & detracto, inuenta fuit tomenti nigrioris cõgeries, & suffarcinata uel potius tota concreta ex pilis. Huius pilæ meminisse uidetur Plinius in hæc uerba: Et in iuuenearum secundo uentre pilæ rotūditate nigricans tophus reperitur, nullo pondere: singulare (ut putant) remedium egrè parientibus, si tellurem non attigerit. Ineptè autem tophum appellat, si
de no-

de nostra loquatur pila. Ille siquidem inter lapides numeratur foraminulétos: hæc uerò pila ex pilis compacta, nihil habet uel lapideū, uel arenosum, uel foraminulentum: sed est circum qua que spississima, & solidissima.

Rerum adhæc miracula alia huc facientia Alexander describit libro tertio Anatom. in hæc uerba: Acies scalpelli fracta, dum uenam imprudens chirurgus cuidam incauté secaret, meatus penetrauit diuersos, postquæ aurem constitit, ubi continuis ferè punctiõibus sentiebatur: qua molestia sæpe à nobis leuari uoluit. Supra fidem est, quod ipsi cum in Creta essemus, uidimus. Rusticus in quodam tumultu seditioso sagitta circa dorsum impacta uulneratus fuit: euulla sagitta, ferrum in thorace relinquebatur. ac uulnus, perquisita frustra cuspidē ferrea, chirurgus sanauit. at post biennium per inferna excidit: quæ miraculi gratia, barbatæ figuræ duorum digitorū latitudinis ostētabatur. Secundum enim diaphragma prius mucrõe penetrauit, ubi pars carnolior est: deinde secundū intestina delapsa, iuxta aluū sensim podicē secuit, uiamquæ sibi ad exitum fecit semiexesa: qua de re magna medicorū fuit concertatio. Idem libro 2. Anat.

Qui uenarum mesenteriacarū orificia inter intestina ampliora putant in uiuente, quæ in cada uere delitescant, longè decipiuntur: arbitrantur enim, ciborum frustra per easdem fibras tenuissimas attrahi posse: putantque, uirginem etate nostra Venetijs, dū hæc cõderemus, quæ cri nalem acū quatuor digitorū lōgitudine, quam

Cap. 9.

Acies scalpelli chalybeæ per uenas tortuosas ascendisse, non mihi sit uerisimile.

Cuspis ferrea in thorace relicta, quæ iuxta aluū post biennium excidit.

Cap. 9.

Acus deglutita, cum lotio excreta.

inter

434 De præstigijs dæmonum

inter dentes dormitura continebat, incaute quæ
 in somno deglutierat, per urinam post menses
 decem maximis emisisse cruciatibus: quoniam
 in uesica collectis uiscosis humoribus, lapis cir-
 cum acum coaluerat, gallinacei oui magnitudi-
 ne: & à uenis mesenteriacis acum prius haustâ
 fuisse cotendunt. Obiter hic adijciâ, acus illius
 per urinam redditæ exemplum plurimos disse-
 ctionis ignaros commouisse, qui eam per uenas
 meseraicas à stomacho ad iecur, ac per uenam
 maiorem ad renum angustias, inde ad uesicam
 penetrasse, falsò arbitrantur, ora sibrarum in ui-
 uentibus patientiora esse ad acum suscipien-
 dam putantes. acus enim sua acie paulatim mul-
 tôque tempore per intestina penetrauit (si-
 quidem uiam sibi facit, quod à natura propel-
 litur) hinc per uesicam qua parte carnosâ est, in-
 de per urinarium meatum excerni potuit. Ad
 eundem cêseatur modum, de sagittæ ferrea cus-
 pide, quæ biennium naturæ ductu commodas
 secuit partes: quod & alijs mirabilib. facile com-
 probaui exemplis.

*Confutatio illius, quòd se in corpus à quodam iniectum
 proximè dixerit diabolus, idq; pror-
 sus à nemine fieri posse.*

Cap. 16.

HAec (mea quidè sententia) mendacij pã-
 rens fingit, libèterq; fatetur, nò coactè: li-
 cet ceremonijs & execrationibus se com-
 pelli simulet, ut alios ludat, à Deo auocet, fini-
 stram de innocète opinionè inijciat, quò autho-
 rem in-

rem iniecti dæmonis mox credât hunc de quo illis uolitet suspicio peruersa: ita rerum suarum fatigisse arbitratur, si hac quoque ratione hominum diuellat animos, cædes que struat. Enim uerò ut ne dæmoni quidem licitum est, corpora aut hominum aut bestiarum ingredi pro sua libidine aut arbitrio: sic nulli uetulæ, nulli obstrictricis (quæ corrupta multorum est opinio) nec ulli homini, quantumuis maligno aut scelerato diaboli mâcipio, concessum est, corporibus dæmonas imprecando immittere. aliàs satanę potentiam exuperaret hominis uirtus maligna, si homo pro corrupta sua uoluntate hîc posset, quod dæmoni denegatum scimus: quum hunc nihil omnino aut intus aut extra posse, citra peculiarem Dei assensum, ex Sacrarum literarum traditione manifestum sit: quo suffragante, in procinctu stat spiritus ille nequam, opiniõe celerius corpus uel ingrediens, uel collidens. Hęc unica est eius uoluntas, spes & expectatio: Dei nutum obseruat, & calculum expetit, non uerò maliciosam ullius hominis imprecatione. quæ si tantillum haberet momenti, uix homo in rerum natura superesset, qui non uel dæmonum myriadibus infarciretur, uel ab ijs auferretur, uel peste tolleretur, uel lue Gallica, aut Iobis ulceribus fœdissimis conspurcatus lugeret: ita domos, compita, uicos & urbes, his diris & imprecationibus personare ubilibet audias, ut nec parentes liberis, nec liberi parentibus partant, inò seipsos leui de causa plerique deuouant horribiliter, sitq; eiusmodi execrabilis saluatio

Dæmones nemo alicui imprecando potest immittere.

Malum imprecandi consuetudo uulgari.

tatio coniugi à marito plerunque etiam hora matutina expectanda, & ediuersò. Sæpenumero ira perciti nonnulli, usqueadeò his assuescunt uotis, ut in habitum ea degenerent: & pro decoro tandem habeatur, atque orationis lenocinio, si in familiari colloquio, uel amica salutatio ne, uel risu iucundo, horrendæ eiusmodi concrepent uoces: quas tamen nullum sortiri effectum in alium, palàm cernimus: tantum maledici hominis, olim rationem reddituri, nisi pœnitentia conuertatur, lædunt animam. At qui potius, si quid imprecationes ualere quis urgeat, omnibus erit indubitatè æterna salus expectanda: cum nemo sit, cui non aliquis salutem precetur perpetuam: quæ precatio ex Dei uoluntate fit, quemadmodum ex satanæ impulsu illa maligna. Si quandoque ex maliciosa parentum in filios imprecatione sinister aliquis euentus sit uisus, nihil contra nos facit, ob peculiarem ingenitamque parentum cum filijs sympathiam, cuius nomine exemplum quandoque horrendum proponere solet Deus. Quamobrem Platon quoque, nihil parentis imprecatione filijs censet periculosius. Contrà uerò accidit pijs: quemadmodum in Iacobo, Isaaco, eiusque liberis, item Tobia & eius filio apparuit.

Lib. 7. de

Leg.

Gen. 27. 49.

Tob. 5.

*Dæmoniicarum imprecationum punitarum
exempla. Cap. 17.*

Spectacula interim non uulgaria subinde oculis nostris à Deo proponuntur, ut ijs territi, inueteratâ malè imprecandi, uel etiam temerè

temerè iurandi, & sæpe falso, consuetudinè declinaremus. Sic fertur, militarem peditem ante paucos annos iter per Marcham fecisse: ac numerosos loculos cuidam suæ hospitæ, apud quam decubuit ægrotus, custodiendos tradidisse. Post dies paucos restitutus, pecuniam reposcit ab hospita, quæ iam cum marito eam esse retinendam statuerat. Se itaq; eam habere negat, iniuriarum alterum accusans. Iratus pedes, hospitam uicissim infidelitatis insinulat. Quo audito, coniugem purgat hospes, peditemque excedibus deturbat. Hic rei indignitate permotus, extractū ensem in ostium infligit inconsideratè. Vim suæ domui fieri ab hoc homine, proclamat hospes. Quare à magistratū in carcerem conijcitur: agitaturque sententia, ob illatam uim, illum gladio ferendum. Iam extremus dies iudicialis præ foribus erat, ipsique captiuo moriendum esse, in carcere nunciat dæmon: at si se ipsi dedere uellet, ut nihil sit periculi, se facturum pollicetur. In innocentia se mori malle, respondet captiuus, quàm ea ratione liberari. Proposita denuò periculi immensitate, ubi se aerè uerberare & nihil proficere animaduertit dæmon, gratis suam illi defert operam, qua apud aduersarios uindicaretur: consulitque, Quando iudicio sistèris, tuam in causa forensi prætendes inscitiam, præsertim in dicendo: eapropter tibi patronum, quem aduocatum dicunt, concedi orabis: atque me non procul stante pileo cyane o plumis insignito, postulabis causæ defensorum. Annuit captiuus, qui postridie in iudicium

productus, cognita magistratus accusatione & instituto, rogat sibi in extrema illa necessitate permitti patronum: qui conceditur. Multa disputat hic doctor iuris uersutissimus, & argute defendit, falso accusatum esse & condemnari peditem: hospitem enim illi pecunia spoliato uim intulisse, ostendit: rem omnem ordine quo gesta est, & ubi seposita conseruaretur pecunia, aperiens. Hospite uerò audacius inficiente, & se diabolo deuouente, imprecanteque aliquoties, ut ab eo sustolleretur, si pecuniam haberet: destitit tandem à defensione causæ LL. doctor pileolo cyaneo ornatus, ac hospitem abreptum per forum in aerem auehit, ut ubi manserit, nemo cognouerit unquam.

A diabolo auferitur hospes ob imprecationem maritimosam.

A demone auferitur femina, ob nefaria iuramenta.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, in Megalopolicis finibus, non procul à Vuildstadia, in Pentecostes ferijs, plebem cereuilię poculis indulgisse scribitur: cui mulier intererat, quæ sæpenumero diabolum suis immiscebat iuramentis. qui, spectantibus omnibus, eam per ostium in aerem altius sustulit. Reliqui perterriti insequuntur, uisum quò deduceretur femina: cernuntque eam extra pagum in aere aliquandiu pendulam, inde redditam in agro præcipitem compererunt mortuam.

Testes

Testes carmine non admi, & concubitus impo-
tentiam etiam à demone modo
naturali inuehi.

Cap. 18.

Illorum insuper sensus à demone obtundi, *Clem. lib. 50*
& oculorum aciem perstringi censeo, qui car- *Ketogni.*
mine sibi testiculos totaque pudenda auferri
existimant: quibus quum aliquandiu orbatu
uideantur, in integrum postea restituantur.
Hic satanæ potentia & arte nerui testium pu- *Testes carmi-*
dendorumque ad suam conuelluntur origi- *ne non admi.*
nem, quemadmodum plerunque in deploratis
morbis uidemus fieri, malæque notæ argumen-
tum dicit esse Hippocrates: Testiculi pudendaque retracta, uehementes dolores atque le- *Lib. 2. 10.*
tale periculum significant. Interimoritur e- *Præsup.*
nim facultas uitalis, & nerui uersus originem
retrahuntur. In demonis uerò operibus mini-
mè illud uitæ naufragium hic pertimescendum:
nec naturalis ea subest causa. ille etenim ad
tempus fascino obiecto deludit, uel dolosa ner-
uorum retractione fallit. Ita fit, quòd postea,
ubi ad uetita consilia tales adegerit, impietatis-
que reos effecerit, libenter ab opere desistat,
coactus minimè; licet se compelli simulet, ut
superstitionem qualemcunque confirmet, a-
liosque arctius irretiat. Si enim hæc membra
uerè adempta fuere, quando hoc factum est, &
quibus medijs? nū citra sanguinis effusionem,
partiū lesionē & uulnerationē, omni adēpto sen-
su id fieri potuit, & uel momēto sanari? Et si hoc
quoque, licet *ἀσύνετον*, demus: unde quæso cōrigit

440 De præstigijs dæmonum

restitutio, si prorsus ea à corpore auulsa, & proinde alimento & uitali fomite destituta, tanto tempore mortua, putredini que obnoxia fuere? Num satanæ est, & angelorum eius, noua creare: aut ablati omnino partib. uitali uirtute destitutis, redintegrare pro suo arbitrio uitam, ac ueluti colla eas agglutinare, aut sua potentia genuino affigere loco: quemadmodum à Christo aurem Malchi, à Petro abscissam, indubitanter credimus restitutam? Minimè gentium. Antea auditum est, nihil planè dæmonem posse condere: explicatum que, quid illi ἀμίμητον, uel inimitabile.

Luca: 2.

Testes monacho sano uolenti; exēcti.

Cæterum uerè, nō profectò imaginariè auferebatur testes, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio in Iunio, cuidam monacho Hermanno Vuolfractgen Euerfeldensi, custodi templi in monasterio Cruciferorū Dufeldorpij. Hic ubi societatis actionis que; Venereæ cum muliere nupta insimularetur à monachis, qui ea quoque; frui dicebantur, & hinc sententiã ex actione aduersus se instituenda coram Generali, uelut carnificinã grauiter timeret, morbū fingit, nimirum rupturã in umbilico. Quocirca accitur M. Engelbertus Holter Euerfeldensis, illustrissimi nostri principis chirurgus, malum hoc curaturus. Huic, detecto figmento, animi morbū insinuat Hermannus, meditatur que; quibus rationib. collegarū manus pœnam que; euitare possit. Hinc conuenitur, ut Priori à chirurgo persuaderetur, rupturã illã non posse restitui, nisi egrotus apud illud Euerfeldi aliquãdiu decuberet, ac interea temporis

poris uterq; illi testis execaretur: ut se in iuuetute fuisse castratū, & propterea impotentē, falsoq; accusari, quodocunq; eo nomine iudicio coram generali sifteretur, conuinceret. Inducitur Prior ab Engelberto, ut secum ille transigat de mercede duodecim modiorum uulgariū lecales, post testicularū excisorū curationē solūda. Inde Hermanno bene ualenti utrunq; testē illesum clam domi exciuit Engelbertus, soluiturq; ex pacto secale. Facinus hoc non semel cū iactantia narrari à chirurgo audiui, sed flagello certē dignū. Excussa tandē quoq; cuculla post annos aliquot, duxit adhuc uxore hic monach^o.

Adhęc, quòd incantamētis quidā uinciri putentur, ut concubitus omnino impotētes, quasi euirati, reddātur: hoc naturali occasione uarijs de causis usuuenire potest, uitiatis, impeditisue uel natura, uel ex accidente congressus organis, quę etiam propinato pharmaco labefactari queunt. Vnde legē de frigidis & maleficiatis, & ad libidinis usum ineptis, tulerūt Theologi. Propterea non semper erit incantationi imputandum illud uitiū, nec statim suspicione aggrauandus insons. A demone tamen ut quidē geniturę instrumenta posse concubitu inidonea reddi, fateor: ita quoq; spurcissimæ anus maligna uoluntate & insulsa imprecatione id effici, constanter nego: quanquā illa, iniqua à demone per suasionem inducta, secus aliquando credat. Eodē authore, aliās cum certa femina congressus, sæpe eidem homini permitti, relictis eius organis liberis, potest: aliās cum altera uicissim præpe-

*Impotentia
concupitus
quomodo effi-
ci potest.*

*Decretal.
Greg. 9. tit.
75.*

ditis uenereę actionis instrumentis inhiberi, ubi nullo alterius adiniculo illi opus est Sic in Italia, & cum primis Romę, uiros se quoque impotentes reddere arbitrantur nobilissima ac eadem putidissima scorta, si antea subligaculi ligamen furtiuę alicui subtractum colligent: eo etiam reddito, ab ea impotentia se rursus eundem liberare autumant. Idem de lupi uirga in alicuius nomine ligata uel soluta creditur. Si quis item maleuolus, cubiculi in quo sponsus cum sua sponsa decumbit, ostium solum pulset, inclametq; infigens ianuę cultrū: si ille respondet, tum abrupta cultri cuspidē, atq; in ligno relicta, is qui adornat maleficiū, discedat tacitus, sponsum ea nocte nihil posse in re uenereę fertur. At nugę sunt. Quidam narrat, quendā contrancum suum, uirum nobilem, iurasse, ligatū se fecisse, ne cum mulieribus congrederetur: ac restitutum dexteritate quadam, qua hic alterius persuasionem confirmabat, adducens ei librum Cleopatrz, quem de feminarum informāda speciositate fecerat: legensq; locum, ubi eo modo ligati corpus totum inungi iubet coruino felle, mixto cum sesameleo, & ita iuuari. Hoc audito confusus ille libri uerbis, id fecit, citoque augmentato libidinis æstu restitutus est. Quem admodum impia credulitate quis leditur: sic & leuari eadem, credibile est, usuq; obseruatur.

De ludicris incuborum & succuborum cum hominibus congressu, prolixę superiori libro, ubi sagarum discutiuntur ponderanturq; actus, egisse mihi uideor.

De ligaturis uarijs, & plerisque demoni-
 alicorum symptomatibus.

Cap. 19.

Hic leuiter uelut in Catalogum reducan- *Ligature uarijs*
 tur multiplicis ligationis deliria: quem- *uia.*
 admodum ligatio in amorem uel in odium, in
 ægrotudines & sanitates, & similia: item ligatio
 furum & latronum, ut in aliquo loco furari non
 possint: ligatio mercatorum, ut in aliquo loco
 emere uel uendere nequeant: ligatio exercitus,
 qui limites aliquos transgredi prohibeatur: liga-
 tio nauium, ut nulla ui uentorum, etiam infini-
 tis uelis uento obuersis, portum egredi ualeât:
 item ligatio molendini, ut nullo impetu uolui
 possit: ligatio cisternæ uel fontis, qua aquæ ex-
 tractio inhihetur: ligatio agri, ne progerminet:
 ligatio alicuius loci, ne quid in eo possit extrui:
 ligatio ignis, ut in aliquo loco accendi neque-
 at, nec aliquid combustibile admoto etiam i-
 gne uehementissimo ardeat: item ligatio fulgu-
 rum & tempestatum, ne noceant: ligatio can-
 num, qua uetatur latratus: ligatio auium & fe- *Fide lib. 4.*
 rarum, qua uolatus uel fuga præpediuntur: at- *cap. 17.*
 que id genus reliqua, fidem profectò exuperan-
 tia, quæ partim ficta sunt: partim, si euentus eius
 modi spectentur, non impijs imputandi hi erunt
 ligationibus, sed ad causas naturales, impiam
 credulitatem, dæmonis collusionem, uel ad oc-
 cultam Dei uoluntatem referendi.

Cum aliàs in Gallicano Lucensiũ sub Apèni
 no uersaretur cū amico D. Renerus Solenâder,

F 4 de uia

de uia audiebantur ac clamationes rustici, uulpem uoce persequentis: ubi illi suspicerent, ecce ad montis latus ascēdit ocysimè uulpes gallina præpingui onerata. Ibi Solenandri comes, Quid, inquit, auferam illi prædam? ac mox uerso non admodum prægrandi lapide, fortè in uia obuius, uulpem firmiter, quæ deposito onere substitit. Accurrit ille, fugienteque uulpe, prædam aufert. Deinde sola lapidis uersione se id effecisse narrat, quem ablata præda semper ponderosorem esse oporteret: uidebatur tamen in ipsa lapidis euersiōe aliquot immurmurare uerba. Cum redirent in Gallicanum, rusticus cui erepta erat gallina, eam repetit. alter reddere recusat. uocatur inde in ius, & ablata gallinæ accusatur: qui id quidem nō inficiatur, sed se eam optimo sortitum esse iure, quippe è uulpis faucibus ereptam, defendit. Tandem uentilata aliquandiu causa, sententiam pronunciat iudex, ut gallinam simul coquerent, eaque unanimes cum aliquot bonis amicis fruerentur. Ioannes Sohetius Eburo lepidi ingenij medicus, quum aliàs disputaretur de ligationibus, narrabat se aliquoties obseruasse à matre, quādo sub intempestam noctem non redirent ad præsepia boues, nec errabunda iumenta inuenirentur, matrem tum arreptam securim obuiam uel quoduis aliud ferramentum proiecisse per fenestras, addendo, Ecce pignus pro his aut illis: nam hac ratione, illa à lupis aut id genus feris illæsa superesse credebat. Quibus annumeretur conscripta ab Olao historia magi Gilberti nomine,

mine , apud Ostrogothos, ut immobilis maneret, ligati in specu à præceptore Catillo, cui ille insultare solet.

*Lib. 3. hist.
Sept. cap. 20.
Ligatus in
specu Gilber-
tius.*

Porrò uariarū eiusmodi ligationum opinio perficitur per maleficia, collyria, unguenta, portiones seu philtrea, certas designatas materies: per alligationes, suspensiones: per fortes item imaginationes, & animi excessus: per imagines, characteres, annulos, lumina, sonos, numeros: per imprecationes, inuocationes, coniurationes, sacrificia, consecrationes, uota, nomina, uerba, perque uaria obseruationum & superstitionum deliramenta.

His autem nugis commiscere solent, si quæ ex Sacris literis instituto accommodari possint. quemadmodum in serpentum adiuratione, maledictionem serpētis in paradiso terrestri commemorant: item serpentis erectionem in deserto, aptè admodum, si dijs placet: insuper uersum illum, Super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. Superstitio etiam hic plurimum ualeat, translato ritu aliquo sacramentali ad id quod uincire uel impedire statuunt. Se quoque ligari simulant dæmones: at certè non alijs uinculis, quàm quæ ipsi tradiderunt, mendacijs scilicet, sacrilegijs, adeoque uanis ac obscœnis rebus, ut eas referri pudor sit.

*Gen. 3.
Num. 21.*

Psal. 90.

Quosdam insuper maleficio affectos, frequenter & uariè à diabolo transferri, ultrò citroque rapi, linguas sonare diuersas, nonnullis item infecti speciem ex auribus uel prodire uel euolare, & id genus miraculorum plura, ipse

*Symptomata
uaria demoni-
acorum.*

obseruauit : quæ tamen solius dæmonij opera, effectis mulierculis iniquè ascribunt malè creduli.

Homines ullius rei potentia in bestias transformari require. Explicatio fabularum de Vlyssis & Diomedis socijs, atq; Arcadibus transmutatis. Cap. 20.

In bestias nõ transformari homines maleficio.

PLerosque etiam sagarum maleficio in bestias conuerti, uoluit credula superstitiosa que uetustas. Sic quoque Demarchum commemorat Plinius, degustatis pueri immolati in sacrificio extis, in lupum se conuertisse (meritò uorax dicatur lupus, qui hominis exta uorat) & Circe poculo socios Vlyssis in illo errore diuturno fertur mutasse in feras, ut est apud Virgilium:

*Quos hominum ex facie dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in uultus & terga ferarum.*

Item Eclog. 8.

*Hæc herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena,
Ipsa dedit Mæris : nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mærim, sæpe animas imis excire sepulchris,
Atq; satas aliò uidi traductre messes.*

*Libro 4. de
Consol. philo.*

Huc facit Boetij carmen:

*Vela Naricy ducis,
Et uagas pelago rates,
Barus appulit insulæ:
Pulchra qua residens dea,
Solis edita sergine,*

Miscet hospitibus nouis
 Tacta carmine pocula.
 Quos ut in uarios modos
 Veriut herbipotens manus,
 Nunc apri facies tegit,
 Ille Marmaricus leo
 Dente crescit & unguibus:
 Hic lupis nuper additus,
 Flere dum parat, ululat:
 Ille tigris ut Indica,
 Tecta mitis obambulat.
 Sed licet uarijs malis
 Numen Arcadis alitis,
 Obsium miserans ducens
 Peſte soluerit hospitis:
 Iam tamen mala remiges
 Ore pocula traxerant,
 Iam sues Cerealia
 Glande pabula uerterant,
 Et nihil manet integrum
 Voce & corpore perditis.
 Sola mens stabilis, super
 Monſtra qua patitur, gemit.
 O leuem nimium manum,
 Nec potentia gramina,
 Membra que ualeant, licet
 Corda uertere non ualent
 Intus eſt hominum uigor
 Arte conditus abdita.
 Hac uenena potentius
 Detrahunt hominem sibi,
 Diras que penitus meant,

*Nec nocentia corpori,
Mentis uulnere sæuiunt.*

*In dialog. de
Asino.*

Hiscæ figmentis, & Apuleij in asinum uersæ fabulæ, ascribatur Luciani metamorphosis: qui in Thessaliam profectus, ut magicas artes disceret, in hospitium fortè diuertit, ubi mulier se unguento illinens, in coruum mutabatur. Lucianus eodem linimento se uolens inungere, in aliud errore incidit, quo unctus uertitur in asinum. Inductus autem in theatrum uarijs conspersum herbis, ex ancillæ institutione per rosarum esum restituitur.

*De Civi. Dei
lib. 18. cap. 18.*

Herbis & uenenis non sunt uires attribuentæ, quæ nec ad manifestas qualitates, nec ad totam illarum substantiam referuntur. his uerò rationibus homines ab illis non transformari in bestias, notum est: carminibus itaque eam imprimi illis efficaciam, sequitur. Augustini hic audiatur sententia: Si dixerimus ea non esse credenda, inquit, non desunt etiam nunc qui eiusmodi quædam uel certissima audisse, uel etiam expertos se esse asseuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi mulieres stabularias his malis artibus imbutas, in caseo dare solere dicebant, quibus uellent seu possent uiatoribus, unde in iumenta ilicò uerterentur, & necessaria quæque portarent: postquæ perfuncta opera, iterum ad se redirent: nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamq; seruari: sicut Apuleius in libris quos Aurei asini titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut

uenero

ueneno accepto, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Hæc uel falsa sunt: uel tam inusitata, ut merito non credantur. Et libro de Spiritu & anima: Dicit humana opinio, quod quadam arte mulierum & potestate dæmonum homines conuerti possint in lupos & iumenta, & quæque necessaria portare, & post peracta opera iterum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem humanamque seruari. Hoc sic intelligendum est, quoniam dæmones naturas non creant: sed tale aliquid facere possunt, ut uideantur esse quod non sunt. Deinde proximo etiam capite de Ciuitate Dei citato subiungit: Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte uel potestate in membra uel lineamenta bestialia ueraciter posse conuerti: sed phantasticum hominis (quod etiam cogitando, siue etiam somniando per rerum innumerabilium genera uariatur, & quum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus) ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, uiuentia quidem, sed multo grauius atque uehementius quam somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud ueluti corporatum, in alicuius animalis effigie appareat, sensib. alienis, talisque etiam sibi homo esse uideatur, sicut talis sibi uideri posset in somnis, & portare onera: quæ onera si uera

*Lib. 3. & 4.
ubi se à Forti-
de maga in a-
simi uersione,
& quid cum
egerit, descri-
bit. at meræ
sunt nuga, ut
etiã que in re
liquis illis le-
guntur libris,
cap. 26.*

*Lib. 18. ca. 18.
et l. b. de Spiritu
et anima. cap.
26.*

450 De præstigijs dæmonum

*Præstantij pa-
ter in longo al-
toq; somno se
equum puta-
bat factum.*

ra si uera sunt corpora, portantur à dæmoni-
bus, ut illudatur hominibus, partim uera one-
rum corpora, partim iumentorum falsa cernen-
tibus. Nam quidam nomine Præstantius, pa-
tri suo contigisse indicabat, ut uenenum il-
lud per caseum in domo sua sumeret, & iaceret
in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo
modo poterat excitari. Post aliquot autem dies
eum uelut euigilasse dicebat, & quasi somnia
narrasse, quæ passus est: caballum se scilicet fa-
ctum, annonam inter alia iumēta baiulasse mili-
tib. quæ dicitur Retica, quoniã ad Retia depor-
tabatur: quod ita ut narrauit, factum fuisse com-
pertum est, quæ tamen ei somnia sua uidebātur.
Indicauit & alius, se domi suæ per noctem, ante
quam requiesceret, uidisse uenientē ad se quen-
dam philosophum sibi notissimum, sibiq; ex-
posuisse nonnulla Platonica, quæ antea roga-
tus exponere noluisset. Et quum ab eodem
philosopho quæsitum fuisset, cur in domo e-
ius fecerit, quod in domo sua petenti negaue-
rat? Non feci, inquit, sed me fecisse somniaui.
Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam
exhibitum est uigilanti, quod alter uidit in som-
nis. Hæc ad nos non quibuscunque, qualibus
credere putaremus indignum, sed eis referenti-
bus peruenerunt, quos nobis non existimare-
mus fuisse mentitos. Proinde quòd homines di-
cūtur, mandatumq; est literis, à dijs, uel potius
à dæmonibus Arcades in lupos solere conuer-
ti, & q; carminib. Circe socios mutauit Vlyssis,
secundū istū modū mihi uidetur fieri potuisse,
quem

Liber tertius

quem dixi, si tamen factum est. Diomedes autem uolucres, quandoquidem genus earum per successionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas: sicut cerua pro Iphigenia, regis Agamemnonis filia. Neque enim demonibus iudicio Dei permisis, huiusmodi praestigiae difficiles esse possunt. Sed quia illa uirgo postea uirgula reperta est, suppositam pro illa ceruam esse facile cognitum est. Socii uero Diomedis, quia nusquam subito comparuerunt, & postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis: & pro eis aues occulte ex alijs locis, ubi est hoc genus auium, ad ea loca perductae sunt, ac repente suppositae, ideo creduntur esse conuersi. Quod autem Diomedis in templum aquam rostris afferunt & aspergunt, & quod blandiuntur Graecigenis, atque alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri demonum instinctu, quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet, deum factum esse Diomedem, ad decipiendos homines, ut falsos deos cum ueri Dei iniuria multos colant: & hominibus mortuis, qui nec quum uiuerent, uere uixerunt, templis, altaribus, sacrificijs, sacerdotibus (quae omnia quum recta sunt, non nisi uni Deo uiuo & uero debentur) inseruiant. Haec Augustinus.

Nisi uero altius dormientem Praestantij patrem obseruassent, ipse omnino ratum fuisset & narrasset ea reuera a se gesta fuisse, quae tantummodo per somnum cognouerat, atque ita ueritatis opinionem apud multos sortitus fuisset rumor falsus.

Sed

Sed mera sunt somnia & phantasmata: cui opinioni suffragatur D. Thomas, in quæstione de Miraculis. Pagano quoque & infideli deteriorem esse indicant Decreta, qui credit, posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriusue transmutari, aut in aliâ specië uel similitudinem transformari, quàm ab ipso omnium Creatore.

Socios porrò Vlyssis in bestias uersos, & Diomedis comites in aues, atque Arcades stagnum quendam transgressos in lupos commutatos, fabulosa esse, & poetarum commenta, multi credunt cum Plinio: qui scribit, homines in lupos uerti, rursumque sibi restitui, fabulosum esse, confidenter existimari debere, aut credere omnia quæ fabulosa tot seculis credimus.

Inde subiungit: Mirum est quò procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens est mendacium, ut teste careat. Hinc illud de Diomedis socijs ideo confictum à poetis tradit, quoniam aues Diomedæ, à Iuba cataractæ dictæ, in solo totius orbis loco uidentur in insula, ubi tumulus & delubrum Diomedis extant, contra Apulix oram, fulicarum similes. Et quoniam aduenas barbaros clangore infestât, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, uelut generi Diomedis hoc tribuentes: ædemque eam quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt, atque purificât: unde origo fabulæ, Diomedis socios in earû effigies mutatos. Sûnt qui ea ad mores referât: nimirum quòd Arcades luporû more uiuebant, ut homines uoraces & immanes, crudis uescentes carnibus, & fortè humanis.

Idem

2. Parte. 20.

q. 5. episc.

Lib. 8. cap. 22.

Li. 10. ca. 44.

De Diomedis

& Vlyssis so-

cijs, atq; Ar-

cadib. in aues

& seras con-

uersis, fabula-

rum explica-

ti.

Idem de mutatione sociorum Vlyffis, iumentis
 afsimilatorum ob prauitatem morum, intelligi
 potest: quemadmodum quoq; de Nabuchadne *Dan. 4.*
 zare Babylonis rege conuerfo legitur.

*De λυκανθρωπία morbo, quo se in lupos con-
 uerti credunt homines.*

Cap. 21.

Literarum inonumentis tradit Guilielmus *Vide lib. 2.*
 Brabantinus in sua historia, uirū pruden- *cap. 26. lib. 5.*
 tem diaboli arte eò perductum fuisse, ut aliqui- *cap. 14. huius*
 bus anni temporibus non secus sciuerit, quàm *operis.*
 se rapacem esse lupum, qui per loca syluestria &
 specus oberraret, ac maximè pueros perseque-
 retur, & eum sæpe uelut amentem per nemora
 uagari inuentum fuisse: qui tandem Dei gratia
 ad mētem redijt. Adhæc Patauij lupus sibi uide *Iob. Fintel.*
 batur agricola, Anno millesimo quingētesimo *li. 2. miracul.*
 quadragesimoprimo: multosq; in agris infilijt,
 trucidauitq;. Tandem non sine multa difficulta
 te captus, confidenter asseuerauit se uerum esse
 lupum, discrimen solum existere in pelle cum
 pilis inuersa. Quapropter quidam omnem exu-
 ti humanitatem, uereq; lupi truces, uoracesq;
 tibias & eius brachia gladio feriūt, amputantq;
 ueritatem rei exploraturi: cognita uerò homi-
 nis innocentia, eum chirurgis tradunt curan-
 dum, sed post dies non multos expirauit. Hos
 ea melancholiæ specie exagitados fuisse dubiū
 est minimè, quæ Arabibus chatrab dicitur, deri- *Chatrab A-*
 uato nomine à bestiola, quæ irrequieto motu *nien. lib. 1. 3.*
 super aquas modò huc modò illuc absq; ordine *fen. 1. tract. 4.*
cap. 21.

G uagatur.

454 De præstigij's dæmonum

Tipula. uagatur. Latini, ut quidam uolūt, tipulam id in-
λυκανθρω- sectum uocant, in palustribus locis frequens. *λυ-*
πία. κανθρωπία, id est hominis in lupum conuersionē
Paul. Αε- uocant Græci: quidam melancholiā quoq; lupi
gin. li. 3. cap. nam appellant ex Marcello, item insaniam lupi
16 nā: pleriq; *λυκάννα*, alij *λυκανθρωπία*. Eo malo cor-
Actius li. 6. repti, ex atrę bilis fuligine se in lupos, uel etiam
cap. 11. canes eredunt mutatos. Quapropter domo e-
Melancholia grediuntur, potissimū noctu, in cunētis lupos
lupina. Insa- imitati, aut canes. Hi pallent, oculiq; ijs sunt cō
nia lupina. caui & sicci: crassè imbecilliterq; uident, linguā
λυκάνω. habent siccissimā, ualde sitiunt, os saliuæ caret.
κωκανθρω- Tibiæ his sunt ita ulceratæ ut curari nequeant,
πία. propter frequentes offensiones, & canū morsio-
nes. Curantur hi sanguinis inmissione usq; ad ani-
mi deliquiū, uictu boni succi, balneis dulcibus,
fero lactis, hiera ex colocynthide, Ruffi, aut Ar-
chigenis, aut Iusti, theriaca, & reliquis melácho-
liæ utilib. Caput his ante accessionem irrigatur
soporiferis, nares opio inunguntur. Quandoq;
& somniferum medicamentū propinari oportet.
Hoc naturæ uitiū & humanæ mentis aliena-
tionem fabulę apud Ouidiū subministrasse oc-
casionem uerisimile est, de Lycaone Arcadię re-
ge, quem à Ioue in lupum ob sua scelera mutatū
finxit. Interim atræ bilis morbi, lycanthropię di-
cti, adiūgit notas, quemadmodū ridicula poeta-
rū cōmenta naturales sæpe solēt habere causas.
Territus ipse fugit, nactusq; silentia ruris.
Exululat, frustra q; loqui conatur, &c.
Plerosq; etiā atra bile uitiatos, se leones esse, uel
dæmones, uel aues, imaginari, annotauit Auicē

na. Plinius & Edouardus scribunt, cerebrū urfi deuoratū ingignere imaginationes, quasi in ursum quis transmutatus sit. Id nostro hoc seculo cuidā Hispano nobili oblatū fuisse edendum traditur, qui per deserta & montes uagabatur, se in ursum esse conuersum phantasia uitiata ratus. Atqui dæmonem aut ullam creaturā, nihil posse cōdere, aut reuera immutare, rationibus, & ex Decretis abundè demonstratū est: & euidētissimè constat ex eorū qui hæc fuerūt passi ludibria, cōfessione, quā li 5. cap. 13. descriptā, qualicumq; explicatione sum interpretatus.

*Auic. lib. 3.
Fen. 1. tract.
4. cap. 29.*

*Part. 2. caus.
26. q. 5. epist.*

De naturali sexus humani mutatio-
ne. Cap. 22.

C Aeterūm quæ mihi fortassis hic obtrudere conabuntur alij naturæ miracula, ipse referam. Plinius: Ex fœminis, inquit, mutari in mares, non est fabulosum. Inuenimus in Annalibus, Licinio Crasso, C. Calsio Longino Coss. Casini puerum factum ex uirgine, sub parentibus, iussuq; haruspicum deportatū in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, uisum à se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset: nupfisse etiā, mox barbā uirilitatemq; prouenisse, uxoremq; duxisse. eiusdem fortis & Smyrnæ puerum à se uisum: subditq;: Ipse in Africā uidi mutatū in marem nuptiarū die L. Cossitiū ciuem Tisdritanū. Liuius li. 4. secund. bell. Punic. tradit, Q Fabio Maximo & M. Claudio Marcello Coss. uirum ex muliere Spoleti factum, Hippocrates autem scribit, Phaetusæ cupiam

*Nature miracula in sexus immutatione.
Lib 7. ca. 4.
Gellius li. 9.
cap. 4.*

*Lib. 6. epist.
dem. part. 3.
aph. 47.*

*Centur. 2. con
sult. curat. 39.*

Pythæi uxori corpus uirile, & in uniuersum hirsutum & pilosum fuisse redditum, barbamq; eam emisisse, uocem item asperam fuisse effectam. Quod ipsum etiam Namysæ Gorgyppi uxori in Thaso euenisse, subiungit. Præterea Amatus Lusitanus conscribit historiam eiusdem argumenti, his uerbis: In oppido Esguerra, noue leucis à Conybrica; nobili apud Lusitanos ciuitate, puella quædam genere nobilis erat, cui nomen (si rectè memini) Maria Pacheca erat: quæ cum ad ætatem peruenisset, in qua mulieres priuim menstrua emittere solent, uice mensium priapum usq; ad id tempus intus latitantem extra eiecit. Et sic ex femina factus est masculus: & uirili toga indutus, ac sacra aqua respersus, Manuel fuit uocatus. Qui ad Indos perueniēs, & diues ac clarus factus, postea ad suos redijt, & uxorem duxit. Sed an liberos genuerit, non satis compertum habeo. Conscij tamen sumus, imberbem hunc semper mansisse. Hactenus ille: quæ eo à me adducuntur studio, ut probem, non solum hanc sexus permutationem & uerissimam esse, & naturalium rationum basi inniti: sed etiam feminas transire in masculos, saltem aduersus inanem Ausonij assertionem, qui duorum exemplorum auctoritate etiam tueri conatus est conuersionis huius oppositionem. Verū enim uero ubi caussa incredibilis istius effectus fuerit cognita & perspecta, ilico consequutionis necessitas alterius falsitatem deteget: quæ ut inuestigatione acquiratur, duo ponēda sunt fundamenta demonstrationi naturæ prorsus conuenientia.

conuenientia. Primum est, post animantis productionem, uirtutem conformatricem non esse ociosam: alterum, particulę alicuius prærogatiuo iure dotatas mulieres. huius præsentia subministrabit generationi materiam, illius confessio efficientis actionem. Quæ si uera sunt, ut profectò sunt, oportebit circa pudendum muliebri latitare aliquod membrum priapi figurę persimile: quia ex Physicę speculantiõnis certitudine cõstat, operationē naturę non exerceri in subiecto quolibet, sed idoneo & prædisposito: quemadmodum etiam uis conformatrix, animante iam edito in lucem, non procreat de nouo partes ob materię conuenientis & reliquarum occasionum defectum, sed imperfectas adimplere faciliè potest. Proinde his ita cõstitutis, sciendũ est, eiusmodi particulam reperiri in *κολπη γυναικείῃ*, quod cunãtis mentulę uirilis conditionibus prorsus respondet, adeò ut prædita sit ligamenti, neruis, uenis, arterijs, musculis, præputio, glande, ne quid omnino desideretur. Eius exquisita obseruatio hæctenus ferè fuit neglecta, ob pinguedinis uelamen, à modernis: at ab Auicenna describitur sub nomine Albathara, uel Albandar: & à Kuffo Ephesio *κλιτωρίς* uocatur, unde obscœnum uerbum *κλιτωρίζειν*, uel *κλιτωράζειν* deriuatur: nec nõ Nympha, Myrton, *ὑποδερμὶς*. Atque exigua hæc caruncula paulatim molis augmentatione exurgit, tandem in priapum omnibus suis numeris absolutum: quod contingit præcipuè aut menstruę expurgationis initio, aut connubij tempore,

Lib. 3. fen.
21. Tract. 4.
cap. 23.

quoniam in eo Naturæ impetus incrementum molitur: in hoc uerò, propter primi coitus uehementiâ, effringuntur particulæ istius carceres, quibus exonerata uirtus formatiua dein elaborat in promptiori expulsionem. Ita etiâ fit, quòd tunc corpus & hirsutius euadat propter mensium suppressionem, & robustius ob sexus uirilis successione. Hoc autem membro quum saltem mulier dotetur (unde omnes feminæ licet actu tales sint, potentia tamen masculos nominarim) necessariò elicitur, hunc mutationis ordinem progredi tantum à sexu femineo ad masculum, non econuerso: quia natura semper addit, nunquam demit: semper expellit, nunquã reprimat: semper mouetur uersus dignius, nunquã indignius. Itaq; Ausonio uanitatis crimen adstringo, quòd Beneuenti puerum quem piam repenti uirgiam factum refert:

*Nec satis antiquum, quod Campano in Beneuento
Vnus ephēborum uirgo repenti fuit.*

*Sabell. lib. 9.
ca. 3. de ostentis.*

Horum item miraculorum meminere Sabellicus & Pontanus. Sed quod abstrusa nature operatione contingit, atq; in ea metamorphosi, & quidem solius sexus, continuò perdurat, nulum hic meretur locum, ubi tantummodo de fictis momentaneisq; dæmonum formis & præstigijs, quoad fieri potest, explicandis agitur.

tur.

Quòd

*Quòd pleriq; putantur dæmoniacy, qui melan-
cholia agitantur, & è diuer-
so. Cap. 23.*

DE melancholicorū imaginatione deprava-
ta, & subsequētib; eorum interdū
deliris ridiculisq; actionibus: nonnunquam eti-
am grauib; serijs, horrendisq; operibus, su-
prà lib. 2. cap. 23. satis multa dixi, ut repetitione
minus opus sit. hinc tales uel fatui uel à dæmo-
nibus obsessi sæpe iudicantur, quemadmodum
quoq; energumēni uicissim melancholici inter-
dum dicuntur. Exquisitum itaq; desideratur hic
iudicium, ut inter utrosq; discernatur affectus:
qui plerunq; etiā complicantur. Humori ete-
nim melancholico, uti materiæ suis ludibrijs
consentaneæ, diabolus se, ut antea memini, in-
nuat libentissimè. Non tamen à dæmonijs cun-
cti exercentur melancholici: at contrà ferè fit,
ut omnes dæmoniacy ob acerbos cruciatus af-
fectusq; graues, reddantur melancholici. Mu-
lier quædam Budericiæ singulis annis eiusmodi
melancholia, uel potius mania agitabatur, ut
septimanas aliquot multas noctu circa sepul-
chra in cæmiterijs degeret: excurreret etiā sub-
inde in plateas, effringēs huius ianuas, & illius
fenestras perrūpens, interdū aufugeret ad loca
secretiora & syluestria. Et quia is paroxysmus
maximè incideret in diē festū Paschæ, hoc est,
tempus uernum, huic morbo ex humorū motu
aptum: credebatur tum temporis à uulgo, il-
lam à spiritu exagitari maligno. Vide item hi-

storiã dæmoniacã, quæ melancholia infestari putabatur, lib. 3. cap. 12.

*Ficti obsidij diabolici historię memorabiles duæ:
alterum autem ad incantamenta referebatur. Cap. 24.*

*Obsidij dæmo-
niaci figmen-
ta.
Mendicus Iu-
stus fictè dæ-
moniacus.*

IN hac eorum qui à dæmonum maleficio exagitantur, historica serie, nõ extra institutum fuerit, recensuisse naturale, rarumq; tamen, diabolicæ obsidionis figmentum, à me olim Neomagij apud Geldros uisum, in quodam mendico nomine Iusto. Hic ut iusta occasione pecuniã am emendicaret largiorẽ, anteq̃ templi fores decubuit, dæmonij in se dominiũ simulans, Nam perpetua inquietudine exiliebat, concidebatq; iacenti ueter: interdum & fugam minacem, insultum uiolentum, & toruam faciei inuersionẽ fingebat. Custodes latus utrinq; claudebant, eius coniunx & scortum: quæ profilianti renixę, ferramentis apposisis eum coercendum mentiebantur: interea oratione mendicorum rhetorica oppidò instructa, strenuam nauabant operam, ut eleemosynam à populo die Dominico mane hunc ad eunte locum, elicerent uberiorẽ. Tandem in dolosi machinamenti opinionem uenit magistratus, Adhibiti lictores, qui à cœmiterio discedenti, sub prandio, quo tempore ab hominum frequẽtia hic tutus est locus, manus iniicerent. nam hic eiusmodi apprehendisse hominem, erat religio, nefasq; ducebatur, ob prophanationem loci scilicet sacri. Postremò tamẽ cognito latrocinio quater perpetrato, abreptus,

ptus, in uinculis artem confessus est, qua uentrem, ut pro suo nutu exundaret subito, relabaturq; continuo uortice, coegisset. Prius obice altius podici indito, & multo butyro simul deuorato, quo antea oblinebantur præmuniebaturq; uentriculus & intestina aduersus uim hydrargyri deleteriam, argentum uiuum deglutiebat, quod suo pondere ex uentriculo per pylorū in intestina ferebatur, ubi ob pessum ostio obditum, præcisa erat exitus uia: quare quum uehementer id humidum sit, & tenuium ualde partium, ac cognata mobilitate inquietissimū, quāquam à calore naturali excitatum, non tamē ob intestinorum butyro inunctorum anfractus euaporare (etiā si ea fuisset caloris uehemētia) potuit. Hinc ciebatur ualida illa uentris perturbatio, & iactus inæqualis, quam augebat uehemens & uoluntaria uentris succussatio, illæsis interim ob præsumptum butyri antidotum partibus interioribus. Stipe autem collecta, & arbitraris semotis, inquietum dæmonem, captiuum quippe Mercurium, extracto pessulo liberabat. Hunc tragœdum decimo post editum hoc spectaculum die, propter latrocinium, Germanica punitione imponi rotæ uidi: ex qua horis duabus post descendit, eodem tamē repositus die, strangulatusq;.

Ad hunc numerum referatur impostura, uerè commenticijs ligaturis ascribenda, cuiusdā Ioannis Patris nomine, Germanis Hans Vatter, nati in pago Mellinge, medium miliare dissito à Duringorum Vuyimaria. Hic professio-

*Hydrargyri
ualde humi-
dum & tenui-
um partium.*

*Ioānis Patris
commenta.
Ligatura si-
cla.*

ne bubulcus, trienniū per celebres aliquot Germaniæ ciuitates uagatus est, simulans se ipſis D. Ioannis ferijs hora matutina, quum boum curā gereret, à Nicolao Gottel, poſtea ob ſua flagitia Vuymariæ exuſto, incantatū, pane aſſumpto cyaneo ex ſextuplici ſanguine confecto, nimirum infantis nondum baptiſmo initiati, & ab eo occiſi, ſerpentis, bufonis, echini, vulpis ac lupi, ut duodecim annis atrociter à diabolo diuexaretur. Hoc Nicolaum in carceribus cōfeſſum fuiſſe aſſeuerabat. Hinc dæmonem excruciaſſe ipſum multifariam ait, ac tam ſtriçtè momento colligare manus sæpe in tergo uinculis ex pilis equinis & ſericeis lacinijs intortis, ut niſi mox eorum incifione laxaretur, ſanguinis ſubſequeretur eruptio. Coartabatur enim ſingulari artificio ligaturæ nodus inexplicabilis. Ac antea præ angore ſanguinem è ſiniſtra aure atq; ore frequèter effluere querebatur: & inter reliqua, ſemel Mansfeldia in aera euectum ſe, & ualido uento Halam ultra muros translatum, ibiq; catenis argenteis colligatum fuiſſe narrabat: item Bornæ, ubi in turre incluſus fuerat, ut nonnihil à diaboli torturis leniretur, atq; ab eius laqueis tutus conſeruarietur, per foramen anguſtū craſſi fornicis à diabolo perruptum, ſe induſſo ſolummodo teçtum, à dæmone extractum fuiſſe, atque in uaçtam traductū ſolitudinem: ſed quo modo, ſe nescire: atq; ibi tres noctes ſine ulla cibatione humana peregiſſe. Addidit quoque, ſe catenis ferreis crebrò à dæmone conſtrictum fuiſſe circum corpus, pedes & collum: ac ſemel

ita in patibulo ad hoc spectaculum à satana ex ingentibus lignis cōstructo, in quodam horreo alligatum fuisse. Admiranda quoq; phantasmata, apparitiones & spectra annexit, nec omnia enarrare breuib; se posse inquit: sed cuncta ordine, uelut seriem historicam, conscripta esse, tandemq; per typographiam lucem uisura, ut mundo ignotesceret, quanta crudelitate plurifariam à dæmonio excrucietur, dilanieturq;. Nec prætermisit suum in orando, concionibus sacris audiendis, & cōmunicatione sacramenti corporis & sanguinis Domini singulis quatuor septimanis, studium. Ad resipiscentiã quoq; ut populum hortaretur, se impelli affirmabat. Post diutinam huius tragœdiæ ostentationē, Norimbergã tandem uenit, ubi iisdem usus technis, à prudenti & circūspecto Senatu obseruari cum uigilanti sagacitate industriaq;, semotis custodibus solitis, iubebatur: & licet primùm abitionē urgeret, desperationem deinde simularet, & nescio quæ non comminisceretur ad artis suæ fucum: eò tamen ad extremum redactus est, ut se nunquam à diabolo ligatum fuisse, sed sibijpsi laqueos à se paratos, celeriter semotis arbitris iniecilse, ubi item eorum materiem suffuratus fuisset, fateretur. Vinciendi etiã specimen ostendebat liberè: & suctu sanguinè ex gingiuis extractū fuisse narrabat, quem quoq; manu quàm ocysimè in aurem seorsum instillabat. Reliqua item enarrata miracula, mera fuisse mendacia fassus est: uniuersamq; huc spectasse fabulam, ut inde rem faceret. Quapropter ob facile, nec

extortam

*Magistratus
Norimbergē-
sis prudentia
summa.*

extortam confessionem, sententiam mitigauit, reumq; publico palo in spectaculum & irrisionem ad horæ dimidium alligatum, exilio puniuit amplissimus eximiæ prudentiæ, iudicij, uirtutis atq; autoritatis ordo Senatorius, 9 Maij, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Id uerò diabolicæ uexationis per incantamenta figmentum, tanquam rem ueram, alius antea epistola typis excusa præmaturè euulgauit, tecto dolo falsus.

Eiusdem simulatæ obfessionis iuuantibus sacrificis historiæ. Cap. 25.

*Puella Vuer-
lensis epilepti-
ca, putatur
dæmoniaca.*

Eodem anno, nimirum sexagesimo secundo, in Martiò, Dusseldorpium uenit puella quædam Vuerlensis, circiter annos uiginti nata, bene habita, sed uultu torua. Hæc, ut mendicandi solennior esset occasio, literis munita testantibus, eam à dæmonio obsessam, ad D. Hubertum Ardennatem profectionem instituerat, ut ibi à satanæ iugo solueretur. Cum patruo & conducticio homine comitem etiam habebat monachum, annum propè trigesimum agentem. In collo, tanquam amuletum cõtra diaboli scilicet impetum, dependebat stola ecclesiastica. Ab eximiæ pietatis & doctrinæ uiris ornatissimis, ecclesiaste suo, & medicis collegis meis coniunctissimis (qui bona fide rem omnè mihi exposuerunt, tum enim aberam) quicquid id esset negocij solertissimè inquire uoluit Princeps noster illustrissimus, quibusuis imposturis non tam faciles, ob non uulgares ingenij doctes,

tes, offerens aures. Quantum itaq; ex ægrotæ & aliorum relatu conijcere illi poterant, epileptica putabatur. At monachum comitari, quòd ob ecclesiastici uiri præsentiam, minus à dæmonio impeteretur, dicebat: tandemq; eò adacta est, ut illum in eodem secum decumbere noctu lecto fateretur, non autem à suis exuuijs prorsus nudatum, sed qui indusio adhuc tectus esset. Quñ uerò hora quadam matutina è somno excita, patrum, atq; alterum custodem uestitos in lecto secum conquicuisse obseruaret (fortassis uespere præcedenti potu adeò consopita, ut minorè horum concubitorum habuerit rationem) se aliàs eos pedibus è lecto expulsuram minitabatur, si redirent: at nullam patiebatur repulsam monachus. Rogata etiam, quomodo alię monachi lupæ aut concubinę (quas duas illum Vuerlæ reliquisse non negabat) ipsius peregrinationem ferrent? Aegerrimè, respondit. Monacho quoq; iactanti, se tribus uerbis horribile in ea posse spectaculum excitare, quñ à collegis meis permitteretur, ut quicquid ad hanc rem ualeret, ostendere non grauaretur, nihil omnino potuit.

Maubusæ in Hannoniæ finibus huiusmodi contigit facinus, mihi narratum à uiro cui fide-
re quis possit, & qui modò mihi affinitate iunctus est, doctus & pius, totiusq; actus spectator. Nam tum fortè diuersabatur apud urbis illius præpositum, suum consanguineum, quem salutandi gratia conuenerat. ibi subsistens præforibus, uidit undiq; populum confluere, & uelut

*Obsessionis diabolica commentum puni-
sum.*

lut agmine facto ad templum concurrere. rogabat quid rei esset? Tum illi quidam: Obsessum à dæmone quendam aiebat ibi exorcisari: quod ut uideret, accessit. Ingressus templum, uidit sacrificum quendam peragentem sacrum, & dæmoniacum altari proximum, qui aspectu horridulo & turbato sedebat tacitus. hunc sacrificus ille per finitimas undique regiones circumduxerat, subinde exorcismis tentas dæmonium eijcere. is dum pronunciaturus Euangelium, se in illud latus ubi erat dæmoniacus, contulisset, & ad Euangelij locum peruenisset, Dæ-

Mar. 16. monia eijcient, linguis loquentur nouis: tum dæmoniacus, quasi horum sermonum impatiens, sese concutere, agitare, & altum clamare incæpit. perlecto Euangelio subticuit, donec finita missa, sacrificus illum suis aggrediretur exorcismis, qui quidem & ridiculi fuerunt, & stolidi ac inepti. Subinde inculcabat illud, Maledicte diabole, dic maledicte diabole. At dæmoniacus ad pauca respondebat. Tandem exorcista: Dic, inquit, maledicte diabole, quid' nam est omnium tibi inimicissimum, maximeque contrarium? Subticuit aliquandiu, ac tergiuerfabatur dæmoniacus. exorcista uerò acriter urgebat atque instabat: tandem dæmoniacus ueluti uictus, clamabat, Aqua lustralis. Tum ea aqua crateram argenteam impleuit exorcista, ac ori dæmoniaci admotam coegit illum exhaurire: qui torquere se, & sic grunnire planè cæpit, ut porci solent, dum cultrum iugulo infigit latio: ac paulo post totus intumuit, gutture

ture potissimum, ita ut supra naturam id contingere quivis dixisset. Hinc exorcista ueluti presentissimum alexiterium ad expellendum dæmonem, illius gutturi applicuit D. Gundulæ reliquias, theca argentea reconditas. Tum ille agitare sese & intorquere, sicq; clamare cœpit, ut Stentora illum dixisses uincere, uel, quantum Gradivus Homerus: ut inquit ille. Deinde quasi uictus, ad interrogata respondebat omnia: uerum quæ sciscitabatur exorcista, talia erant, ut uel ad aliquorum contumeliam, uel uindictam producta uiderentur: certè stolidi erant, indigna, minimeq; ferenda. Altero die denuò subiectus est exorcismis dæmoniacus: sed ut accessit hic meus affinis, ilico destitit exorcista. Audierat (ni fallor) hunc cum præfecto, & nescio quo alio prudente sene habuisse sermonem de hoc dæmoniacò: & in hanc incidisse illos suspicionem, ut omnia ista fictè agi & fraudulenter crederent. Vnde huic obuiam ueniens ait, idque Latine, quo uidelicet perspecta esset illius eruditio & Latini sermonis lepor. ait inquam, Ipse est extra: hominem à dæmone liberatum innuens. Postridiè urbem reliquit. Non ita multo post detecta re, palàm fuisse imposturas patuit: quare tandem uterq; meritas ob tantum

flagitium dedit pœnas.

Eiusdem

Eiusdem argumenti elegantes historie.

Cap. 26.

*Historia festi-
na figmēti fe-
mella demo-
niaca.*

Aliud diabolicæ obfessionis & exorcismi figmentum legitur in libello Gallico ante triennium Parrhisijs edito, in scriptoq; Narrationes mundi fortuitæ, narratione 32. In pago cuidam arci proximo inter Delphinatus & Sabaudia montes, qui à rudiori plebe incolitur, sacrificus magis bigis agendis quàm parochiæ administradæ aptus, in pastorem eligitur, quòd lectionis scientia tantummodo reliquos præcellere rusticos uideretur. Et quū ex recepto more nihil fore in pagis illis citra pastoris cognitionem perficiatur, hic pedetentim apud omnes illius pagi feminas factus est compater: quibus quum ea occasione uteretur familiariter, una tamē Lisetta nomine, à curatore magis habebatur in delicijs. Huius maritus, qui in bello Gallico uictum fodiendo aliàs quæritasset, & iam ad easdem decreuisset redire operas, cœpit nõnihil angi ob nimiam parochi cum uxore familiaritatem, eiq; omnium sacrificorum consuetudine interdixit. Mœrore itaque offusus pastor bonus, aliud captat ex tempore consilium: mittitq; secretò anum maleficam, cum sua commatre, quam uocant, consulturam, quibus modis ad consuetam amicitia uelitationem reuerti tuto possent. In eiusmodi comœdiæ actu exercitata apprimè uetula, Lisettæ aures hoc blando demulcet affatu: Mea filia, te animi admodum esse anxiam comperio: eisdemq; doloribus conficitur

ficitur tuus compater, propterea quòd legitimum suum amorem præpediri uideat. compati-
 or & ego quidem, quòd iuuenula eandem
 olim sim experta aleam, & duram perpeffa for-
 tem: nihilominus rebus afflictis remedium in-
 uentu facile, si prudentiam quis prouidè adhi-
 beat. Auderes' ne fingere te dæmone obsideri?
 Helas mea mater, respondet iuuenula, perso-
 nam hanc non inscitè induerem, si ea ratione
 profici posse, spes affulgeret: quando quidem in
 mentem redit, uicinam nostram, me puero, simi-
 li uulnere sauciam, quotiescunque cum alijs
 puellis illi obuiam eram, bellè & artificiosè cru-
 ciantum hoc simulasse. A' fortilega hac de-
 inde accuratius instructa Lisetta, ante tem-
 plum audita missa intorquere oculos, contra-
 here manus, spuma defœdare os, & lupi eiula-
 tum edere incipit. Accurrens mox uulguis stoli-
 dum, præcipiti & nouo hoc malo attonitū, eam
 dæmonio agitari censuit. Miser maritus non ita
 procul ob zelotypiã sedulò eam obseruãs, haud
 leuiter turbatus, illam domū reducit, ubi con-
 solatum uicini confluunt. Sic ille ob grauem
 torturam, qua oppressam inopinato arbitrabat-
 ur coniugem, suspicionis non immeritò con-
 ceptæ oblitus, rectà ad parochi eedes, uelut men-
 tis impos, properat, oratum, ut suis exorcismis
 tam malitosum ex uxore spiritum exturbare di-
 gnaretur. Dominus Mauricius quanta poterat
 dexteritate sese continens, mirè exclamat, lu-
 getq; insperatum huius ægræ infortunium, in-
 quiens: Ha ha ha; mi compater, morositas in

H

uxorem

uxorem nimia, & suspicio ob causam non satis iustam, probum maritum certè decet minimè: siquidem eo nomine in sensus communis errorem quandoq; etiam dilabùtur matronæ inculpatissimè. Inde arrepta stola atq; organis coniu-
 rationi idoneis, ægrotam liberè adit, atque post suffragia infinita occulto murimure deblatera-
 ta, interrogat spiritum, quis nam esset? Lisetta probè instituta à uetula, uoce rauca submissaq; respondet: Ego patris huius iuenculæ spiritus sum, ut hanc pœnitentiam decem annis ex uno corpore in aliud transgressus agerem, condemnatus. Maritus præsens ubi intellexit soceri esse spiritum, non sine lachrymis in has euestigiò erumpit preces: Mi pater, per Deum te oro, ut exeas, nec amplius torqueas misellam filiã. Spiritus respondit: Hinc equidem egrediar, sed in te comutato hospitio rursus comigrabo, ubi designatum pœnitentiæ tempus absoluam. Sabaudus hic horribili ea sententia territus, usque adeò exhorruit, ut incunctanter stola parochi arrepta cinxerit collum, exclamans: Mi compater, mi amice, aliquem ne modum nosti, quo grauis illa sententia mutari queat, per preces, ieiunia, eleemosynas, uel alia pietatis officia? Tum Lisetta uidens ex uoto succedere institutum & fucū, uoce ait ficticia: Amice pauperior es, quàm ut qualia conueniunt euitandæ huic pœnitentiæ bona conferre ualeas. sed horum loco quadraginta inuisere templa, & in quolibet orationes fundere attentas oportet, quibus apud Deum offensarum remissionem impetres: alioqui

alioqui ordinationem cœlestem euasurus neutiquam. Hæc pœnitentia marito ea ratione imperabatur à Lisetta, ut propter templorum distantiam in ea peregrinatione, temporis satis furori spiritus extinguendo donaretur. Vt autem uoti compos minus impedire redderetur, spiritus uoce facticia sermonem prosequitur, cū homine exoptulans, quòd iniqua suspicione suū aggrauarit compatrem, uirum scilicet sanctum, cuius preces quoq; Deo apprimè forent gratæ: eo nomine uxoris curâ huic compatri esse commendandam, interea dum religionis ergò peregrè illū agere oporteret, studiose hortatus est. Miser hic Ioannes, à purgatorij pœnis se facile absolutum fuisse ratus, in genua ante parochū prouoluitur, ut ignoscat obsecrās. Remissione hæud grauatim exorata, ne deterius quid illi cōtingeret, religiosam ilico exequitur peregrinationem. Interim commissæ sibi Lisettæ qua potuit uigilantia fidelem nocte dieq; præstitit operam D. Mauricius, ut profligato hoc spiritu, alter eius loco successerit, cuius paulatim in uini infantis imaginē adolescentis, patrē se esse post absolutū pœnitentiæ tēpus, credebat maritus.

Accedit non inelegans ficti huius obsidij historia: Muliercula Bartholomæa nomine, quā in pago Vuell, præter morem sub missæ actione hymnus ille qui incipit, Gloria in excelsis Deo, Germanica lingua caneretur, mox uelut dæmonio correpta, in extasin conijci uidebatur, cū maxima hominū pturbatione: in eo tormento semper pdurās, donec absolueretur catio.

Aliud commentum.

Quum ad hunc actum aliquandiu conuiuere-
 tur, nec tamen desineret fœmella, tandem à pa-
 gi domina, Anna à Virmont, in arcem uocatur:
 quæ humaniter & amicè causam rogat, cur sub
 ea cantilena se ita uinci sineret, quum eadem
 essent uerba Germanica quæ Latina, absq; mu-
 tatione? eiq; hymnum Germanicum præ-
 legit, & uerba interpretatur, quibus nihil abso-
 num, nihil impium, aut quod ullam offensionis
 deberet dare causam, inesset. Iubet itaque eam
 forti esse animo, se iam eundem hymnum Ger-
 manicè cantaturam in cubiculo, præmonens:
 & si illa deijci se pateretur, adhibituram se reme-
 dium, quod pellendo eiusmodi dæmonio es-
 se cum primis usui didicisset, minitabatur. Ita
 mox in cantionis initio, muliercula loco prius
 obseruato, quo se prosternere uellet, in terram
 prouoluitur. cui haud mora uestitu prius leua-
 to, domina prudens & cordata matrona, simul
 cum filia Katarina Bilandia, præclare indolis
 fœmina, uirgas imprimit acres, eo quo decuit
 studio: illa interim retracta manibus ueste, earú
 conabatur arcere titillationem. Extremis enim
 morbis, teste Hippocrate, extrema exquisitè re
 media optima sunt. Hoc propinatum pharma-
 cum, contra huiusmodi dæmonis insultum exi-
 stere antidotum incomparabile, atque se à do-
 ctis uiris didicisse, mulierculę denuò persuadet
 domina. hortaturq; eam confidentiori esse ani-
 mo, neruum dæmonij hoc medicamento iam
 esse haud dubiè infractum: eamq; rursus conc-
 nere iubet, Sic dulci modulamine simul repeti-
 tur

1. Aphor. 6.

tur cantilena, finiturq; sine ullo commotionis indicio. Hoc comœdiæ actu à famulis ante ostium obseruato, feminam illi egressam arripiunt, unaq; hymnum alta uoce canunt: & consilium hoc fuisse exturbando huic satanæ ut certissimum, ita & saluberrimum, compertū est. Oportet autem habere delectū in usurpanda hac theriaca. non enim omnium oculis uno medendum est collyrio: solum eius generis dæmonio profligando præsentissimum citra ullam moram aut hæsitacionem erit alexipharmacum, quod hominem inuadit exercetq; pro ipsius energumeni uoluntate, arbitrio & libidine. Se ea ratione fuisse sanatam, à domina in arcem Vuel reuocata Bartholomæa, coram me confessa est. Hic qualemcūq; sortitus fuit effectum Canon 60, de his qui se simulant dæmoniacos, qui ita habet: Eos qui se dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum simulatè præ se ferunt, uisum est omnimodo puniri, & eiusmodi afflictionibus & laboribus eos subijci oportere, quibus hi qui à dæmone uerè correpti sunt, ut à dæmonis operatione liberentur, uerè subijciuntur. Se uidisse Romæ quendam nomine Iulium, narrat Rondeletius, qui catalepsi putabatur corripi, quoties illa Passionis uerba audiret, Consummatum est. Voluit autem probare, nū uerè corripiretur, an fingeret. Quum itaq; simul essent apud Alexandrum linguæ Hebraicæ professorem, & huius uxor fortè in alterius gratiam recitaret duo illa uerba, statim sacrificus hic exsta

Ioan. 19.

si uidebatur affligi: eoq; uiso, alter baculum adferri iussit, quo morbum profligaret: proinde haud mora ad se redijt. Auxit suspicionē, quòd quum eo malo afficeretur, prius undiquaq; spectaret, ubi suum tutò reponeret caput. Auditum postea est, illum ob hanc simulationem missum fuisse à Venetis in exilium, cum quadà meretrice, quæ simili morbo se prehendi simulabat.

Porrò figmentum non erat, sed catalepsis, à sanguine melancholico cerebri substantiam occupante, quam patiebatur puella in quodam pago non procul à Nemauso in Simeneis montibus. Hæc erat annorum uiginti quinque, nupta cuidam iuueni quem parum amabat: uixitque tantum dies octo cum eo, ubi hoc morbo ob animi ægritudinem corriperebatur. Quam ob causam in parentum ædes redijt, in quibus tamdiu à malo illæsa permanebat, quàm mariti obliuio duraret: recrudescerebatur uerò, quum de marito cogitaret, uel illius mentionem audiret: aut etiam quando ad illà insciam maritus fortè ueniret, priusquàm eam uel uideret uel audiret. Quòd si in uia aquæ hydriam gestaret, eam quandoq; deponebat, aliquot horas in eodem loco sedes uel decumbens, oculis & ore apertis, sine sensu & motu, nisi quòd uentris & costarum infernarum muscoli multum mouerentur.

De ijs qui ueneficium patiuntur.

Cap. 27.

CAeterùm si qui ueneno oblato, uel illito, *Veneficium infe-*
 uel eius uapore attracto, à ueneficis infe *cti.*
 eti sunt, iudiciũ esto penes medicos: qui hinc in-
 ter uenena (quorum uis cæca & delitescens ua-
 rio symptomatũ cruciatu fatigat) & inter mor-
 bos ex illis natos (quæ nõ tantũ manifestis qua-
 litatibus, sed totius etiam substantiæ dissidio,
 uitæ nostræ primordia demoliri constat) atque
 inter morbos alios uulgares, raros, occultos, na-
 turales tamen, secundum peculiare quorum-
 cunque notas, discernent. Siquidem uenenati, *Diascor. li. 6.*
 pro pharmaci hausti uel applicati qualitibus *in Proæmio.*
 apertis, uel occulta totius substantiæ proprie-
 tate, multifariam afficiuntur: ut stomachi, al-
 ui, intestinorum, iecoris, renum & uesicæ cru-
 ciatibus grauerentur, ut singultiant,
 erodantur, contremiscant, refrigerentur, obmu-
 tescant, conuellantur, pulsus difficilis fiat, ueter-
 nus premat, uertigo obuersetur, caligent sen-
 sus, sanguis erumpat: ut item strangulentur, siti
 aut febre confligentur, ægrè lotium reddant,
 torminibus uexentur, nausea premantur, cre-
 brò uomant, frequens animi deliquium ex ni-
 mia cordis angustia sentiant, dysenteria flac-
 cescant, rubescant, tabe putreant, liuore sug-
 gillantur, palleant, desipiant, stertant, uiri-
 bus deficient: imò ex tarantulæ morsu alij *Tarantule*
 perpetuò rident, alij plorant, alij clamitant, a- *morsus sym-*
 lij dormiunt, alij uigilijs afficiuntur, plerosque *ptomata &*
 uomitio. *curatio.*

uomitiones torquent, nonnulli saltant, sunt qui sudant, alij tremebundi fiunt, quidam pauonibus infestantur: alij alia patiuntur incommoda, & phreneticis, lymphaticis ac maniacis afsimulantur: & mirum, quòd auditis continuò musicis instrumētis tripudiantes, donec ueneni uis insensibiliter per cutis meatus & per sudorem discutiatur, liberentur.

Venena autem, eorūq; tam generalia quàm priuata indicia, præter reliquos, non minus diligenter & exactè, quàm etiam doctè, descripsit Dioscorides: nec segnem in eo opere explicando, exornandoq; præstitit operam, solertissimus simplicium inuestigator Matthiolus. Inter ea uerò quæ intrò assumuntur, multo præsentius ac atrocius, quàm quæ contactu, offendunt. At quæcunq; contactu lædunt, hebetiora, minusq; efficacia sunt: neque in solo spiritu uel in aere, uerùm in humore quodam promouente, uires sortiuntur. Porrò quod halitu ferit uenenum, omnium præsentissimum & efficacissimum est, nec humoris nec crassioris materia tanquam uehiculi indigum, ut in nos agat, commigretq;. Enimuerò tenuissimum quum sit, spiritu attractum, ocysimè per pulmones in cor, uiscus uitæ primarium, & in arterias propagatur, in uniuersum denique corpus prorepens: primumq; spiritus, deinde humores, postremò ipsam partium substantiam uitiat. Morbi, teste Hippocrate, qui à corporis membrorum ualidissimo proficiscuntur, grauissimi sunt: atq; si, ubi cœperunt, permanserint, necesse est ualidissi-

mo membrorum laborante, totum corpus affici. Interim meminisse oportet, ex putredine longius grassata, uel alia abditiore ex causa, uirus etiã in nobis prouenire gigniq; posse. Hanc quæstionem ueteres disputasse, docet Galenus: rationibusq; apertissimis collegisse, eosdem affectus fieri & à lethalis ueneni haustu, & à corruptione quæ à corpore scaturire potest.

Lib. 6. de Locis affect.

Huc pertinent eorum notæ, quos *φαρμακία* læsit: ubi scilicet philtra ad amorem ciendum porriguntur, esu haurienda, uel potu. Sic in uita Marci Antonij Plutarchus de eodẽ refert, quòd magicis carminibus & amatorijs poculis deuincta mēs, amissa libertate propria, in Cleopatrà uultu hærebat infixæ, longè redeūdi quàm uincendi cupidior.

Pecudes quandoq; uenenis tolli, sed ut plurimum peste. Cap. 28.

VENENO adhæc propinato, uel ita colloca-
to ut halitu lædat, iumenta perniciose affligi quandoq; inficiatur nemo: sed ea numerosa, sæpius ad internecionem grauisima proster-
ni peste his peculiari, homines non infestante, item præcipitibus alijs morbis in suo quæque
genere, partim hominibus quoque familiaribus, partim plerisq; pecoribus proprijs, subito
tollit, ab optimis agriculturæ & ueterinariæ artis uel mulomedicinæ scriptoribus tam ueteribus quàm recentioribus memorię proditum est:
qui tamẽ morbi à uulgaris ingenij hominibus, ne alios nominẽ, maleficia frequẽter creduntur.

Pecudum uenenatio.

Pestes animãtium.

Sæpenumero id contuemur, & superioribus annis contigiſſe meminimus, ut ſolos iugularit boues peſtilentia quædam. irrepit etiam, quæ ſues, & quæ oues, alia quæ gallinas interimat. Pecudes feras quæ tollentem pulchrè deſcribit Virgilius:

1. Georg. Hic quondam morbo cæli miſeranda coorta eſt
 Tempeſtas, totoq; autumnu incanduit æſtu,
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
 Corruptiq; lacus, infecit pabula tabo.

Discrimen uerò paulo antè expreſſerat:
 Quam multæ pecorum peſtes, nec ſingula morbi
 Corpora corripunt. —

Anno milleſimo quingentefimo quinquageſimo ſecundo, medicinam faciente in Lucenſiũ balneis collega meo D. Solenandro, narrabat Franciſcus de Pergula, eius loci Lucenſium nomine uicarius, ibi circa pagum Menabiã, ſupra balnea, in fine Maij, morbum quendam inuaſiſſe pecora tam peſtilentem, ut ſtatim correpta, tumefcentia cõciderent mortua: ruſticos uerò cum id animaduertiffent, quædam ſubito affecta, eueſtigio maſtaſſe: in quibus id erat obſeruatum, ut ſi horum infectorum ſanguis nudum cõtingeret hominis corpus, anthraces procrearet, qui (quod mirum uidebatur) non patefacti, erant innoxij: aperti autem, & conſeſtim cauterio non notati, latiſſimè ſerpebant, & aliquibus mortis erant cauſa. Caro pecorum recens læſorum & maſtatorum cocta, comeſtaq; , nihil inferebat incommodi, at ius carnis, lethale potanti deprehenſum eſt.

Peſtem

Pestem etiam pecorum, quemadmodum & frugum sterilitatem, interdum à diuina uoluntate ob populi flagitia prouenire, obseruatum esse est. Sic ob Pharaonis duritiam pestis grassatur in pecus, ulcera in homines & iumenta, grandio item in uniuersa Aegypto. Et Iohelis 1. Dissipata sunt horrea, disiectæ apothecæ, confusum est triticum, ingemuit animal, mugierunt greges armenti, quia non sunt pascua eis, sed & greges pecorum disperierunt. Et Aggæi 1. Ponite corda uestra super uias uestras, dicit Dominus. Seminaftis multum, & collegistis parum: comeditis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati. Et infrà: Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & intulistis in domû, & ego exufflaui illud Propter hoc, inquit, super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem: & terræ prohibitum est, ne daret germen suum: & uocaui siccitatem super terram, & super montes triticum, uinum, oleum, & quæcunq; progignit humus, & super homines iumenta, & omnem manuum uestrarum laborem. Et capite secundo: Percussi uos uento urente, & aurigine, atque omnia manuum uestrarum opera, & non fuit qui ad me conuerteretur. Item Leuit. 26: Si non feceritis mandata mea, dabo cœlum uobis desuper ferreum, & terram æneam, & consumetur incassum labor uester, immitamque in uos bestiam agri, quæ orbos uos faciet, atque exterminabit pecora uestra, & imminuet uos. Si aut in præceptis meis ambulaueritis, dabo uobis pluuias temporibus suis,

*Pestis pecorū
& frugum sterilitas accidit
sepe ob nostra
peccata.
Exod. 7.*

Dent. 32.

&

& terra gignet germē suum. Resipiscentibus ijs denuò, hæc ubertatis fit promissio, Ioelis 2. Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo, & dicit: Ecce ego mittam uobis frumentum, uinū & oleum, & replebimini in eis: & non dabo uos ultrà opprobriū in gentibus.

Eam autem rerum suarum iacturā impatienter quidam tolerantes, non cum Iobo eam Deo acceptam ferunt: uerū ad diuinos & ariolos, sacrificos, diabolicarum actionū patronos, quasi à Lamia, satanæ adminiculo, ad eam deuenierint stragem iumenta, confluūt: qui inde ementitis uotis, & quacunq; possunt fallaci persuasione, hos damno & incredulitate bis miseros homines, in maliciosa opinione semel cōcepta obfirmant: adhibita etiam non solum superstitiosa, sed & impia curatione, quam libro sequenti explicabo. ubi quoq; ostendetur, quòd stercore lupi in præsepibus posito, iumentorum maleficiū aliquando fingitur. At quo modo in animalium uentriculis ex pilis, iustæ quantitatis pilæ increuerint, paulo antè dictum est.

Matth. 8. Gadarenorū porci, satanæ maleficio adacti,

Marc. 5. in mare præcipites lati perierunt: ut Scriptura

Luc. 8.

In uita Hilarionis, eremi-

ta.

docet. Docuisse quoq; senem Hilarionem, tradit Hieronymus, diabolum hominum causa etiam iumenta corripere: & tanto eorum ardere odio, ut non solum ipsos, sed & ea quæ ipsorum essent, cuperet interire. atq; huius rei proposuisset exemplum, quòd antequam beatum Iobum tentare permetteretur, omnem eius substantiam interfecerat.

Iob. 1.

CVRATIO EORVM QVI LAMIA-
rum maleficio affici, uel dæmonis obsi-
dione subigi creduntur.

Liber IIII.

Vbi eadem opera, ob argumenti communionem,
curationes à maleficio diabolico non alienæ in-
terferuntur: & ligaturarum, characterum, annu-
lorum, periaptorum, & effigierum tam in sanan-
do, quàm in lædendo, siue claustris aperiendis,
siue furibus inuestigandis, uanitas
ostenditur.

De curatione præseruante ab hoc mali
genere. Cap. 1.



Curationis ratio hic partim erit
περὸ φιλανθρωπίας, exoptatissima medi-
cationis pars, ut è fascino & in-
cantationum ludibrijs quis præ-
seruetur: partim etiam *μὲν δὲ δυνάμει*, ut
ij quos iam maleficio collisos cre-
dimus, ritè legitimoq; restituantur ordine. atq;
erit illa aliquo modo communis, ex sacrarum li-
terarum fontibus deprõpta: non autem magica
uel superstitiosa, tantopere à multis desiderata,
excultaq;. Quum uerò, quicquid hætenus re-
rum monstrosarum in hanc relatum est histori-
am, diaboli sint artes, opera, ludificationes, lar-
uæ & spectra: contra hunc nos circumquaq; ua-
lidis aggeribus, præsidijsq; infallibilibus com-
muniri est operæ precium. Atqui spiritus quum
sit,

*Curatio ad-
uersus diabo-
li conatus præ-
seruans.*

fit, spirituali accingamur armatura: quam ex diuina Pauli exhortatione cognoscere, atq; uniuersis complecti neruis decet, qui ita hortatur:

Ephes. 6. Quod superest, fratres mei, sitis fortes per Dominum, perq; potentiam roboris illius. Induite totam Dei armaturam, ut aduersus diaboli assultus consistere possitis. Quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum

*Armatura
Dei.*

1. Theſal. 5.

seculi huius, aduersus spirituales astutias in cœlestibus. Quapropter assumite uniuersam Dei armaturam, ut possitis resistere in die malo, & omnibus peractis stare. State igitur lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, & induti thoracem iusticiæ, & calceati pedibus, ut parati sitis ad Euangelium pacis: super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Galeamq; salutariſ

*Gladius spiri
tus.*

ris accipite, & gladium spiritus, qui est uerbum Dei, in omni deprecatione & obsecratione, orantes in omni tempore, in spiritu, & ad

1. Pet. 5.

hoc ipsum uigilantes cum omni sedulitate. Petrus item fideliter admonet: Sobrii estote, uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quærens quæ

Ephes. 2.

deuoret. Cui resistite solidi in fide, scientes easdem afflictiones, uestræ quæ in mundo est fraternitati consummari. Hic enim agit in incredulis.

Lactant. de

orig. err. li 2.

cap. 16.

Rectè ergo Hermes Trismegistus tradit, unam & solam custodiam hominum à dæmonum astu, esse pietatem. Pium enim hominem

nec

nec dæmon malus, nec fatum tenet. Et quem-
admodum uera fides mirabilia aduersus diabo-
lum, eiusq; potentiam in credentibus opera-
tur: sic & falsa credulitas, Deo permittente,
euentus cooperante diabolo inauspicatos in-
terdum gignit, uel potius demeretur. Cum *Psal. 117.*
Dauide ergo confidenter dicamus: Dominus
mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi
homo.

Omniū itaque primum tanquam rei caput
desideratur, ut in uera doctrina & genuino Dei
cultu instituti, nos totos resignemus, trada-
musq; ipsius uoluntati, fide uiua & spe indubi-
tata, nos illi curæ esse, sub ipsius patrocínio &
tutela securos dēgere, ipsius primum gratia pro-
genitos esse, singulariq; nos consecretante miseri-
cordia seruari: uerè confisos, Christum in hoc
nobis natum, & filium nobis datum, qui pecca-
ta nostra super humeros suos in ligno pertulit:
& per potentiam Patris, à morte suscitatus, mor-
tem uicit, & satanæ imperiū demolitus est,
ut hic iam inde irrito conatu suas nobis machi-
netur insidias, si sepulti unā cum Christo per
baptismum in mortem, & peccatis mortui, in
nouitate uitæ ambulemus, iusticiæq; uiuamus. *Rom. 6.*
Si etenim Christo insiti, in illum atque Patrem *1. Petr. 1.*
eius credimus, illius mandata obseruamus, ue-
stigijs insistimus, abnegato dæmone, omni-
busq; eius consilijs. uniuersa deniq; impietate,
opera spiritus sectantes, fructusq; fidei eden-
tes, in charitate non ficta erga Deum & proxi-
mum, in mansuetudine, benignitate, lenitate,
temperantia,

*Esaiā 9.**Ioan. 3.**1. Petr. 1.**Rom. 6.**1. Petr. 1.**Galat. 5.*

temperantia, continentia, castitate, sensuum cōhibitione, constanti cuiuscunque aduersitatis, iacturæ & iniuriæ tolerantia, uitæ demum innocentia, puris manibus extensis orationi assiduę intenti, peccati inquinamentum ut ueneni pernicissimi perditissimiq; halitum, internecionis periculo repentè nos obijcientem, declinantes: maleficorum profectò minas haud difficulter cauebimus, uel negligemus, uel tolerabimus. Si uerò quis peccauerit, inquit Ioannes, aduocatum habemus apud Patrem, IESVM CHRISTVM iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et per hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si iussa illius obseruamus. Qui dicit, Noui eum, & præcepta eius non seruat, mendax est, & ueritas in eo nō est. Qui uerò seruat sermonem eius, uerè in hoc charitas Dei perfecta est. Per hoc scimus, quòd in ipso simus. Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Qui committit peccatum, ex diabolo est: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iusticiam, non est ex Deo: & qui non diligit fratrem suum. Hinc Paulus, in Christo IESV neq; circumcisionem, neque præputium ualere asserit: sed fidem, quæ per dilectionem operatur. cuius fidei loco nouam creaturam, sequenti capite ad Galatas, locat: & obseruationem mandatorum Dei, ad Corinthios, supponit.

*Galat 5.6.
1. Corinth. 7.*

Vnde satis liquet, de quâ hic fide loquar: quâ amplecti;

amplecti, cuiq; firmiter insistere oporteat. Non simplicem formulæ fidei præscriptæ enarrationem propono, quam & facile pronuntiaret diabolus: non etiam ore iactatam ab ijs quorum cor à Christo procul est, quæ consopita, mortua, sterilisq; delitescit, nusquam se prodens, uelut infœcunda arbor excindenda, igniq; mandanda: sed hanc urgeo, quæ totum innouat hominem, uirtute uiua se in Christi membris exrens, fructificans, efficax potentia Dei ad salutem habèti, sacra saluationis nostræ ancora, pro ra & puppis, petra contra quancunque satanæ tempestatem impetumq; immobilis: in qua quicquid superstruitur, inuiolatum perdurat, imò aduersus hanc ne quidem inferi portæ præualent.

*Matth. 3.**Vera fides.**Matth. 16.*

Augustini hic audiatur consilium: De ista to ta dæmonum ludificatione, ait, nos quid dicamus, qui hæc legent, fortassis expectant: quid Christiani agere debeant, quando inter idola gentium miracula fieri asseruntur. Et quid dicemus, nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod præceptum Propheticum ita spiritaliter intelligitur, ut de huius seculi ciuitate, quæ profectò & angelorum & hominum societas impiorum est, fidei passibus, quæ per dilectionem operatur, in Deum uiuum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hæc ima potestatem dæmonum maiorem uidemus, tanto tenacius mediatori est inhærendum, per quem de imis ad summa conscendimus. Hactenus ille. Cyprianus ad Fortunatum, de exhortatione martyrij:

*De Ciuitat.**De li. 18. ca.**18.**Hierem. 51.*

I Aduersarius,

Aduersarius, inquit, uetus est, & hostis antiquus, cum quo prælium gerimus. Sex millia annorū plenè complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Omnia iam genera tentandi, & artes atq; insidias deijciendi usu ipso uetustatis edidicit. Si imparatum Christi militem inuenit, si rudem, si non sollicitum ac toto corde uigilantem, circumuenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Si quis uerò Dominica præcepta custodiens, & fortiter Christo adhærens, contra eum steterit, uincatur necesse est: quia Christus, quem cōfitemur, inuictus est.

Huic fundamento firmiter insistentes, tantū abest ut ulla unquam ratione, satanæ artibus siue astutijs à uera in Deum uiuentem fiducia diuoueri possint, ut etiam uarijs ac multiplicibus illius conatibus & insultibus impetiti, exercitati, ac uelut aurum in fornace examinati, indices seipsis sanctiores iustioresq; euadant. Quare dæmonibus imbecillitatem in eos, quos diuina non destituisset gratia, exprobrare solet D. Antonius, in assiduis suis aduersus illos luctis: & eos expauescere uerè credentes, asserit Petrus apud Clementem. item iustissimo Dei iudicio, in huiusmodi cogitationum uanitate languentibus, labores & afflictiones pro remedio conferri, idem Clemens tradit, postea subiiciens: Dæmonem, nisi quis uoluntatibus eius se sponte subdiderit, potestatem aduersus hominem non habere, ut uincat scilicet. Vitæ igitur emendatione, & attentata assiduaq; oratione ad Christum confugiendum est, exemplo Chana-

næ

*Li. 4. Recog.
Dæmones ex
pauescunt uerè
credentes.*

neæ mulieris. Hæc, Chrysoftomo auctore, non *Matth 15.*
iuit ad diuinos, non quæsiuit ligaturas, non de-
fectionis reas mulieres: sed omnia reliquit ten-
tamenta diabolica, & uenit ad Iesum. Si enim
uolumus Deum sententiam mutare suam, no-
stram in meliorem mutemus uitam. Ritè hic
hortatur Iesus Sirach: Conuertere ad Domi- *Cap. 17.*
num, & relinque peccata tua: precare ante fa-
ciem Domini, & minue offendicula. Reuertere
ad Dominum, & auertere ab iniusticia tua, &
nimis odito execrationem, & cognosce iustici-
as & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis &
orationis altissimi Dei. Non demoreris in er-
rore impiorum. Nec minus piè quàm pruden-
ter, in tribulatione inimicorum consulit Iosa-
phat rex Iuda: Cum ignoramus quid agere de- *1. Paral. 20.*
beamus, hoc solum habemus residui, ut oculos
nostros dirigamus ad te Deus. Hic suum habe-
at locum Psalmus Dauidis 90:

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in prote-
ctione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino, susceptor meus es tu, & refu-
gium meum, Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse me liberabit de laqueo uenan-
tium, & à uerbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis
eius sperabis.

Scuto circundabit te ueritas eius, non time-
bis à timore nocturno.

A sagittâ uolante in die, à negocio perambu-
lante in tenebris, ab incurso & dæmonio meri-
diano, &c.

488 De præstigijs dæmonum

*Homil. 21. de
ornatu mulie
rum.*

Saluberrimum insuper aduersus dæmonum machinamenta consilium, in cōscripta hac præseruationis lege, subiūgam ex Chrysofostomo his uerbis: Sicut sine calceamentis uel uestimentis uestrūm nemo in forum descendere uellet, ita sine Dei uerbo nunquam in forum prodeas. sed quum es ianuæ uestibula transgressurus, hoc prius loquere uerbum: Abrenuncio tibi satana, & coniungor tibi Christe. Ne unquam absq; hac uoce exeas: hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Cum hoc uerbo & crucem in fronte imprime: sic enim non tantum homo obuius, uerūm nec ipse dæbolus te quicquam lædere poterit, cūm his te cernens armis ubique apparentem. Et hæc te ipsum iam hinc doce, ut cūm signum cēperis, sis miles paratus, & contra dæbolum trophæum erigens, iusticiæ coronam capias, quam nos assequi contingat | gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & sancto spiritui potestas & honor, nunc & semper, & in secula seculorum.

*Quomodo ab ecclesiarum pastoribus in male-
ficio curando seducatur popu-
lus. Cap. 2.*

AD huius fundamenti iacti perpendiculum, si recto filo superstruerent ecclesiarum pastores, obstructis quibuscunq; adulterinæ doctrine impietatisq; fenestris, saluberrima præcautione subditis prospectum consultumque foret contra dæmonis artes, præstigias & ludibria:

ludibria: quibus nō usque adeo tēmerē illaquearentur incauti, qaemadmodum quotidie cum animarum iactura usuuenire cernimus, nō modò pastorum (quorum intererat, munusq; postulabat præcauere) negligentia: sed & eorum instinctu, consilio, peruersa doctrina, fallaciq; operatione, qua imperitum uulgus in rebus afflictis, morbis subitis, longis, cognitis, incognitis, ex causa naturali uel præter naturam, mox ad inquisitionem illicitæ opis illectant. Imò eam sæpenumero ijdem promissa certa salute ostentare, uenalemq; prostituere non erubescunt: homines planè inepti, rudes & indocti, sacræ medicinæ (quam ne à limine quidem salutarūt) cognitionem nefandè mentientes (de ijs saltem hic loquor, non de uiris bonis, pietatisq; nomine spectatis) ut uel hac suspensa hederæ, ueluti specioso pallio actiones suas tegant fraudulentas: potissimùm quum professione sint uiri scilicet ecclesiastici, sacerdotes uel monachi, de quibus, ut gregis exemplaribus doctoribusq; in sinistram tantummodo impigisse suspicionem nefas ducitur.

Sed fortassis hanc artis quasi per manus traditæ prærogatiuam, iure sibi uendicant hæreditario hi magi: quòd Aegyptiorum sacerdotes (à quibus Pythagoras, Empedocles, Democritus & Plato magiam didicerunt) quo quisq; remedio sanitati restitutus esset, id simul conscriptū, Memphis in Hephæstio, Vulcani & Isidis sacratio, deponebant: quemadmodum & Græcorū sacerdotes magiq; antistites, suas obseruationes

Quidā pastores ecclesiarū magi.

Galen. lib. 5. de comp. med. sec. gen. & li. 6. Epidem. Herod. li. 1.

in adytis templorum Apollinis & Aesculapij in Pergamo etiam repositas custodiebant, quas uelut Aesculapij oraculo edocti sacerdotes, ægrotis communicabant, à quibus summa cum fiducia eæ acceptari solent. Sancta extat in horum impudentiam, eximij Hippocratis, quam religione ethnici, sententia: qua non argutè tantum, sed & piè hos redarguit, & impietatis insinulat: Qui, inquit, lustrationibus & magicis incantamentis morborum affectiones depellere se iactant, hi uictus indigi, uerba eorum ad dæmonium referunt, ut quiddam se amplius scire uulgo ostentent, & homines decipiant. Expiant enim morbo correptos, sanguine & sceleribus inquinatos, iniustos & intoxicatos, ac expiamenta alia sub terram defodiunt, alia in mare projiciunt: alia ad montes desertos, ne quis ea contrectet, asportat. At Deus, ait, qui maxima & sceleratissima peccata purgat, nostra est liberatio.

*De morbo sa-
cro.*

*Pontifices Ro-
mani pleriq;
infames ma-
gi.*

Nec eò impudentiæ illos arbitror dilapsuros in liberioris incantationum usus defensionem, ut mihi obtrudere audeant, plerosq; Romanos pontifices magiã infamè edoctos, eam quæstuo se uoluptuarièq; exercuisse: cuiusmodi erat Syluester secundus, qui (teste Platina & Naucero) eo artificio pontificatum adeptus est: quem admodum & anno 1032, Benedictus nonus, antè Theophylactus dictus, postea ab maleficia Maledictus nuncupatus: item Ioannes uicesimus, & Ioanes uicesimus primus (authore Bennone Cardinale) qui Laurentio, Ioanne Gratia

no & Hildebrando, cardinalibus, incantamentorum conscijs, ut & Malfitano & Gerardo Brazuto familiariter usi traduntur. Nā à Syluestre secundo ad Gregorium septimum, magum eximium (qui, ut Benno refert, quando uolebat, manicas discutiebat suas, unde ignis in scintillarū modum dissilijt, ijs miraculis uelut sanctitatis signo simplicium oculos ludificās) omnes pontifices fuisse incantatores, scribitur in eorū Vitis: ubi eos farinæ exempla execrabilia, quibus mulieres in amorem pellicerent, dæmonum sacrificijs in syluis & montibus dediti, leguntur: quæ silentio sepeliri malui, ne hominum in eo dignitatis fastigio collocatorum flagitia ueneficiaq; commemorasse, in reprehensionem rapiatur. Licet etiam pauci tales fortassis extiterent, maiorem tamen numerum à malis artibus fuisse liberum, nulli in dubium uenit. Non est itaq; quòd hoc pallio se tegant, aut aliud prætexant li nostri recentiores malefici. Hoc tamē deplorandum, quòd nusquam ullum genus hominū comperies tam iniquum, impunitumq;, atque horū plerosq;, qui ubi in aliqua calamitate corporis uel animæ, rebus perditis, uel quacunque alia aduersitate, in consilium à simplicioribus uocantur, neutiquam eos admonēt, hæc à Deo uel imitti, uel permitti, ut tanquā in igne probentur: & propterea ad Deum unicum afflictorum patronū confugiendū, ac diuina & à Deo in nostrū usum iusto ordine instituta auxilia rite inquirenda: uerūm impietatis incredulitatisq; uia sternūt, ore impudentissimo ac mēdacissi-

1. Petr. 4.

mo ad maleficium uel incantationem uicinę alicuius matronę, quicquid id est mali referentes, fictasq; quasdam notas, quibus mali genitrix dignoscatur, insinuantes, nę sacrilegi perditionis authores. Odij certę plusquam Vatiniani seminarium hoc, frequenter inter proximos quosque uti pestilentissimum, ita & duratissimum, ut non modò integrę uicinę admodum antea pacatę, hac arte grauib; cõturbentur dissidijs, cædibusq; diuexentur, sed & pagorum atque urbium auita societate unitarum compages disrumpantur, ac inusta familijs calumniarum stigmata in longam propagentur posteritatem. Eius sectę noui sacrificum, qui (designatum numerum exprimere propemodum pudet) trecentas sagas in oppido minus amplo aut populoso, ubi iam dego, quod fortę ingrediebatur ille, aliàs ipsi incognitum, commorari, mendaciter fingere non erubuit.

Quemadmodum ea ratione satanę regnum accrescit, confirmaturq; : ita Christo summa it contumelia, iniuriaq;, ac eius Ecclesię immedicabilia infliguntur uulnera ab illis, quorum studio ex professo sanari eam fauciam luxatamq; magis decuit. De eius familię hominibus manifestò Paulus, ueluti digito commonstrans,

1. Timoth. 4.

suo uaticinatur Timotheo in hæc uerba: Spiritus certò loquitur, quòd in posterioribus temporibus desciscant quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, cauterò notatam habentium conscientiam, prohiben-

tium

tium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad fumentum cum gratiarum actione fidelibus, &c. Rectissimè igitur à Basilio scribitur: Qui incantorem audit, illumq; obseruat, quacunq; pressus est necessitate, tametsi uerbo dicat in Deū se fidere, re tamen ipsa ex futilibus uanisq; rebus auxilium sibi asciscit. nam iusto uerū auxilium Deus est.

Quibus rebus in demoniaci mali curatione decipiant magi ecclesiastici.

Cap. 3.

PRæter mendacem illam persuasionē, qua *Sacrilegi huius seculi ma-*
 uulgo nimis credulo hi malefici imponūt, *2i.*
 ut aliquid scire præter doctorum hominum cognitionem in hoc inscitæ theatro illi *ἀναγκάβου-
 ροι*, imperiti & impij uenditent, suis hinc inde emendicatis blasphemis exorcisimis, se mendaciorum unicum authorem in speculo uel urnæ aqua, incantationis conscij imaginem præ se ferentem cogere, qui rei ueritatem tanquam irrefutabilis testis detegat, profitentur: nec minus blasphemiarum, multifarijs crucibus sæpenu-mero scelerata manu consignatis ornatarum, inter miserorum hominum curatione effundere audent, mente reprobī: cum Ianne & Mambre olim pœnas daturi, nisi maturè resipiscant.

Hic suam fortitur uim aqua extra primā Dei consecrationem benedicta, uel sæpius inspersa, uel propinata: sal item exorcismo expiatus, cereæ Paschalis eadem ui consecratæ particula,

uel eiusdem thus, candelarum in die Purificationis contra pauidum (si dijs placet) dæmonem lustratarum incensus, ramorum & frondium in die Palmarum sacrorum, item herbarum in ferijs D. Ioannis Baptistæ ante ædes suspenfarū, uel in solennitate assumptionis D. Virginis in templo aspergine lustralis aquæ solenni, ex more, uirtute ex alto aduersus satanæ potentiam maiore, quàm in prima Dei creatione indutarum suffumigia, & nescio quæ non eiusdem religionis ostenta, quibus in admirationem imprudentes illiciant, stuporemq; incutiant.

Scribit in hanc sententiam Martinus de Arles, Theologiæ professor: Multi eius sunt sententiæ, ut quando campanæ ipso die D. Ioannis, uel pridie D. Agathæ pulsantur, non solum profligare Lemures, sed & Lamias, ne hinc inde uehiqueant, aut etiam nocere, credant. Idem in eodem tractatu: Quòd præstigijs & pythones & necromantici sunt isti, ad quos quotidie populus stultus & insipiens concurrat, ut futura cognoscat, uel perdita restituantur: quibus fiunt, ut uulgò fertur, dæmonum apparitiones in uirtris uel annulis, ubi ueniunt inuocati ad uocata prædicenda, uel ablata manifestanda: & ut dicitur, isti arioli semper miscere conantur sacra inter suas superstitiones: ut qui ad eos concurrunt, simplices hi attestantur. Nam & infelices ipsi eodem die quo similia nefanda perpetrare non uerentur, sacrificium eucharistiæ celebrare infelicitè audèt. quod Magister Ioannes Nider in suo præceptorio ostendit, dicens: Malefici in-

Tract. de superstit. num.
8.9 & 14.

ei instrumenta suæ maliciæ per Ecclesiæ sacramenta, uel per alia diuina contingi uolunt: ut si lum trahendo per chrisina sanctum, imaginem terream sub pala altaris ad tempus ponendo, & similia faciendo. Nam eucharistiæ sacramento (ut fertur) utitur in suis maleficijs, & plurima talia committunt, immiscentes res sanctas suis superstitionibus. Sed ex instinctu dæmonis ista fiunt triplici de causa, ut recitat idem doctor. Primò, ut non solum homines talium occasione perfidi fiant, sed etiam sacrilegi, diuina quantum in eis est contaminando, ut magis creatorem suum offendant, & intimius animas proprias contaminent, & plures in peccata ruere faciant. Secūdò, ut Deus grauer ab hominibus offensus, secundum beati Augustini sententiã, dæmoni maiorem potestatem in hominibus malis tribuat: cui Deus concedit iratus, quod denegaret propitius. Tertiò, ut sic sub specie boni apparentis, plures simplices facilius decipiant, qui tacta diuinis rebus & orationibus à Deo putant aliquid numinis obtinuisse, ubi solum grauiora erant commissa peccata. Hæc ille. In alijs autem superstitionibus, quæ fiunt ab istis ruralibus, etsi dæmones non expressè inuocentur, interserunt tamen se actibus & superstitionibus, ut hominum decipiantur mentes. Hactenus theologus ille. Et 2. q. 8. Episcopi à diabolo captiui tenentur, qui relicto Creatore, à diabolo auxilium quærunt. Et post: Attende ubi maleficium occulto Dei iudicio permittitur, non ad magos & necromanticos

ticos & sortilegos est recurrendum pro solutio-
 ne & remedio, ut hac nostra tēpestate ad quos-
 dam nefandos sacerdotes falsim isti uulgares
 concurrere non uerentur: sed ad Deum, per hu-
 milem confesionem & deuotam orationem:
 ut habetur 33. q. 1. cap. ultimo. Nec facienda ma-
 la, ut eueniant bona. Plura ibidem. Idem po-
 stea: Quare autem ad prædictos necromanti-
 cos sacrilegos & diuinos nullus debet concur-
 rere, ultra hæc quod peccant mortaliter, & par-
 ticipes efficiuntur culpæ & damnationis ipso-
 rum, ratio est: quia ipsi, etsi Deo permittente, a-
 liquando uera dicunt: eorum tamen testimo-
 nio non est utendū, quia sæpius fallunt & men-
 tiuntur. Patet, quoniam in spiritu ueritatis, fal-
 sitas non est: in spiritu autem mendacij, pluri-
 mæ quoq; sunt ueritates, ut unica latente falsi-
 tate decipiat, ut dicit Gerson de Probatione spi-
 rituum: Hac ratione, inquit, prohibuerunt à
 testimonio ueritatis, quam fatebatur, Christus
 dæmoniacos, & Paulus Pythonissam. Hic Au-
 gustinus: Fratres, ait, nostis me supplicasse fre-
 quentius, ut consuetudines paganorum & ma-
 leficorum minimè seruare deberetis, &c. ergo
 apud Deum me absoluo, dum iterum atq; iterū
 admoneo & contestor, ut nullus ex uobis diui-
 natores aut sortilegos requirat, nec eos de qua-
 libet re aut causa aut infirmitate interroget.
 Nam qui ad hos consultum accedunt, eos fi-
 dem abnegare, probant Theologi ex Augusti-
 no, 27. q. 7. non obseruabitis. ubi enumeratis
 multis superstitionibus sic concludit: Qui hęc

Act. 16.
In Sermone
de augurijs.

& quascunq; obseruationes aut facta aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruãtibus, aut talibus credit, aut ad domum eorum uadit, aut in domum suam introducit, aut inter rogat, sciat se fidem Christianam aut baptismũ præuaricasse: & ut paganum & apostatam & Dei inimicum, iram Dei inæternũ grauiter incurrere: nisi Ecclesiastica pœnitentia emendatus, Deo reconcilietur.

Sacræ scripturæ & nominum Dei abusus execrabilis, in curationibus morborum magicis. Cap. 4.

HUc, ut *ἰμπίσα* suis fucata coloribus, multorum demereatur animos, atq; in sui amore emendicato lenocinio, alios cautè illiciat, uerba Scripturæ sacræ pura, uel instituto immixta, item Dei nomina, uelint nolint, cõtorentur: uerũ quàm conuenienter, iudicent illi, qui penitius mysticũ Dei uerbũ, eius essentiam ac uiuam uim intelligunt. Sed hunc uerbi Dei abusum prorsus detestabilem esse, & hanc sacratissimi Dei nominis prophanationem, scelus horribile dicendam esse meritò, fateamur necesse est. Nec profectò mendaciũ auditur impudentius, atq; in Deum cõtumeliosius, quàm ex prolata Scripturę sententia, aut nomine Dei pronunciato, cõtã designatum à Deo Scripturæ ordinem, & sacratissimi nominis usum, in rebus quibuscunq; uel ludicris uel serijs, aut contra morbos, nouam exilire uim effectricẽ, qua id obtineamus quod proposuimus. Cuiusmodi

498 De præstigijs dæmonum

iufinodi hæc facrofancta de Chrifti ofſibus à Idæis non confringendis exiſtit prophetia: Os non comminuetis ex eo. Si quis hæc uerba proferens, dentes contingat, dum Miſſa peragitur, dentium dolorem ſedari credunt. Alius ante febris acceſſionem manus cum ægroto lauat, ſecretò ad febris ſanationem pſalmum illum enarrans, Exaltabo te Deus meus rex. Eſt qui laborantis prehena manu dicat: Aequè facilis tibi febris hæc ſit, atque Mariæ uirgini, Chrifti partus. Vt uinum eo anno non peruertatur, ualiſi inſcribit Aphricanus: Guſtate & uidete, quòd bonus eſt Dominus. Sunt qui ad ſanguinem reſtringendum accipiunt aquæ frigidæ cyathum, cui inſtillant profluentis ſanguinis guttas tres, & inter unamquamque legunt orationem Dominicam, & angelicam ſalutationem. hinc patienti propinant, rogando, Quis te iuuabit? Reſpondetur: Sancta Maria. Tum ſubditur: Sacta Maria huc fluentè ſanguinè firma. Inſcribunt alij laboratis fronti ſanguine effuſo, Conſummaru eſt. Sūt qui in ſanguine ſiſtendo hæc recitat: Sanguis mane in te, ſicut fecit Chriſtus in ſe: Sanguis mane in tua uena, ſicut Chriſtus in ſua pœna: Sanguis mane fixus, ſicut Chriſtus quando fuit crucifixus: Ter repete. Aliud, De latere eius exiuit ſanguis & aqua. Item, ex quacunque corporis parte profluentem ſanguinem cohibere nituntur his uerbis: Chriſtus natus eſt in Bethlehem, & paſſus in Hieruſalem, ſanguis illi turbatus eſt: dico tibi per Dei uirtutem, & omnium ſanctorum auxiliū, ut conſiſtas, quem admodum

Exod. 12.

Ioan. 19.

*Contra denti
um dolorem.*

*Aduerſus fe
brem.*

Pſal. 144.

*Ne uinum in
uertatur.*

Pſal. 33.

*Cardanus de
Subi. lib. 18.*

*Ad ſangui-
nem ſiſtendū.*

Ioan. 19.

admodum Iordanus, in quo sanctus Iohannes Dominum nostrum Iesum Christum baptizabat, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Tene innominatum digitum in uulnere, & fac cum eo tres cruces super uulnus, dic quinquies Pater noster & Aue Maria, & semel Symbolum in sanctorum quinque uulnerum honorem. Hic in signis philosophus Iulius Scaliger ad Cardanum scribit: Declarasti præcantantis fidem magnopere conferre ad efficaciam præcantationis, in tuis Antilogijs: exire à fascinatricis animo facultatem, atque aerem immutare, cuius corruptione ueneficæ spei finē illa cōsequatur. Quòd si uerba tua sanguinē sistunt ex incisa uena profluentem, nulla cum eorū robore magnetis potentia comparari mereatur. Haud minor, propè dixerim, impietas in alia ratione.

*De Subtilis
exerc. 112.*

Chrysostronus ad seductos ligaturis & incantamentis ob immixtum Dei nomen: Non ligaturas (inquit) tantum, sed etiam excantamenta tibi conducis, uetulas ebrias & titubantes domum ducens. Nec confunderis, nec erubescis, post tantam ad hæc trepidans disciplinam. & quòd grauius est errore, quando hæc admoneamus & dissuademus, putâtes se excusari, dicunt: Christianam esse hanc mulierem excantantem, nihilquē aliud loqui quàm Dei nomen. Propterea enim magis eam odi & auersare, quòd Dei nomine ad contumeliâ utitur, dum se dicens esse Christianam, gentilium opera facit: etenim & dæmones Dei nomen fatebantur, sed tamen erant dæmones, Christoquē ita loquebatur: Non uimus

*Homil. 21. de
mulier. orna-
tu.*

Luce. 4.

uimus te, quoniam es sanctus Dei. & tamen ipsos increpauit, & eiecit. Propterea obnixè oro, ut uos ab hac fallacia puros conseruetis: & tanquam baculum, Dei uerbum habeatis.

Vidi haud ita pridem apud magnæ auctoritatis uirum nobilem, librum conscriptum execrabilem, flammis dignissimum, plenum exorcismis, frequenti crucis consignatione, & ex sancta Scriptura formulis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti finitis, contra equorum non modò morbos quoslibet, sed & quæcunq; eorum impedimenta: ut si uel calceus equo ferreus in itinere excidisset, statim precatione eius modi recitata, illæsus ungula ad stabulum progredi crederetur, etiam longissimè dissitum. Carminibus equos apud Nigritas etiam strenuiores & in bello tutiores reddi, docet Aloysius Cadamustus. Interim scelera hæc & blasphemix exterminandæ suos habent & admiratores, & cultores: & à quibus impunè exercètur, noui. Atqui uix hæc merentur ut Cabalistarum commentis asimilentur, qui decem Dei ueri nominibus, & angelorum, quorum in sacris Biblijs fit mentio, ea quæ magnificè pollicentur (quemadmodum & illi nefandæ impietatis patroni diabolo operante, & Deo ob præfractam eorū incredulitatem coniuente, plerunq; conficiunt) peragere se asseuerant. Horum Cabala ligaturis & nefarijs magiæ nugis scætet, scætetq;: de quibus etiam librum conscripsit Costa ben Luca apud Hebræos. Verè hic Clemès ait: Usq; ad hoc res deniq; accessit, ut cum uerbo Dei fugentur

*In Nauigat.
cap. 32.*

Li. 3. Recog.

gentur dæmones, per quod esse prouidentiam declaratur, inuenerit ars magica ad infidelitatem confirmandam, quomodo etiam hoc ex contrarijs imitetur. Sic serpentum uenena mitigare carminibus inuentum, & uerbo ac potestati Dei contrarias inducere sanitates. Angelis quoque Dei contraria reperit ars magica ministeria, animarum suscitationes, contra hæc & figmenta dæmonum ponens.

*Serpentes à
Nigro in sacra
nari. scribit
Magisus Cæ
damusius in
navigat. cap.
28.*

*Magici modi furis inuestigandi, lædendæ sage, &
maleficij amoliendi, cum blasphemo diuini
nominis & sacre scripturæ abu-
su. Cap 5.*

NON alienum ab hoc argumento modum inuestigandi furis interferam, quæ sic experiendum quidam præscribunt. Conuersus ad Orientem, in crystallo crucem facito cum oleo oliuæ: & sub cruce scribatur, Sancta Helena. Inde puer castus, ex legitimo toro natus, annorum decem uel circiter, capiat manu dextra crystalum. à cuius tergo tu genibus flexis prouolutus, ter summa cum ueneratione hæc recitabis orationem: Deprecor te domina sancta Helena, mater regis Constantini, quæ crucem Domini nostri Iesu Christi inuenisti, per illam sanctissimam deuotionem & inuentionem crucis, & per illam sanctissimam crucem, per illud gaudium quod habuisti, quando illam sanctissimam crucem inuenisti & per illam dilectionem quam erga filiū tuum regē Constantinum habuisti, & per illa summa bona quib. frue

*Inuestigandi
furi modus
demoniacus.*

ris perpetuò, ut commonstres in hoc crystallo quicquid peto & scire cupio, Amen. Et cum angelum in crystallo uidebit puer, rogabis quæcunque uolueris, & respondebit angelus. Hoc autem facies in solis ortu, cum iam emerferit, & aer serenus clarusque extiterit.

*Lib. 16. ca. 93.
de rerum natura.*

Irridere eiusmodi commenta (inquit Cardanus) semper consueueram, quanquam hoc ipsum experimentum à multis probaretur, habeturque secreti loco. Verùm contigit, ut puer quidam contubernalis ac sciolus affirmaret, se uidisse in phialæ collo furem, de quo interrogabatur, qui in innum descēdisset, nec amplius apparuisse, idemque alios duos spectasse: in aduentu item ipsius quasi fulgur illuxisse, ac manum capiti imaginem admouisse, capitiumque antè retraxisse. Erat autem phiala uitrea, nitidaque, aqua sacrata plena, in linteo expiato collocata: linteum uerò erat instratū scamno, tres candelæ cereæ accensæ & lustratæ. Super os phialæ duo oliuæ folia, transuersè in crucis formam imposita. Perbreuis accedebat coniuratio: Angele sancte, angele candidè, per tuam sanctitatem, meamque uirginitatem, ostende mihi furem. & hæc super os phialæ obmurmurant: prius uerò precationem Dominicam, & salutationem Angelicam, singuligenibus flexis proferunt ter, ac singulis uicibus pollicis ungue, crucem super phiala signat. Soli astant in obscuro. Videbant integrum hominem, pallium habentē, capite pronò, caluum, ascendentem descendentemque in phialæ collo,

non a-

non aliter quam solent atomi in sole. Visus est autem ferme ad octauam horæ partem. Totum hoc spectaculum ad tres horas perdurauit : nihilominus , ut author rei ait , fur non est deprehensus , neque inuenti calices duo argentei, qui perierant. Referunt, eum qui sustulit, si ritè hæc peragantur, aliquid pati, dum peraguntur. Hæc dum ille narraret, experiundi talia incessit cupido, adfuitque occasio. Mulier quædam contubernalis desiderio uidendi quædam capta, aduocat aliam mulierem admodum eiuscemodi rerum peritam : adornant sacrificium, tres puellæ (ut referebant ipsæ) uiderunt multa : ego tunc temporis aberam. Denuò mulierem aduoco, paratur sacrificium: folia oliuæ non intererant, nulla precatio Dominica, nulla salutatio Angelica, sed tentorium solum undique concludum aditur. Adest & ipsa femina, quæ non solum uidebat, sed & puellæ: non in phialæ collo, sed in cono illo qui super eius fundo consistit: non in aqua, sed uitro: non perfectas imagines, sed quasi partem solum superiorem: non magnas effigies, sed non minores minimi digiti ungue: non descendentes è superiore parte, sed ex imo quasi coni uacuo ascendentes, uidere se referebāt puellæ, puerq; ille de quo iã antea dictum est, qui & fratrem tunc in Hispanijs degentem cōspicere se assererat, puellæ alios sibi cognatos; mira res, seu fabula. Cum ab initio filiū magæ cernerent (is erat puer & monachus) illiusq; aspectu delectarētur, rogabant eam ut dimitteret : negauit se facturam, quod

interim ipsius filius torqueretur. Referebat aliquando Iosephus Niger, harum rerum maxime peritus; dæmonem pueris se sub forma Christi ostendisse, petijſſeque ut adoraretur: quod cum polliceretur quidam se facturum ea conditione, si dæmon eius cogitationes aperiret: inde iratus hic euanuit. Spectabant præterea in phialæ collo quid rubens, quod quasi in extrema erat aquæ superficie (nam phialæ aqua tantum ad collum uique, aut paulo altius conſurgebat) hoc ſaga angelum, cum in nauicula textoria in manu, eſſe dicebat: puellæ illius faciem in uacuo ſe uidere aiebant, tanquam pueruli; puer, ſolum brachium cum nauicula. Hic, ut referebant, perpetuò circumfertur ac uideatur: nam reliquæ imagines ſtatim abeunt. unde anus illa imperare uidebatur, ut pueris ludimagiſtri, unamque imaginem ſtatim poſt aliam euocare. Cumque ipſa alijs commonſtraret, ſciſcitatus ſum, quo modo ipſa quæ iam filios quinque pepererat, ſpectaret quæ ego non uiderem? ſe facturam reſpondit ut conſpicerem: uerum opus eſſe feſto D. Ioannis Baptiſtæ, aut Natalis Domini, ait. Iam in foribus erat id feſtum, accedo media nocte, docet arcana: ea erant ſex uerba, quæ multiplici ſenſu explicari poterant, ſed (meo iudicio) in Chriſti contemptum potius maximum, quam gloriã. uelut, Ieſus tranſit, ſignificare poteſt quòd moriatur, & tranſeat per uiam, & quòd finẽ habeat: qui ſenſus uidetur uerior eſſe, cum ſubijciat, Ego ſum. deinde, Angele ſancte, & reliqua. Deprehendi
meras

meras esse fabulas, nec quicquam illá scire præter nugas. Cum enim bullas in aquæ margine excitasset nescio qua arte: ut margaritæ mihi uiderentur, uolebat. Forsitan constanti illa sua intrepidaque opinione puerulos, alioqui faciles, in suam trahit sententiam: atque ita se uidere fatentur, quæ minimè uident. Etenim puellas, de quibus dixi, tandem eò adégi, ut nihil se uidisse faterentur: cum multæ, ne uideantur corruptæ, se uidere simulent. Huc usq; Cardanus.

Vt in hoc actû blasphemus nominis Dei & sacrarum literarum abusus euidentius innotescat, exempla prodendi furis uel sagæ, ex sacrifici libro clam à me subtracta, annectam.

Accede fluentem aquam: inde collectos tot numero lapillos, quot sunt de quibus furtum commissum suspicaris, domum confer, & ignescant: hinc sub limine sepeliantur, per quod ingredi consueuerunt homines, & triduum relinquuntur: postea ante solis ortum eximantur: deinde scutella cum aqua imponatur circulo, transversa obliquaque mixtim cruce insignito, cui inscriptum est, Christus uincit, Christus regnat, Christus imperat. Scutella adhæc cruce signata, & formula cõiurationis per Christi passionem, mortem & resurrectionem adhibita (quam propter impiè curiosos celo) in aquam singuli lapilli in cuiusque suspecti nomine conijciantur: & ubi ad rei lapillû fuerit uentû, tum calculus tanquã ignitû ferrum, feruorẽ cõcitat. Vt in fontem grauet, fraudetq; eiusmodi fingere ebullitionem, diabolo non est difficile.

Vt fur deprehendatur.

*Quomodo fu-
ri oculus ex-
cutitur.*

Ex oculo excussio sic fur cognoscetur. Pri-
mum leguntur septem Psalmi, cum Letania: de-
inde formidabilis subsequitur oratio ad Deum
patrem & Christum, item exorcismus in furem.
hinc in medio ad oculi similitudinem uestigio,
figuræ circularis nominibus barbaris notatæ,
figitur clauus æneus triangularis, cõditionibus
certis cõsecratus, incutiturque malleo cypres-
sino, & dicitur: Iustus es Domine, & iusta iudi-
cia tua. Tum fur ex clamore prodetur.

Psal. 118.

*Impius mo-
dus lædendi fu-
ri, saga &
vinitur.*

Si furem, sagam, inimicum secus lædere
uoles, & malum tolli: ante solis exortum, die
sabbathi, ramum auellanæ anniculum abscin-
des, sic dicens: Ego te ramum huius æstatis
refeco, in illius nomine, quem cedere aut mu-
tilare institui. Inde in mensa sternatur tegu-
mentum, additis his uerbis: † in nomine Pa-
tris † & Filij † & Spiritus sancti †. ter hæc &
sequentia recitentur, & incute, droch, myr-
roch esenaroth † betu † baroch † ass † maa-
roth. postea dic: Sancta trinitas puni hunc qui
id mali designarit, atq; hoc aufer per magnâ iu-
sticiam tuam, † eson elion † emaris ales ege: in
tegmentum incute.

*De sacrilego, itemq; genuino uerbi Dei usu,
& impio sanandi maleficii modo.*

Cap. 6.

PORRò, quòd nam sacrilegium grauius exi-
stimaueris, quàm omni propriæ salutis me-
moriam pertinaciter excussa, tam sceleratè uene-
rabili Dei nomine abuti, & sacrosancto eius uer-
bo uim

bo uim inferre, & rapere intorquereque ad dæ-
 monij præstigias in Dei contumeliam tegēdas,
 quod ex arcano Patris æterni sinu humani ge-
 neris amore uictus Dei filius C H R I S T V S *Verbi Dei ge-
 ninitus usus.*
 I E S V S deprompsit, promulgauitq; miserorū
 & perditorum hominum caula: ut hi cum es-
 sent lapsu primorum parentum à Deo separati,
 omniq; gratia excidissent, ex hoc se in gratiam
 repositos discerēt, haberentq; certa & expressa
 diuinę erga se uoluntatis testimonia, quibus se
 in ueris animorum consternationibus, & an-
 cipitibus distractorum sensuum fluctibus erige-
 rent & erudirent: ut prolixius docet Peucerus
 in suo de Diuinationibus commentario.

De genuino sacrę Scripturę usu sic Timo-
 theo scribit Paulus: Omnis Scriptura diuini-
 tūs inspirata, est utilis ad doctrinam, ad redar-
 gutionem, ad correctionem, ad institutionem, *2. Tim. 3.*
 quę est in iusticia, ut integer sit Dei homo, ad
 omne opus bonum apparatus. Item Romanis: *Rom. 1.*
 Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni
 credenti. Ad Hebræos 4. Viuus est sermo Dei,
 & efficax, & penetratior quouis gladio utrinq;
 incidente, ac pertingens usque ad diuisionem
 animę & spiritus, compagumque & medullo-
 rum, & discretor cogitationum & intentionum
 cordis. Ad hos usus, nimirum ad renouandam
 hominum corruptam naturam, traditum est
 Dei uerbum. Hęc præstat fide apprehensum in
 cordibus credentiū, cooperante Spiritu sancto,
 qui per uerbū efficax est: non, ut mentitur dia-
 bolus, à sceleratis & impijs ipsius ministris ore

solam prolata, alias exerit uires, quàm quò de-
 stinatum ab initio fuit. Cumq; pronunciet Dei
 lex: Non assumes nomen Domini Dei tui in
 uanum: nõ enim infontem habebit Deus, eum
 qui assumpfletit nomẽ Domini Dei sui inuanũ:
 certissimum est, & irrefragabiliter uerũ, eos o-
 mnes qui eiusmodi incantationum Scripturæ
 sanctæ uero uelatarũ, ritibus & modis utuntur,
 atrocissimas manere pœnas. Quare si quis esse-
 ctus sub horũ uerborũ pallio, uel uerè uel fasci-
 no uideatur cõsequi, dæmonis esse opus ne du-
 bites. Nihil aut accedit, aut decedit uirtuti uer-
 borum, ab impijs his hominib; pronunciatorũ.
 Confirmat hæc Augustinus, dicens: Verum est,
 fratres charissimi, quia permittit hoc Deus dia-
 bolo, ad probãdum Christianum: ut cum inter-
 dum per illa sacrilegia, aliqua remedia, in illa in-
 firmitate percipere, & aliquid uerum potuerint
 agnoscere, facilius diabolo credant. Sed qui to-
 tam religionem Christianam desiderat custodi-
 re, oportet ut hæc omnia tota animi uirtute
 contemnat.

Memorandum fallacis etrationis maleficij
 dæmoniaci, cum certa benedictionis formula
 exemplum, ob historię continuatum tenorem,
 Cap. 4. superiori libro conscriptum inuenies. Cui obi-
 ter adijciatur alter modus superstitiõe priorem
 uincēs, atq; ex sacrifici libro exscriptus, ut hinc
 de reliquis eiusmodi sanationib; præiudicium
 concipiatur. Accipe tres olei uiolacei mēsuras:
 & consistens contra solem, ante eius ortum, ex-
 prime nomen hominis lęsi, & matris eius, & an-
 gelos.

Sermon. 241.
 de Tempore.

Sacrilegus cu
 uanitate male
 p. 5. in uano.

gelos gloriæ qui itant in gradu sexto, septē diebus, ter in die. Septimo autē collocetur ille nudus sub sole, & oleo unuerfa inungatur caro: hinc coram sole suffumigetur myrrha, olibano, & præcipuis aromatibus: deinde istos honoris angelos inscribe in argenti lamia, quæ cum aromaticum incenso suffita, in collo suspendetur. Vi celsima die mensis hoc fiet cum successu, ut maleficio affectus curetur.

Magica & superstitiosa morborum curationes, adhibitis carminibus uel uerbis ignotis, quibus etiam omnino non conuenit cum imaginibus

cœli. Cap. 7.

HUc pertinet superstitionū & uerborum ignotorum, quibus utrum benè aut male preceris ignoras, monstra: haud dubiè à malis inuenta hominibus, & pro libidine excogitata, quæ cum Dei contumelia in sacrosanctæ nostræ medicinæ conspurcationem calumniamq; furum irrepere. cuiusmodi hi usurpantur rhythmī contra epilepsiam:

Caspar fert myrram, ihus Melchior, Balibasar aurum;

Hæc tria qui secum portabit nomina regum,

Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

*Curationes
magica, super
stitiosa &
impia.*

Ita antiquitas credebat, uerba scū cum sua radice tusum, uino aspersum, folioque inuolutum, & in cinere calefactum, strumis que impositum, eas abigere, si hoc fecisset uirgo ieiuna ieiuno, & manu supino tangēs dixisset: Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda uirgo restinguat. Atque ter hic despuendum putabat.

K 5

Narrat.

De abditis
verb. causis
cap. 26.

Narrat Beniuenius, quòd ariolus duobus digitis uulneri militis superpositis, & carminibus nescio quibus infusurratis, telum in dextram pectoris partem immissum, ossique sinistrae scapulæ infixum, redire ex osse iusserit. unde (scribit) etsi absque ægroti noxa, non tamen sine utriusque animæ dispendio miles curatus est. Facile fuit dæmoni, ad magi murmur coludenti, telum extrahere, ut magis alios suis fraudulentis perniciosisque actionibus sibi deuinciret.

Adhæc, ut sanguinis fluxus inhibeatur, in usu est: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Chunrat cara sarite confirma consana imaholite. Hic meritò dixerim: Quæ communio luci cum tenebris, aut quæ concordia Christo cum Belial? Addâ, quòd carmine apud Homerum, sauciato Vlyssi sistere sanguinè potuit Autolyçi filius. Sic Theophrasto ischiadicos sanat carmen: Catoni luxata membra cantio hæc, Danata, daries, dardaries, astararies, & reliqua. Si duo maleficio læsi, mutuo se grauiter prosequantur odio, in pane missali hæc inscribantur uerba: Abracamon filon. & offeratur utrique edendus panis: hinc perpetuus utriusque subsequetur amor. Contra canis rabidi morsum, pani inscribitur: Irioni khiriori essera khuder fere. inde uoratur. Non infimè fortis nobilè cognoui, simili curationis ratione celebrè, qui pomi particulæ inscribit, Hæc pax max Deus adimax, atque eden dâ illâ uenenato à cane rabido porrigit. A singulis sūt mediū stuferū Brabanticū postulare eum audio. qua pecunia cōgesta, sacellū ppe arcē suā

extra-

extruxit, missis aliquot ea impietatis mercede redemptis cohonestatū, uti fertur. Vt uerò huic mysterio ponderis aliquid accederet, ad maximum natu ex sobole uelut iure hereditario propagari eam curationis efficaciam, nec ad alios posse deriuari, temerè credulis persuadetur. Similibus diabolicarum uocum portentis contra dentium dolorem utuntur, Galbes galbat galbes galdat. Ridiculum quoque hoc scriptum appenditur: Strigiles falcēs que dentatæ, dentium dolorem persanate. Quidam ad febrem omninis generis intermittentem, uirgas duas parallelas uerborum uim medijs partibus committit, ipsoque contactu uincit crucis effigie, quam collo subnectit: sic quidē multos leuat, sed qui ferè grauius recidant. Contra febres, thoraci lignum rotundum applicant Turcæ, deinde illud alio simili ligno percutiunt, nescio quid submururantes. In collo schedulam contra eandem suspendebant quidam superstitiosi monachi, iubentes singulis accessionibus quasdam effundere preces, & post tertiã accessionē bene sperare. Quis non animaduertit fucū? In primis plurimum ualeat cōfidentia, nec in principio cōsiliū queritur: deinde in acutis, iã morbo adulto, uix fieri potest quin post tot paroxysmos mutetur morbus. Si Dei aut dæmōis uirtute ob scriptū euenit sanitas, cur nō euestigiò ea sequitur? Exaratas has uoces, Gibel got gabet, rostro pulli imponūt: inde stylo præacuto huic caput rectà in medio ptūdūt, pullusq; exilit ac uiuit, maxime in estate. Ea aut delitescit causa, q̄ pulli ca
 put

put cerebrumque osse utrinque diuiditur: inter quod in medio distinctum, stylus quâ faciliè potest, penetrat: nec quicquam, illæso cerebro, uitæ decedit. Verbis porrò eam inesse uim existimat uulgus, earum rerum imperitum. Atqui ab illis si uirtus ea promanat, cur transfixo hædi siue hominis aut canis capite, non idem contingit? His adde illud Constantini, in piscium captura: Iao Sabaoth. Iure itaque optimo Galeanus, quanquam ethnicus, Chariachirum & Bachium derisit: ipsisque Dioscoridem prætulit, qui non imprecationibus & uerbis superstiosis, uelut illi, tradiderit medicinam. Idem libro 10. Simp. Substantia est, ait, quæ suspenditur: non uoces barbaræ, ut quidam præstigiatorum facere assolent.

Lib. 6. Simpl.

*Nulla uoces
cum imaginibus
cæli conueniunt.*

Illud porrò omnem superat stulticiam, quòd quædam uoces cum imaginibus quibusdam cæli conuenire, plerique autument: & uerba quæpiam cum solennitate prolata, mutare sensus hominum & brutorum: hinc in speculo consecrato uideri imagines, hinc moueri feminas in amorem, hinc mutari elementa, terram uariè affici, ignem ab ustione cessare, morbos curari. O' delirium incomparabile. Quænam uis hæc quæso, unde deriuata, ubi recepta? Si etenim pendet ab harmonia cælesti tota uerborum uirtus, ut Alchindus contendit: cur non ipsa per sese operari id potest, cum sit causa superior? Dicit fortasse, cælum media & proxima causa, hoc est uerbis agere. At hoc doceat, in sono'ne, aut in uoce, an in uerbis exterioribus operandi

Fuse de ijs cõtra Alchindum disputat Io. Franc. Picus lib. 7. cap. 6. de prænot. superstittiosa fæderes magiam.

operandi uis recipiatur. prior enim natura sonus quàm uox, & uox quàm uerba: hæc enim ex illa, illa uerò ex alio conficiuntur, cum uerba uocem & sonum includant, & in definitione uocis contineatur sonus. Sine uoce sonus esse potest, quia natura prior: pari ratione sine uerbis uox. sine uoce autem & sono uerba non sunt. Si igitur uis in sono recipitur, & qua sonus mouet elementa, omni sono etiam in animatorum corporum poterit ea uirtus communicari: quare nec uoce, nec uerbis opus erit. Si autem in uoce, cum ea plerisque etiam animantibus præterquam homini competat, id ipsum poterit à brutis etiam fieri. Si uerò in humanis uerbis tantum recipi dixeris, rogo unde accipiatur uis, in prima ne syllaba, aut medijs, aut ultima? Si in syllaba, iam non in uerbis: ea uerò mox perit. eadem in alijs erit ratio. Quare colligitur, nullo modo uerbis inesse hanc posse uirtutem cœlitus operantem.

De magica sanatione per ligaturas, periapta, characteres, effigies, annulos uel sigilla. Cap. 8.

Hic ligaturæ magicæ & periapta tum alia, tum ex sacris maximè literis furtim tracta, tuum habent locum, quibus contra dæmonum studia, incantationes & maleficia homines quoq; dementantur, quemadmodum cum primum Euangelij Ioannis caput minutissimis literis in schedula pictum, & Missæ recitatione consecratum, collo alligatur, mirum contra in-

*Ligaturarū
& periaptorū
manus.*

canta-

cantamenta & diaboli machinationes creditur esse amuletum. At si chartula hæc alicuius habebitur efficaciam, prærogatiuam certè singularem aduersus satanæ molimina obtinebunt illi, qui sacram Scripturam ex professo in manibus uel manicis continuò circumferunt. Sed ea nisi animis sit irradiata nostris, ubi uelut à fomite uitali in actum excitetur, mortua permanet litera, etiamsi millies suspendatur, alligetur, portetur, affricetur, obmurmuretur, inferibatur, sigillis aut annulis imprimatur, bibatur, edatur, uel etiam uoretur. Confirmat hæc Chrysostomus: Quidam, inquit, sacerdotes aliquam Euangelij partem scriptam circa collum portant. Sed dic sacerdos insipiens, nõne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur & auditur ab omnibus? cui ergo in auribus posita Euangelia nihil profunt, quomodo possunt circa collum suspensa seruare? Deinde ubi est uirtus Euangelij? in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspendis: si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt, quàm circa collum suspensa. Eiusdem est sententia: Quando in grauem lapso morbum, aliqui incantamentis succurrendum esse consulunt, alij rebus collo alligandis, alij aliter: & tu constanti animo, quicquid id est, ob Dei timorem sustines, paucique fortiter malis quàm eorum aliquid sectari, hoc te martyri facit proximum. Hac ratione docet Athanasius quoque, dæmones plurimum formidare uerba Psalmi 68, si quis ea attentè ex
 animo

*Verbum Dei
 nõ mortua est
 litera, sed spi-
 ritus & uita.
 Ioan. 6.*

*Homil. 43. in
 cap. Matt. 23.*

*In lib. de Va-
 rijs quæst.*

animo oret: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant à facie eius qui odiunt eum. Sicut propellitur fumus, tu propelles eos: & sicut liquescit cera à facie ignis, sic pereant impij à facie Dei, & reliqua.

Minus insuper momenti habebunt manu efficti characteres, effigies, annuli uel sigilla, hac illa'ue figura delineata, sculpta'ue, uel imaginibus ad certos cœli positus hoc momento, & illo loco insignita. Atque ut nulla astrorum uis in ea quæ manibus conficiuntur opera imprimitur: ita etiamsi infinitè diuinis notis, nominibus, aut Scripturæ sanctæ uerbis ornentur, substantijs nihil ex figuris quibuscunq; ueræ uirtutis uel accedit uel decedit: quib. singulis mirandas peculiareq; uires certarum actionum effectrices ab initio Deus indidit. Nec enim iam noua ibi instituitur qualitatum mixtura: non materiæ, ex prima ordinatione, conuenienti qualitatum temperamento indutæ, noua & essentialis forma infunditur: sed corpori antea conformato, sua materia & forma, quibus existit, conseruantur, suaq; adornato temperie, arte duntaxat noua affingitur species: ad quam nihil sidera, nihil eo tempore existentes in aere qualitates conferunt: immò, ut semel dicam quod res est, uniuersam hanc comenticiarum specierum congeriem, uanam esse, & inefficacem, non pudet liberè profiteri. etiamsi hic mihi offundent Thebit philosophum, & magiæ antistitem, annulos conficiendi modum docentem, quibus a-

nimum

*Characterū,
effigierum, an-
nulorum &
sigillorum
nuzā.*

nimū exhilarari, hostes, cacodæmones & morbos arceri, miraculaque edimentantur: cuiusmodi annulorum commenta Eudemum philosophum quoque fabricatum esse tradūt. Obijciēt & Albertum sui semper similem, & horum annulorum sigillorumque à ueritate sepe numero diuaricantem fabrum. Accedet quoque Marcellus Ficinus, doctissimus alioqui philosophus, & plerique alij. Nec Gygis Lydorum regis annulus menti excidat, ut magica annulorum catena ornatus prodeat Lamia, Menippi Lycij sponsa: cuius digito, ne comitali morbo correpta cadat, à philosopho redarguta, annulus applicetur argenteus, hoc modo intus notatus: + habi + haber hebr + atq; hinc breuiola, quæ uocant, contra febres à quodam nebulone quæstore ficta, offerantur:

Ananisapta ferit, mortem quæ ledere querit.

Est mala mors capta, dum dicitur ananisapta.

Ananisapta Dei, iam miserere mei. Per nuptialem uerò annulum sponsus mingat, ut ab impotentia ueneris & fascino soluatur, authore Nicolao & Guilielmo Varignana medicis, & Petro Argelate chirurgo: si amorē quis dissolui uelit, in amantis calceo stercus amatę collocetur, odorque perceptus amorem infringet. Causam profectò eius uirtutis nimis manifestam, non est quòd ad occultam proprietatem torqueas.

Plato lib. 2.

de Rep.

Lib. 2. Mincral. tract. cap.

3. & 3.

Marcellus Ficinum hoc nomine notat.

Io. Fr. Picus

lib. 7. cap. 6.

Philost. li. 3.

Breuiola contra febres.

tra febres.

De characteribus, imaginibus, figuris, exorcismis, re-
busq; illicitis, quibus thesaurus inquiritur, claustra a-
periuntur, capillitio suspenduntur maleficæ, obij-
ciunturq; reliqua diaboli ludibria.

Cap. 9.

Thesaurū porrò sic inquirunt hi magi. Vir-
ga auellanæ tribus signata crucibus, con-
iuratur non modò superstitiose, sed & im-
piè ac blasphemè. Adduntur characteres cum
barbaris nominib. & in fodiendo leguntur Psal-
mi, De profundis: missa, Misereatur nostri: Re-
quiem, Pater noster, Ave Maria, & Ne nos indu-
cas in tentationè, sed libera nos à malo, Amè. A
porta inferi, Credo uidere, &c. Expectate Do-
minum, Requiem æternam, cum oratione cer-
ta. Et si fodiendi tempus neglexeris, à diabolo
tollitur thesaurus.

*Magicus the-
saurum inqu-
rendi modus.*

Vt claustra aperiãtur, in particula cereæ ba-
ptismo designatæ flores uolubilis imprimuntur,
liganturq; in anteriore indusij parte: ac ubi re-
ferare uoles, ter inflabis, dicesque hæc uerba:
Arato hoc partiko hoc maratarickin tuo nomi-
ne aperio hoc claustrū, quòd infringere cogor,
quemadmodum inferna confringis, in nomine
Patris & Filij & Spiritussancti, Amen.

*Diabolica
claustrorum
apertio.*

Aethiopidis etiam herbæ tactu clausa omnia
aperiri, quibusdam simul admurmuratis canti-
lenis, traditur: eòdem referendū, quod cuidam
ad laqueum damnato Venetijs, omnes patefa-
ctæ fuerint fores, disiectis seris, una tantum ad-
mota herba, signaculis quibusdã decantata. At

*Plin. lib. 24.
cap. 4.*

L si uis

si uis ea inest herbis, quorsum admurmurantur cantilenæ, aut adhibentur signacula? Vel si uirtutem hanc obtineant cãtilenę & signacula, cur aduocantur herbæ? Si simul coniuncta hanc efficaciam sortiri dicas, meram esse superstitionem, contrà obijcio. rerum alioqui naturalium miraculis ut nihil derogatum uolo, ita eiusmodi cantionculis & signaculis nil penitus tribuendum esse, ingenuè affirmo. Quum autem herbæ illæ non operentur nisi cantionibus & signaculis applicatis, consequēs est, ijs etiam nihil eiusdem uirtutis adesse. Si effectum subsequi respondes: contingit is profectò dæmonis opera hic colludentis ratione cantilenæ uel signaculi, ut eiusmodi ludibrijs incautos alliget strictius, cautius quę fallat, nec ullo modo iuuet. Dicam

Lib. 24. ca. 2.

hic cum Plinio, nò satius fuisset Aemilianū Scipionem Carthaginis portas herba patefacere, quàm machinis claustra p̄ tot annos quærere?

Pro defensione, figura cum creta in terra notatur, & miræ affinguntur nugæ, recitantur quę Psalmi, & Orationes, nec non Missæ actum cohonestant, & in arbore clauus figitur ferreus.

Vt mille hominibus uel equis cinctus quis appareat, anniculus salicis ramus unico inflictu abscissus usurpatur cū exorcismo, barbarorum nominū recitatione, & characteribus absurdis.

*Imagines
damnosæ.*

Dammum alicui inferre se credunt, si imaginem conficiant in eius nomine quem læsum cupiunt, ex cera uirginea noua, sub cuius axilla dextra hirundinis cor locetur, & hepar sub sinistra. Item, collo appenditur filo nouo effigies

effigies, quæ acu noua in membro lædendo figitur, recitatione uerborum, quæ ob curiosos studio prætermittenda censui. Ea ex ære quandoq; apparatus, cuius membra ad diriores deformationem inuertuntur, ut pes manus loco formetur, & pedis uicissim locum subeat manus, faciesque inuertatur. Ad atrocius malû similis imago adornatur in hominis forma, in cuius capite nomen certum scribitur, & in costis ea nomina, Alif caseil zaza hit mel meltat leuiatan leutatacæ: ea in sepulchro defoditur. In eundem usum, ut ipsi uocant, in Martis dominio, parantur duæ imagines, una cerea, altera ex hominis mortui terra: & ferrum quo homo necatus fuit, traditur alteri imagini, ut alterius necandi simulachri caput transfigat. In utraque duo inscribuntur nomina, & characteres seorsum peculiare: & certo altera reconditur loco.

In mulieris amore conciliando, conficitur in hora Veneris imago, ex cerâ uirginea in amata nomine: cui character imprimitur, & circa ignem calefit: & inter agendum, cuiusdã angeli memoria in mentem repat. Non absimile monstrum figitur, ut quis tibi in omnibus obsequatur.

Vt tandem capillitio suspendatur nostra hæc malefica, & huius nugatorij actus scena tragicum sortiatur exitum, apparatus effigies ex terra capitis mortui hominis, in alterius nomine baptisanda, cui nomen cum caractere inscribitur: hinc osse putido suffitur, & inuerso ordine leguntur Psalmi, Domine Dominus

Imago, ut capillus suspendatur malefica.

520 De præstigijs dæmonum

noster, Dominus illuminatio mea, Domine exaudi orationem meam, Deus laudem meam tacueris, &c. Deinde duobus diuersè locis ea sepelitur.

Vt periaptorum, characterum, figurarum, annulorum, imaginum, reliquorumque id genus prodigiorum uanitas ubique explodenda, omnium obtutui lucidissimè pateat, formulas has sacrificio surreptas suppressere nolui, quo de ceteris eiusmodi hominum ludibrijs facilius pronunciaretur sententia: quib. si uel ueritatis momentum inesse leui solum cogitatu suspicatus fuisset, eas haud dubiè euestigiò, cui debentur, consecratas excepisset Vulcanus.

Quibus uerbis stupor ac taciturnitas in tormentis & quæstionibus induci creditur, & solui.

Cap. 10.

*Quomodo tormenta quidam
uolunt sustinere.*

QUod in ijs uidere licet, qui cum scelus aliquod capitale admiserint, uel antequam subijciantur quæstioni, uel interea dum torquentur, quorundam aut scriptura, aut prolatione uerborum consequi sibi uidentur, ut & tacere possint, & nihil omnino sentire. Id quod tam firmiter sibi persuasum habent, ut fuerint qui hac fiducia ultro se tum carceri, tum quæstioni obtulerint. A diabolo enim, cuius interest scelera non puniri, sed indies accumulari, cõfirmantur in malo, nec solum organis uocis obstructis impediuntur, ne loqui possint, uerùm graui etiam

ui etiã somno opprimuntur, ut nec audiant interrogata, nec tormenta sentiant. Interim tamẽ his illi p̄duli uerbis ac uersibus, sanẽ perquãm *ἀπάθως* utuntur:

corpore ramis,
uina potestas:
leuatur.

Imparibus meritis tria pendet
Dismas & Gestas in media est di-
Dismas damnatur, Gestas ad astra

Sunt qui uerba prophetæ eructent:

Eructauit cor meum uerbum bonum, ueritatẽ nunquam dicam regi. Alij autẽ hac prece, se muniunt: Quemadmodum lac beatę gloriosę Marię uirginis fuit dulce & suaue Domino nostro Iesu Christo, ita hæc tortura siue chorda sit dulcis & suauis brachijs & membris meis. Alij uerò saltem hæc proferunt: Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Os autem non cõmuniuetis ex eo. Et tamen contrarium uidemus euentum. Licet enim *ἀδιδύγητος* ita dæmon occupet, ut nihil sentiant: ossa tamen illis comminuntur & confringuntur. Qua etiam ratione probari posset, eorum uerborum nullam esse uim: quin ridicula potius esse, quãm credibilia, quæ iam proposuimus. Enimuerò nec diabolo quidem esse permissum ut efficiat aliquid eiusmodi, interea dum ijs ut superstitiosẽ utuntur flagitiosi, p̄pter duas mihi causas uideretur. Primò, quòd cū omnis potestas à Deo sit, diabolus nec ipsi, nec legitimis ipsius actionibus possit resistere, ut nocentes publicæ eripiat iusticiæ: sicut docet D. Augustinus, & Thomas Aquinas. Secundò, quòd impunitas scelerum Deo non placeat, & malefaciendi licentia minimẽ permittatur. Alioquin institutus ordo & iusticia Dei sibi

Verba flupore & taciturnitatem indicentia.

Psal. 44.

Lucæ 4.
Ioan. 19.

Diabolus cur nō semper linguam & sensus impediatur.

Rom. 13.

De ciuit. Dei lib. 10.

Thom. q. 5. p̄me partu tr. 2

Etat. qq. tit. de miracul. De Sent. excõm.

c. ut fana. l. 3. ta uulnerato.

D. ad l. Ag.

inuicem repugnarent. Sed tamen hominum impietate sic merente, sæpius hæc acci disse fateor. Testatur enim clarissimus Iurifconsultus Paulus Grillandus, se bis id & uidisse, & in factis cooperisse, his uerbis: Primò Pisis dum essem assessor magnifici domini Capitanei illius ciuitatis: deinde Romæ dum essem auditor criminalium causarum reuerendiss. domini Auditoris Cameræ, ubi quidam fur sagacissimus, & duplicis maliciæ reus, cõtra quem erant examinati quindecim testes super diuersis indicijs magni furti 137 ducatis, auri habens noticiam, quòd curia præfati domini Auditoris procedebat contra ipsum, antequam personaliter compareret, accepit nonnulla sortilegia contra torturam: quibus expertis iterum atque iterum uidens quòd sufficiebant ad parangonem, quadam die dum ego essem in ædibus turris nouæ ad examinandum quosdam alios reos, ille sponte ueniens accessit ad me, & se constituit in carceribus ipsis, dicens, quòd ultro uenerat ad purgandum indicia, & notam infamiæ sibi illatæ. Contra quem tamen necesse fuit deuenire ad torturam, tot in dicijs contra ipsum laborantibus. In qua dum erat eleuatus, dormiebat capite cliuo, ac si iaceret in lecto, absque ulla penitus lamentatione, aut clamore: & ad tractus chordæ erat tanquam statua marmorea. qui dum eleuabatur à principio, dicebat quædam uerba submissa uoce, deinde sisebat ut dormiens. Statim ego suspicatus fui, ne gestaret aliquod sortilegium siue facturam maleficam penes se, aut ex illis uerbis capteret

*Tractat. de
quæst. et tort.
q. 4. num. 14.*

*Tormenta nil
turans.*

*Nihil sentiens
doloris.*

ptaret aliquod suffragium: perquisiui quàm dili-
gèter per omnes partes corporis sui, demumq;
reperi in capite, sub scuffia scilicet inter crines,
quandam paruam schedulam hæc uerba conti-
nentem, uidelicet ⁊ Iesus autem transiēs ⁊ per
medium illorum ibat ⁊ os nō comminuetis ex
eo ⁊ cum crucibus ita signatis: quam illico ab-
stuli ab eo. qui licet illa sic ablata satis conquire
retur, nihilominus iterum positus ad torturam,
& eleuatus iterum, illud idem sicut antè facie-
bat. & in principio ipsius eleuationis nonnulla
uerba submissa uoce dicebat, quæ percipere nū
quam potui, nec quicquam confessus est. De-
mum mutatis tormentis, sub tormento taxilli
subiectus fuit, & similiter spernendo dolores
nihil unquam confessus est: sed in sua negatiua
semper audacius conualuit, adeò quòd necesse
mihi fuit eo instāte ab inquisitione eundē absol-
uere. Similis casus occurrit Hippolyto de Marci-
lijs, dum erat officialis ducis Mediolani. Iterum
aī. Grillandus, necdum est annus elapsus quod
audiui alium Romæ positum ad torturam, & re-
petitis uicib. grauiter cruciatum, qui uerba de
lacte Mariæ uirginis submissa uoce proferebat,
& nullū dolorē pati, sed cunēta spernere uideba-
tur: & dormiebat sicut alius in tortura, adeò q; à
tribus iudicibus præsentē pcuratore fiscali exa-
minatus, nulla unquā ab eo confessio extorque-
ri potuit, licet correus & criminis socius id fate-
retur expressè, & illū in sociū nominaret: cui⁹ p-
cessum uidi, illūq; cognoui. Aliud exemplū qd̄
similiter in facto accidit mihi Romæ cuiusdam

*Hippolyt. de
Martil in l.
repeti. col. 4.
ff. de quest.
Aliud exem-
plum.*

*Exemplum
mulieris.*

maleficę mulieris, quę antequam eleuaretur in
 tortura, uerba quędam submissa uoce dicebat:
 deinde eleuata silebat penitus uelut mortua, &
 nigrior apparebat in uultu carbone extincto, o-
 culos extra caput ualde tremendos more illo-
 rum qui strangulatur emittens, & nihil penitus
 loquebatur neq; boni neque mali. Vltima au-
 tem hæc historiola minimè nostro obstat insti-
 tuto. Nam si ex lamijs nostris illa fuit malefica,
 quid mirum si diabolus linguã ei faucesq; præ-
 cluserit? ne scilicet illa suam innocentiam pro-
 baret, & dæmonis ludibria detegeret. Superiori-
 bus autem exemplis simile nuper habuimus
 Antwerpiz, in carnifice eius urbis, natione Gal-
 lo: quem cum innumera, eaq; notoria flagitia
 commississe nemo non sciret, adigere tamen nul-
 lum tormentorum genus, quamuis immane, po-
 tuit, ea ut confiteretur. in tantam statim *anxi-
 ap*, ac sensuum penè omnium alienationem in-
 cidebat. De qua cum prudentissimus Senatus
 Medicos ordinarios consulisset, eiusmodi stu-
 pore non nisi pharmacis quibusdam somnife-
 ris induci posse deprehendit: cuiusmodi supra
 libro secundo, capite trigesimoprimo descripsi-
 mus. Nonnulli tamen, ait Grillandus, dixerunt,
 quòd aduersus istas coniurationes & maleficia
 taciturnitatis reperiuntur remedia quędam,
 quę diuersis precibus conficiuntur. Ex qui-
 bus dicunt, quòd omnes ligaturę & maleficia
 huiusmodi dissoluuntur, & reus grauissima tor-
 menta & cruciatus patitur in corpore. & inter
 alia solent dicere uerba illa prophetę: Eructa-
 uit

*Carnificis per
 sinacia.*

*Tractat. de
 quæst. et tort.
 q. 4. num. 16.
 In uerbis
 dissoluitur
 inuermis &
 Super.*

*Psal. 44.
 & 118.*

uit cor meum uerbum bonum, dicam cuncta
 opera mea regi: & Dominus labia mea aperiat, *Pfal. 50.*
 & os meum annunciabit ueritatem: & Con- *Pfal. 7.*
 fundatur nequitia peccatoris, perdes omnes *Pfal. 9.*
 qui loquuntur mendacium. & Contere brachia
 iniqui rei, & lingua maligna subuertetur. Ex
 quibus uerbis, precibus & exorcismis, dicunt
 maleficia ipsa resolui, & reum mirabiliter cru-
 ciari. Vide Paridem de Puteo, in Tractatu de
 Syndicatu, c. tortura. lo. 3. folio centesimo deci-
 motertio. & Syluestr. Prior. in Tract. de Strig.
 demonst. mirand. libro quarto, capite quinto.
 Super quibus tamen cogita, quia de uirtute i-
 psorum remediorum nō possem quicquam cer-
 ti attestari, ex quo illa nunquam expertus fui,
 nec per alium experiri hactenus uidi. Ego uerò,
 licet & D. Grillandus, & mille alij oculis id ui-
 didissent suis: tamen uirtute uerborum siue prola-
 torum, siue pictorum, siue sculptorum, fieri nun-
 quam credam.

Figurato nullam inesse uim ratione

figuræ. Cap. 11.

HIncliquet, quantū fidei sit adhibendum
 fūco dæmoniaco, ab Hieronymo in uita
 D. Hilarionis eremitæ descripto: Eiusdē,
 inquit ille, Gazensis emporij oppido, uirginem
 Dei uicinus iuuenis deperibat: qui cū frequen-
 ter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huius-
 modi quæ solēt moriturę uirginitatis esse prin-
 cipia, nihil profecisset, perrexit Mēphim, ut con-
 fesso uulnere suo, magicis artibus rediret arma-
 tus ad uirginem. Igitur post annum doctus ab

Aesculapij uatib. non remediatis animas, sed perdentis, uenit præsumptum animo struprum gestiens: & subter limen domus puellæ tormenta quædam uerborum, & portentosas figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit. Illicò insanire uirgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. magnitudo quippe amoris eam in furorem uerterat. Perducta ergo à parētibus ad monasterium, seni traditur, ululante statim & confitente dæmone: Vim sustinui, inuitus sum abductus: quàm bene Memphis somnijs homines deludebam? O cruce, ô tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, & licio & lamina strictus teneris. Dic, quare ausus es ingredi puellam Dei? Ut seruarê, inquit, eam uirginem. Tu seruares, proditor castitatis? Cur non potius in eum qui te mittebat, es ingressus? Ut quid, respōdit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum, amoris dæmonem? Noluit autem sanctus, antequam purgaret uirginem uel adolescentem, signa iubere perquiri, ne aut solitis incantationibus recessisse dæmon uideretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem: asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandum esse callidos. & magis reddita sanitate increpuit uirginem: Cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset? Hucusque Hieronymus. Sed puellâ magis obsedisse amorem mentiens dæmonium, quàm amorem, mea est sententia.

*Dæmonis mē
laciū, ut il-
lū quisquilijs
ipsum detine-
ri persuadere
tur alijs.*

sententia . nec uerborum aut figurarum in lamina incisarum potentia id contigit : sed quòd diabolo occasionem subministrasset , quemadmodum exprobrat Hilario , eam exercendi facta illi fuit potestas.

D. Thomas credit, annulos, uel quicquid est figuratum ex arte, nihil operari ratione illius figuræ : neq; ex illa figura maiorē uim recipere à corporibus cœlestibus, quàm non sic figuratum : quoniam quæ ex arte fiunt , non sequuntur materiam , neque formam . Identidem & de uerbis prolatis sentit : quoniam uerba nihil immutant, nisi auditum . Verissimè ergo, imagines ex ære, plumbo, auro, cera alba, rubra uel alia materia baptisatas uel adiuratas, consecratas, imò potius execratas , per magorum artes & sub certis diebus, uirtutes obtinere mirabiles, in eiusmodi artium libris recitatas, errorem esse scribit Martinus de Arles theologus.

Et Porphyrij opinionem de talibus construendis imaginibus, fuisse falsam, cõprobat D. Thomas Augustini testimonio, libro 10. de Ciuitate Dei. Verum quidē est, res naturales, formas suas & uirtutes consequi ex corporibus cœlestibus. sed imagines artificiales nullam ab arte uirtutē imbibere , aut aliā assequi uim queūt, nisi quam ratione materiæ obtinent. Figura autem non est alterandi uel actionis principium . ideo nec aliū uirtutis causam habet aurum eius imaginis , quàm aliud alterius figuræ aurum . Atqui si alium consequi effectum appareat , fit is dæmonum operatione , homines ludificantium,

In libel. de occultis natura operibus.

Figurato nulla inest uirtute figura.

Lib. de superstit.

Thomas. Aq. in lib. contra gentes, de facto, de operibus natura occultis, et præcipuè in 2. parte Summa theologica.

528 De præstigijs dæmonum

cantium, secundum Augustinum. Tales itaque imagines astronomicæ uim adipiscuntur per dæmonem: cuius signū est, quòd illis imaginibus quosdam imprimi characteres oportet, cum naturali uirtute eæ operentur nihil. In hoc tamen à magicis simulachris discrepant astrologica, quòd in magicorum compositione sūt expressæ quædam dæmonū inuocationes, unde eiusmodi effigies ad expressa pertinent pacta cū dæmonibus inita. At in astronomicarum factura, tacitum existit cum dæmonib. fædus per quosdam characteres & figuras ab ipsis dæmonibus inuentas, ad quorū characterū impressionē, facientibus suffragantur dæmones. Hactenus ille.

*Libro 18. de
Subtil.*

Scitè igitur à Cardano, philosopho & medico, scribitur: Licet sigillis uim non leuem tribuant, ut Solis ad magistratus honores & gratiam cum principib. Iouis ad diuitias & amicos, Veneris ad uoluptates, Martis ad audaciam, Mercurij ad solertiam, Saturni ad laborum patientiam, Lunæ ad populi fauorem: non ignoro lapides prodesse, figuram aut nihil. Idem, ubi magicæ stulticiæ maximi in ea arte Artephij placita enarrauit, ut non solum dolosos, sed etiā mente captos fuisse magos dijudicetur, prodigiosos

*Libr. 16. cap.
90. de Varietate.*

*Similia apud
Agrippam
de ocul. phil.
lib. 1. cap.
43. & lib. 3. ca.
29. 30. 31.*

quoque planetarum characteres, item annulos terrificis planetarum notis insignitos, & sigilla mōstrosi eorū formis munita delineat. at mox subiungit: Hi sunt characteres dolosa mente excogitati, quorum uirtutem nullam esse certum est. Nam quid his characteribus cum planetis ipsis rotundis commune est? At ne nomina putes aut

tes aut Arabica aut Chaldæa, aut Hebræa aut Græca: quòd si etiam essent, quid plus eis inesset uirtutis quàm Latinis? Igitur figmenta mera esse oportet, nullius quæ uirtutis: quam si contendas obtinere, non nisi dæmonum pacto fieri potest. Quis etenim talia inuenire ualuit, nisi dæmonum persuasionibus? At iam dæmones nihil docere constat. Dicent autem, formas esse in Nona sphæra, quæ in India uidentur. Ita siquidè malus ille Aponensis finxit. Sed concedatur: quis uerò postmodum docuit, hunc characterem Solis esse, illū Saturni? Hinc clarè liquet, deridentium hominum hæc pura fuisse commenta. Plura inde magorum deliramenta ordine ex Artephio ibidem recitantur.

Si contendant magi, se rebus naturalibus uti, characteribus, figuris, herbis & uerbis, publica alioqui dæmonum commercia abominati: hinc refellentur, quùm sit apud Aristótelem & omnes naturales philosophos compertissimum, actiuas uirtutes non posse figuris inesse, & literis, uel quibuscunque characteribus, cum nihil aliud sint quàm compositio & ordo excogitatus ab artifice seu pingente seu fingente: præterea & materiales imagines ultra suam speciem & formam operari non posse, testatissimum est, multo minus admirabiles supra naturæ legem producere effectus. Signa uerò si dicantur, ea quum diuinitus instituta non sint, quin potius reiecta, & à natura abhorrentia: restat ut plus quàm superstitiosa sint, & à dæmone inuenta, uel palàm fabricante, uel clam in
malè

530 De præstigijs dæmonum

malè credulorum phantasiã sugerente. Somnia item sunt, quòd figuras & characteres in elementalì materia impressos pàrere radios fingat Alchindus Arabs, quibus inotiones in rebus alijs excitentur, quum illi, quatenus ex arte fiunt, nullo modo causarum superiorum influxus commoueant. His adde Porphyrij deliramenta, quibus figuras à dijs maximopere anari, eosque in sacrata imagine contineri imaginatur: contra Aristotelem, atque etiam Theologos, qui characterum, herbarum, aut etiam uerborum uì, separatas mentes supra hominem in aliqua materia coërceri posse negabūt.

Quapropter ociosa, patrocinate ueritate, prodigiosorum huiusmodi figmentorum permanebit fabrica: impiumque est comminisci, sacra uerba ea pollere uirtute, si denuò eò confugiatur, ut notatis solis literarum figuris tam mirabiles progignantur effectus. Euangelij efficacia, non in exaratis characteribus, huic figuræ uel illi annulo, sigillo aut imagini applicatis: uerum in uirtute mystica, ad salutem credenti, consistit. Verbum Euangelij in corde iuxta uiam satum, auditum, & non intellectum, rapit malus ille: auditum autem, protinusque cum gaudio exceptum, radicem, ut in petra satum, non habens, continuo euanescit: auditum item, & cura huius seculi suffocatum, ut semen inter spinas iniectum, infœcundum manet, inefficaxque: sed auditum & intellectum, firmaque fide apprehensum, efficax est, hominemque in nouam com-

Rom. 1.
1. Corinth. 4.
Matth. 13.
Marc. 4.
Luca 8. 4.

tiam commutat creaturam, & mentes consolatur afflicta, aduersus dæmonis insultus comuniens, ardentiq̄ue inuocatione in Christi nomine inflammans, exorante quæcunque petuntur: non autem hoc præstat chartis illitum uerbum, aut cuicumque materiæ impressum in sculptum uel, uel collo alligatum, siue superliminari impositum, aut subtus limen in terra sepultum. Tantum enim abest ut intuitu pictarum aut incisarum in sculptarum uel Scripturæ sacræ uocū aut sententiarum, quacunque sint expressæ forma, terreatur, fugetur aut uinciatur diabolus, ut etiam ipse eandem probè calleat, nec allegare erubescat, quò fallat cautius: quemadmodum cum Christum tentatione impeteret, fecisse legitur. sed bona consciētia, uiua fide, ex uera Dei agnitione & Spiritus sancti inspiratione prognata, atque uerbi Dei potentia prosternitur ille, profligaturq̄ue. Hinc ligaturas omnes & remedia, quæ medicorum condemnat schola, iure optimo quoq̄: Augustinus reijcit.

Matth. 23

Marc. 1.

Lucæ 4.

Psal. 90.

Li. 2. de doctr. Christi.

*Formula curandi maleficij superstitiosa, item alter modus futilis pellendi dæmonis, blasphemus alius contra fe-
brem. Cap. 12.*

Non inconuenientem curandi maleficij modum merè superstitiosum, quanquã inysterij loco habitum, hic ascribam, ut euidentius quorundam hominum eluceat impia credulitas. Hunc insignis doctrinæ, integritatis

*Ioan. Echius
iactis uer-
medicus.*

532 De præstigijs dæmonum

λην ἀντάξι & ἄλλω, pro suo candore, ut & multa
 huius argumenti alia, conatus meos iuuare cu-
 piens, communicauit: non quòd eum approba-
 ret, sed risui uerà mecum exponendum arbitra-
 retur: à matre autem ægrotæ nactus erat, quæ
 studiose religioseque omnia præscripta se ob-
 seruasse, filiamque inde curatam, si dijs placet, af-
 firmabat. Historia, cui annectitur curatio, sic ha-
 bet: Clarissimi iurisconsulti N. filia, annos na-
 ta circiter tredecim, monialis (quam uocant)
 monasterij non procul à Susato siti, maleficio
 laborare credebatur. nam uenter tumidior e-
 rat, ut hydropicam quis iudicasset: & cum
 lotio calculos excernere uidebatur, qui ueræ
 erant fragmenta latericia inæqualia, magni-
 tudinis auellanæ nucis, & minora, præceden-
 te summo dolore. ad hæc, alterum crus ha-
 bebat luxatum. quocirca quum extrema me-
 tuerent moniales, & puellæ parentes, ea Co-
 loniam deferebatur, accersebanturque duo ce-
 leberrimi eius urbis medici, D. Ioannes Ech-
 tius, & Hubertus Faber: qui re ad exactam ar-
 tis trutinam uocata, pensiculataque, dæmonis
 opus foueri iudicarunt. Ad puellæ itaque cura-
 tionem adhibebatur quidam ariolus uetulus, no-
 mine Abrahamus, qui hanc sanandi formulam
 parentibus præscripsit. Omnium primò sacra
 administretur synaxis. Deinde potionis se-
 quentis cyathus paruus plenus, uel uitreus, ma-
 tutina hora & uespertina puellæ maleficio affe-
 ctæ propinabitur. Recip. Rhabarbari electi
 drach. i. radices enulæ, artemisiam rubrâ uulgò
 dictam,

*Superstitiosa
 demoniaca
 uirginis cura-
 tio.*

*Rhabarbari
 quidem bilem
 uacuat, sed
 quorsum hoc
 cum reliquis
 plurius pellen-
 do dæmonio
 conferat?*

dictam, centaurium minus, mētā aquaticam: hæc simul, præter artemisiam, in olla noua indentur, & in honore sanctorum trium nominū ebullient in uino albo: artemisia autem in aquæ pinta, quam hic uocamus, circiter uncias duodecim ponderate, decoquetur. Item pauperi alicui homini pio commendabitur recitatio orationis Dominicæ & salutationis Angelicæ, quin quies separatim repetendæ: primæ, in nomine puellæ maleficio læsæ, quòd Christus in hortum duceretur: secundæ, quòd Christus aquam & sanguinem sudarit: tertiæ, quòd Christus Iesus condemnabatur: quartæ, quòd Iesus citra culpam in crucem conijciebatur: quintæ, ob Christi passiōem, quòd in cruce expiraret, ut sagam conuertere, & illatum malum amoliri dignetur Iesus. Præscripto modo hominem simplicem in genua prouolutum, attentione summa orare oportet: deinde octo diebus continuis Missam audire ægrotum, & consistere ubi recitatur Euangelium: atque in cibo & potu aquam lustralem, salemque expiatum miscere.

Alia quædam puella exagitata aliquandiu a dæmonio, eius inspiratione ita liberabatur, ut itinere satis longo & recto singulis ferè passibus in genua procumberet Marcodurum usque, nusquam è uia communi trita despectens, etiam si fouea, aquæ, lutum uel excrementa essent obuia, in ijs quoque genibus deuolui oportuit: at in ara sacra D. Annæ (ad quam frequentissimus ibi religionis ergò concursus) missa celebrata, liberationis indicium iri ostensum pollicebatur

Obsessa curatio fuit.

534 De præstigijs dæmonum

cebatur dæmon. Proinde circa puellam sub missæ actione se conspexisse umbram candidâ, ait sacrificus: quam quoq; puella se obseruasse tâquam certissimâ liberationis notam asseruit. En dæmonis fucum, quo *ἐκ δυνάμεως* stabiliat.

Domum à lemuribus turbatam Theophrasti Paracelsi asseclæ uindicant, liberantque suspensis in quatuor domus angulis, membranis uirgineis, quas uocant, quibus inscriptum est: *Psal. 150. Omnis spiritus laudet Dominum: uel, Mosen habet, & prophetas: uel, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Si eodem modo suæ artis statuunt principia, quo hanc commentati sunt curationem, dæmonesque fugare conantur, nõ est quòd ueterem medicinam euersum iri metuamus. Absurdè enim prima hæc sacri Vatis sententia in chartulis suspensa, ad dæmones exturbandos usurpatur. Nam omnis spiritus, hoc est, quicquid spiritu & uita fruitur, laudet Dominum: non autem ab impio, multo minus à diabolo, laudem suam celebrari uult Deus. Quomodo etiam instituto respondeant illa uerba Abrahamæ, diuiti epuloni reddita, Mosen habent & prophetas, ipsi iudicèt. Si tertiam urgeât sententiâ, ad Caput octauum huius libri, De periaptorum uirtute, eos relego.*

Huc pertinet curâdi ratio cuidâ extremè debili. *Blasphemia e. bris curatio.* cûbenti nup à quodâ chirurgo contra febrè adhibita, ut mihi ad eundè egrotû paulo post accersito referebatur. Tres ille radiculæ partes huic offerebat, singulas semel mordédas. ad primâ in quuens: Vtinam Christus non esset natus. ad alteram:

teram: Vtinā mortē nō obijisset. ad tertiam: Vtinā nec surrexisset. Deinde eas collo appendebat, iubens eum bono esse animo, si illæ perirēt. qui enim eas tolleret, illum simul febrem ablatum prædicebat. Interijt tamen æger hic empyemate, mea quidem sententia.

Dæmones non aliter sanare morbos, quàm à læsione ab illis inuecta cessando. Cap. 13.

SI iam obijciatur fœlix curationum harum magicarum successus: respondeo, In uita sancti Bartholomæi legi, dæmonem curasse morbos: atque hoc fecisse non sanando, sed à læsione, quam ipse inuexit, cessando, ut tradit Abdias episcopus Babylonie libro octauo Certam. apostol. in hæc uerba: In idolo Astaroth apud Indos dæmon erat, qui se curare languidos, & cæcos, quos ipse lædebat, illuminare fateretur. Erant enim sine Deo uero homines illi: & necesse erat ut à Deo falso ludificarentur, qui eiusmodi arte illudit, uerum Deum non agnoscentes. His concitat dolores, morbos, damna, pericula, datque responsa ut ipsi sacrificent: & quum à se inuecta remouet, tanquam ab ipso sanentur, existimant omnes, nimirum stolidi: ille autem non sanando subuenit, sed à læsione cessando. itaq; cū lædere desinit, curasse putatur. Et post: Ipse diabolus arte reddit homines egrotos, ijsq; suadet uenerari idola. & ut sibi corū animas deuinciat, ab eorū uexatione desistit, ubi lapidi aut metallo dixerint, Tu es Deus meus. Et post ex Bartholomæi mandato fatetur dæmon, primò carnem hominum a se lædi, ue-

*Fortalium
fides lib. 5. de
bello demonum.*

rùm in animas nullam sibi concessam esse potestatem, nisi sacrificauerint. Deinde subdit: At ubi pro corporis sui salute nobis sacra fecerint, ab afflictione desinimus, quod tum in illorum animabus dominari inchoamus. Cum itaque à læsione quiescimus, eos curare uidemur, & uelut dij colimur, dæmones interim existentes. Pulchrè id à Tertulliano etiam docetur his uerbis: Habent de incolatu aeris, & de uicinia siderum, & de commercio nubium, cœlestes sapere paraturas, ut & pluias, quas iam sentiunt, repromittant dæmones, benefici planè & circa curas ualetudinum: lædunt enim primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua, siue contraria, postquam desinunt lædere, & curasse creduntur. Adiungam quid in hanc sententiã Tatianus Assyrius contra Græcos differat: Nullus affectus, inquiens, per occultam alterius rei dissensionem tollitur, nec ægrotus aliquis curatur amuletis, ut pelliculis appensis. Dæmonum istæ aggressiones sunt: & qui ægrotat, uel amat, uel odit, uel appetit ultionem, istos sibi auxiliares asciscunt. Utuntur autem dæmones hoc artificij modo. Quemadmodum figuræ literarum, & uersus qui inde conscribuntur, non per se possunt indicare, quod scribitur: sed hæc sibi cogitationum suarum signa homines constituerunt, ex certa ipsorum coniunctione, ita ut ordo literarum definitus est, rem intelligentes: sic etiam uariæ radices, & neruorum & ossium adhibitio, non sua natura aliquid efficiunt, sed tanquam elementaris institutio sunt improbitatis

In Apolog.
cap. 22.

bitatis dæmonum, qui ad quid singula ualere debeant, præscripserunt. Vbi uerò ab hominibus usurpari uiderint ministerium uel curationem ipsorum, superueniunt, & eos ad seruitutem redigunt. Et post: Non sanant dæmones, sed dolo capiunt homines. & rectè Iulianus ille maxima dignus admiratione, dæmones latronibus similes esse docuit. Siquidem ut illi uiros aliquos capere solent, deinde pacta mercede familiaribus eos restituere: sic etiam qui à uobis existimantur dii, quorundam hominum membris se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire iubent: & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleuerunt, ab ægris auolant, & morbum suo dolo productum obliterantes, pristinae ualeitudini homines reddunt. Testatur & D. Hieronymus, licet uirtute magica possunt aliqua fieri miracula, ut illa quæ pertinent ad curiositatem tantum, & uanitatem (sicut Simon magus fingebat statuas ambulare, loqui, ridere, & similia) ea tamen quæ sunt salubria, ut existunt curatio languidorum, illuminatio cæcorum, & huiusmodi, non posse artibus magicis siue à dæmonibus effici.

Hinc Augustinus, & legitur 26. q. ultima, admoneant: Admoneant fideles sacerdotes populos suos, ut nouerint, magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre, non animalibus languentibus claudicantibusue, uel etiam moribundis quicquam mederi: sed hæc sunt la-

queus & insidiæ antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. & si quis hæc exercuerit clericus, degradetur, laicus anathematizetur. Idem ferè in libro de Ciuitate Dei legitur: & 26. q. 2. qui sine. ubi mortem potius esse dicendam eiusmodi curationem, quàm uitam, docetur.

Ennead. 2.

lib. 9.

Ad curationum harum dæmonicarum cognitionem facit, quod Sabellicus scribit: Talis, inquiens, Circensium ludorum fuit pompa, quos tum instaurari contigit, quòd quidam è plebe homo T. Latinus, siue Tyberius Atinius, ut alij scribunt, à Ioue erat monitus, ut consulibus nunciaret, non placuisse sibi proximorum Circensium præfultorem: instare urbi periculum ingens, nisi darent operam, ut sibi ludi ex integro fierent. Id ille imperium quum fortè detraçtasset, ueritus ne, si fidem non fecisset, pro ludibrio abiret in ora hominum: ita accidit, ut paucis diebus quibus species illa fuerat homini notu oblata, filium nulla euidentiore morbi causa amiserit. At tum iterum simili oraculo interrogatus, an satis magnam haberet spreti numinis mercedem? Cæterum quum rem adhuc in oculo haberet, subita est corporis debilitate afflictus. Tum demum propinquorum consilio usus, lectica primò in forum ad consules, mox per illos in curiam delatus, ubi quæ per quietem fuerat iussus dicere, ordine exposuit. Miraculo accidisse aiunt, ut in pedes erectus, domum incolumis abierit. Sed malorum dæmonum aliquis Atinio in somnis affuit, qui futu-

rum in-

rum intelligens , ut paucis diebus ille filium amitteret, ipseque aliquanto breuius graui esset morbo defuncturus : ubi scilicet à se affligi desisset, hanc fallēdi ansam nactus, ut Romanum pop. in maiores adhuc tenebras conijceret, ridiculum illud ludorum schema oculis cæcæ multitudinis offudit.

Fictam esse dæmonum sanationem, & eam quandoq; à Deo permitti ob imprudentium credulitatem, admodum sæpe efficacem.

Cap. 14.

ITaque liquet, fictam saltem simulatamque curationem quandoq; exhibere dæmonem, à cruciamento cuius ipse author extitit, desistendo libēter, cuius rei admiratione faciles hominum mentes illaqueet, sibiq; infidelitate subiugēt spiritus in diffidentia filijs efficacis: hoc unum cum primis annitens, ut hi quos defraudarit, eum diuino cultu & honore dignentur: uel Deum, ob contumacem hominum incredulitatem, plerunque aliqua permittere credimus, ut uidentes non uideant, & audientes non audiant, nec intelligāt, uel quo modo ex confidentia in medicū, medicamentis plus accrescere interdū uirium conspiciamus: sic ex fide eiusmodi incantationum uerbis superstitiose adhibita, quanquam ex Scriptura frequenter furto satique inconcinnè subtractis, aliquid singularis energię accedere, nō temerè quis credat. quod nec Galenū latuit: illum plures curare affirmantem, in quem plures cōfidunt. Tantū habet pon-

Ephes. 2.

Lib. 1. Prognost. cap. 2.

*Lib. de incan-
tament. cap. 12.
Imaginatio
intensa san-
tionis, efficax.*

dæris, intensa sanationis imaginatio. Quare Pomponatius dicere non ueretur, in sanatione acquisita ex ueneratione ossium Diuis a scriptorum, si essent ossa canis, & tanta & talis de eis haberetur imaginatio, non minus subsequeretur sanitas: imò multa corpora ueneratione dignamur in terris, quorum animæ patiuntur in inferno, authore Augustino.

Ex maiorum historijs recentique patrum nostrorum memoria repetunt plerique exempla, asseruntque non paucos ad sola uota sanctis nescio qua crudelitate & religione facta, aut ex cōtactu contuitiue ossium (non dicam thecarū) quæ de quorundam cadaueribus collecta ac referuata ferebantur, recuperasse amissam uirium integritatē, sanitatis restitutione *αδωλομαθια* stabilite, uniuersi cultus impij authore unico diabolo. Imò inde natam peruasisse in animos hominum opinionem, auctamque etate & roboratā inueterasse aiunt: ut plus ualere, longeque ualidius obortas corpori ægritudines euellere atque extirpare sola uota statuis delata, quam remedia censerentur. Eam inoleuisse consuetudinē addunt, ut si quid aduersi accideret, non diuina desiderarentur auxilia, sed in subsidium illi inuocarentur sancti, quos talibus præsidere ac dominari malis persuasum erat: neglectum earatione fuisse Deum, contemptūque & pro nihilo habitam medicorum operā: preces quoque Deo ad cœlestium mandatorum præscriptum deferēdas, directas fuisse ad sanctos, aut ad statuas: uim item medicatricem diuinitus remedijs in
natura

natura ordinatis inditam, uotis fuisse tributam.

Quantum autem ualeat constans credulitas, apud uulgos propè innotuit. Credulitatem requirit superstitio, quemadmodùm fidem uera religio. Tãta siquidẽ potest obfirmata credulitas, ut etiam miracula operari credatur in opinionibus & actionibus falsis. Quilibet enim in sua religione, etiam falsa, modò firmissimè credat ueram, spiritum suum ea ipsa credulitatis ratione eleuat, donec assimiletur spiritibus illis qui eiusdem religionis duces sunt, & principes: eaquẽ uideatur operari, quæ natura & ratio non discernunt. Hæsitatio uerò & diffidentia, institutum opus non modò in superstitione, sed etiã in uera religione infirmant: & effectum quæsitum, licet multo usu confirmatum, eneruant. Quomodo autem superstitio imitetur religionem, exempla ostendunt, inquit Agrippa: uidelicet quando excommunicatur uermes & locustæ, ne frugibus noceant: quando baptizantur campanæ & imagines, & eiusmodi plura. Sed quia prisca illi magi, & qui eius artis authores apud ueteres extiterunt, fuerunt Chaldæi, Aegyptij, Assyrij, Persæ & Arabes, quorum religio omnis peruersa erat, & idolorum cultu inquinata: cauendum nobis summopere est, ne permittamus illorum errores supra nostræ religionis, Christianæ puram ueritatem dominari. Blasphemum enim hoc esset,

& βολιτυμα.

Cor: stãtis credulitatis potentia.

De occult. phil. lib. 3. cap. 4.

*Historijs non illepidis ostenditur, quid in magicis
curationibus ualeat temeraria credu-
litas. Cap. 15.*

CAeterùm quid temeraria illa ualeat cre-
dulitas, exemplis ostendam ridiculis: &
prius nõ illepidum, à uiro Ecclesiastico,
non infimi nominis Theologo, accepi. Narra-
bat is: Ad mulierculam quandam oculorum lip-
pitudine aliquandiu laborantem, casu nebulo-
nem diuertisse, qui sanationem oculorum cer-
tissimam pollicitus, suspensa in ipsius collo sche-
dula, tam cauit strictè, ne ea auferretur aut ape-
riretur aut legeretur, ut nihil hinc prorsus expe-
ctandum iuuamenti asseruerit, si aliquo hîc mo-
do delinqueretur. Mulier in multam erecta
spem confidens, à lachrymis se quoque conti-
nuit, quibus antea oculorum accrescebat ma-
lum: atque hac ratione paulatim conualuit. De-
mum ob adeptam sanitatem schedula negligenter
habita decidit: eiusque, cui hætenus unice
fidebat, animaduersa dein iactura, redeunt la-
chrymæ, malumque recrudescit. Schedulæ in-
terim ab alio inuentæ, referatæ & lectæ, inscri-
pta Germanico idiomate hæc aiebat fuisse uer-
ba: Der teuffel kratze dir die augen aufs, vnd
scheisse dir in die lœcher. Quod si uerbum uer-
bo reddatur, sonat: Diabolus eruat tibi oculos,
ac eorû foramina merda sua repleat. Si horum
aliqua fuisset uirtus uerborum, euulsi perijissent
oculi, cavitatibus dæmonis excrementis rursus
infartis. Non omnino absimile, Plinio referente,
uidetur

*Schedula rudi-
cula collo ap-
pensa.*

uidetur illud Marci Seruilij Nouiani principis ciuitatis , qui in metu lippitudinis, priusquam eam ipsam nominaret , aliú sive ei prædiceret, chartam duabus Græcis literis P & A inscriptâ, circumligatâ lino, subnectebat collo.

Sic cuidam puellæ terrifico furore interdum à dæmonio agitatæ, chartulam corio tectam, antea quidem in altari Missæ recitatione sacratam scilicet, suspendit ecclesiasticæ professionis uir, sanationem pollicitus : ea tamen cautione adhibita, ut in officio & rei fiducia retineretur puella : si schedula neglectui habita periret, eam ad pristinum relapsuram. Idcirco de custodienda uigilanter chartula, singularis omnibus incumberebat cura & studium. Tandem coniunx mea Iudith ad uillicum nostrum diuertit, è quo ubi miserabilem puellæ casum cognouisset, illam continuo uoluit accersiri. Atque hic illa studiosè pieque admonita ab uxore, ac rectius instituta, ut fiducia in Deum afflictorum patronum concepta, dæmonis negligat ludibria, sacrilegumque sacrifici consilium contemnat : eam mensa apparatus cibo quoque refici iubet cõiunx, simulque à collo periapton aufert. Qua re perculsi territi que procul fugiunt spectatores, relicta cum puella in domo coniuge sola, unâ cum Sophia filia: ueriti, ne ob suæ anchoræ sacræ iacturam, cui hucusque nixa puella minus angebatur, tanquam in portu subsistens, mox exiliret furore percita, insultuque uolento assistentes suo impeteret more. Interea ad monitiõni acquiescens, appposito fruitur uictu, ci
tra ul.

*Chartula in
nis collo sub-
nexa.*

tra ullam animi turbati notam, hilaris, ac, ne unquam amplius transfuersam à uiua in Deum fiducia se auocari sineret, erudita: optimè inde, nostra quidem sententia, habuit. Corio autem cõciso, implicata aliquoties chartula inerat sub lutea, plana, sine characteribus: quam cõfestim Vulcano consecrauit, præsentem puella, uxor.

Fallacè, captiosam, & periculosam huiusmodi esse sanationem, nemo non uidet. Ludit sæpe numero sub rerum harum ludicrarũ specie diabolus: & hoc exequitur, quod machinatores illi malefici persequuntur, ut omnis uis ab eiuscemodi figimento proficisci credatur. Rectè itaq; Rabi Moses ille Ægyptius, inendaces & stultos esse affirmat, qui soli figuræ, soli scripturæ, solis lineamentis, solis denique uocibus aere fracto natis, tantam miraculorum uim & potestatem tribuât. Nec temerè Antoninum Caracallâ imperatorem eos condemnare statuisse, tradit Aelius Spartianus, qui contra tertianas & quartanas febres periapta gestarent: quæ quoq; à Luciano lepidè irridentur. Tales quoque curatorum modos, ut supersticiosos, reijcit Augustinus his uerbis: Superstitiosum est, quicquid institutum est ab hominibus ad faciendam & colendam idola, pertinens uel ad colendam, sicut Deum, creaturam, partem uel ullam creaturæ: uel ad cõsultationes, uel pacta quædam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata: qualia sunt molimina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quàm docere solent poetæ. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore uanitate,

*Libro 1. per
plexorum,
cap. 72.*

*In dial. phi-
losoph.
Lib. 2. de do-
ctrin. Christi.
cap. 20. & 27.
q. 2. c. illud.*

ritate, haruspicum & augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus. siue in quibusdam notis quas characteres uocant, siue in quibusdam rebus suspendendis aut ligandis: in quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Vnde hæc cuncta uitæda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda. Item Serm. de temp. 215. Et si adhuc uideritis aliquos aut ad fontes, aut ad arbores uota reddere, sortilegos etiam & diuinos uel præcátatores inquirere, phylacteria etiã diabolica & characteres, aut herbas uel succos sibi aut suis appendere, durissimè tanta eorum peccata increpantes dicite: Quia quicumque fecerit hoc malum, perdit Baptismi sacramentũ. Identidem serm. 241. de Tempore. Hic prætermitti minimè oportuit indusium illud necessitatis nuncupatum, Germanis Nothembd, tan topere à proauis celebratum, quo induebatur, ut in bellis à quocumque telorum uel sphærularum bombardicarum ictu & armorum iniurijs liberi perdurarèt, & quoduis aliud corporis incommodum declinarèt securi. Eo quoque usæ sunt parturiètes, ut citius tutiusque foetũ deponerèt. Hinc nomẽ sortitum est, quòd in necessitate usurparetur, & suũ præstaret auxiliũ. Hoc aut solèni modo adornabatur. In una eademque nocte feriarũ Natalis Christi, filũ ex lino in nomine diaboli à iunioribus notę castitatis puellis neritexi que,

*Indusium necessitatis.
Nothembd.*

texique, & induſium conſui oportuit. In pectore uerò duo affuebatur capita, in quorũ dextro longa propendebat barba, & uelut galea erat impoſita: ſiniſtrum autem horridum & corona ornatum regis illius magni Beelzebub fuiſſe diceſ. latus utriuſque muniebatur cruce. Longitudine à collo medium hominem contegit induſium cum manicis. Id apud eximiæ nobilitatis uirum uidi, cui à patruo milite ſtrenuo ceſſerat, qui eo muniri ſolet, plurimũ huic fiſus: quemadmodum plerique etiam Cæſares, alijque principes & magnifici conſueuere. Hæc autem plus quàm ſuperſtitioſa, ſathanę doctrinam redolêt.

Quòd eximij medici alligationibus, characteribus, carminibusq; uſi ſint: & de Homericæ medicatione, ac Veſpaſiani miraculo. Cap. 16.

*Lib. 10. cap. 1.
circa finẽ li. 9.
ca. 4. & li. 11.
in finẽ. lib. 12.
cap. 9. Hunc
eo nomine ta-
xat Io. Ger-
ſon.*

*Annulo-
rum, alligatio-
nũ, characterũ,
& carminũ uſus apud
medicos.
Homericæ me-
dicatio.*

INterim excellentiſſimos quosdam medicos hic grauiter impegiffe non ignoro, qui non parum fidei his appoſuere nugis. Ex horum numero eſt, doctiſſimus alioqui, Alexander Tralianus, qui Herculis erecti leonem ſuffocantis, & in lapide medico inſculpti imaginem annulo aureo incluſam & geſtataſ, choliciſ mederi affirmat: ſic & calculoſis, podagricis & febricitantibus, conſuluit non ſolum alligationum, ſed & characterum & carminis uſu. Galenum quoque ab ijs quæ euidenter apparent, perſuaſum temporis proceſſu, adducit, uim ijs ineſſe ſentientem (in tractatu de Homericæ medicatione) quã tamẽ antea negauerat. Inſcriptionis autẽ ea extitit

extitit causa, q̄ Homerus suppressum uerbis sanguinē, & mysterijs sanatos morbos tradiderit. Nec Aetium, hærentes in gula & tonsillis spinas & ofsicula carmine superstitioso excantare puduit. Telum carmine ex thorace retractum, supra ex Beniuenio commemorauit. Marcellus etiam passim inculcat carmina: his quoque usus est Octauianus in Euporistis: item Q. Serenus, qui uerbum, Abracadabra, chartæ figura à se tradita inscriptum, appensumque ex collo, à febris, maximeque ab hemitritæo liberare docet. Gordonius itidem, & plerique alij superstitionibus additiōnes medici recentiores, licet primarij, carmina habuere familiaria, ut etiam ad sanguinis profluvia, ad comitales accessiones, ad partus difficultatem, ad febres intermittētes & erraticas, ad lumbricos, uulnera, fistulas, luxationes, hernias, & nescio ad quæ nō, haud pauca inuenerint. Quorum experientiam (inquit Augerius Ferrerius, cuius eruditam sententiam non inconuenienter hic latius adducam) cum ob oculos positam, & tot illustrium uirorum autoritate confirmatam uideris, quid facies? Nam ijs quæ sensibus exposita sunt contrauenire, sani hominis non est: doctorum uerò experimenta infirmare, temerarium. Tu uerò (dices) qui hæc inculcas, quid sentis? Dicam liberè. Neque enim superstitiosus homo sum, neq; fabularum amans, sed ueritatis studiosus. In quam cum toto animo ac studio omni incumberem, prodigiosas quoque has curationes attingere uolui, ne
 qua par-

*Lib. 2. metho.
 cap. 11. de Ho-
 merica medicis*

qua parte in artis operibus deficerem. Deprehendi itaque, curationis huius euentum non è characteribus, non ex carmine promanare: sed tanta est uis animi nostri, ut si quid honesti sibi persuaserit, atque in ea persuasione firmiter perseverarit, id ipsum quod cõcepit, agat, & potenter operetur: modò alterius, in quem agit, animum non habeat repugnãtem, neq; diffidentẽ. Nam si etiã fidentẽ & coadiuantẽ habuerit, citius quod intenditur, perficietur: si neq; fidentẽ neq; diffidẽtem, nihilominus uis animi agentis operabitur. Id in dentium doloribus, in quibus frequentissima hæc est medicatio, apertè uideri licet. Nam præcantator ita mouet non reluctantis ægroti animũ, ut dolor illo submurmurante, uel cum characteribus agente, sensim extinguatur. Quod miraculo non caret. At si fortè æger diffidat, aut planè ridiculum existimet remedium, aut circumstantes habeat qui fidem eleuent, & remedium coram illo contemnãt, præcantanti nulla uis erit, quia persuasioni suæ repugnantem habet alterius animum. Hic illud interferam, quòd cuidam puellæ nobili dolorè dentis à nobili uiro carmine lenitum meminerrim. sed illam redargutam ob impium curationis modum admissum, facti pœnituit: quare recurrit dolor, qui tamen postea euanuit sponte. Qui uerò citra fidem ac persuasionem ad incantandum accesserit, operam suam ludet: nisi fortè tam stupidum alterius nanciscatur animum, qui simulatione se decipi non sentiat. Non sunt ergo carmina, nō sunt characteres, qui talia possunt:

sunt: sed uis animi confidentis, & cum p̄tiente
concordis, ut doctissimè à Poeta dictum sit:

Nos habitat, non tartara, sed nec sidera cœli:

Spiritus, in nobis qui uiget, illa facit.

Verùm confidentia illa ac firma persuasio
comparatur indoctis animis p̄ opinionē, quam
de characteribus & sacris uerbis conceperunt.
Doctis & rerum intelligentiam habentibus, ni-
hil opus est externis: sed cognita uis animi, per
eam miracula edere possunt. qualia de Apol-
lonio refert Philostratus, cum ab externis mun-
danisque negocijs in animi secessum se recepis-
set. Indoctus ergo animus, hoc est, suæ pote-
statis & naturæ inscius, per externa illa confir-
matus, morbos curare poterit. Doctus uerò, &
sibi constās, solo uerbo sanabit: aut ut simul in-
doctum animum afficiat, externa quoque assu-
met, non solum quæ uulgo prolata dicuntur: uè
rumetiam alia quoque à se inuenta, uel quæcun-
que illi ad manum aut in mentem promptè ue-
nerint. Haftenus ille.

Vt porrò intelligatur manifestius, in illis
quæ præter naturæ ordinem adhibentur cura-
tionibus, dæmonium sæpe operari & collude-
re in hominum exitium, uerba Antonij Sabelli
ci hic adferam: Mirum, inquit, quantum præ-
stigiorum, ipsius principis & aliorum oculis of-
fuderunt mali dæmones per id tempus, quo Ve-
spasianus Alexandriæ fuerit. Nam & Basilides
libertus, qui aberat, uisus est illi sacrificāti mini-
strare, ut regium nomen futuro imperio omen
fecerit: & mox paulò illum pro tribunali seden-
tem, duo

*Ennead. 7.
lib. 3.*

tem, duo è plebe uiri adierunt, opem sibi orantes à Serapide demòstratam: hic oculis captus, ille debili crure, per quietem se monitos dicere, fore ut cæco dies illucesceret, si ipse oculos sputo Vespasianus inunxisset: alterque firmior fieret, si calce còtingeretur. Quum uix fides rei esset, nec res ullo modo successura crederetur, ne experiri quidem à principio Vespasianus ausus est. Cæterùm amicis hortantibus, utrunque pro concione tentauit: nec defuit euentus. Verebatur scilicet dæmò ille, què sub Serapidis nomine colebat Aegyptus, errorù mater, ne piorù ecclesia recens ibi constituta, ex uetusto illo ipsum exturbaret domicilio: præuiditque, futurum, ut duo ægri, uterque sua defuncturus esset clade: impulitque proinde ambos, ut à Vespasiano opè implorarèt, ut quum euentus secutus esset, eius fauore qui erat rerù potiturus, oraculi maiestas augetur, nec ex ipso Imperij fastigio ad ueræ lucis fulgorem animum intenderet.

De ligaturis, periaptis, & amuletis physicis: item dæmones nullis plantis aut terrena materia alii aut fugari. Cap. 17.

*Ligatura
physica.*

NVllam tamen hic fidem ligaturis, periaptis & amuletis physicis subtractam uolo. Pleræque enim substantiæ in earum generatione specificæ aut indiuidualis (ut sic dicam) constitutionis ratione, cœlitus aliqua imbuuntur uirtute, quæ ingenita & occulta antipathia aliarum quarundam actiones inhibeat & liget: unde physicæ ligaturæ origo & non inen.

men. Ita adamantis & alij præsentia, magnetis operationes, ne ferrum trahat, impedit: oleum, à palearum attractu uim succino adimit, ligatque. Periapta adhæc & amuleta uerè physica, ratione quoque fulciri naturali, & ab eorum substantia uapores quosdam uelut *arsuris* defluere, quidam contendunt medici: qui spiratione occultè attracti, morbi causam uirtute sua alterare, corpusque reficere possunt. Hac ratione radicem Pæoniæ maris recentem, & anagallidem rubro flore contra epilepsiæ minas suspendimus: stercus item lupi & intestinum, doloris colici cruciatibus afflictò alligamus, non (ut opinatur Pamphilus medicus) ob incantatiõis uirtutem, sed causam naturalem (ut dixi) occultam, uel spiritus harmoniacos, ut plerisque neotericis placere uideo. Quocirca Galenus eorum experientia doctus, periaptis sic confidere oportere admonet, ut substãtia illorum, & non incantationis magorum uerba, auxilietur. Eandem sustinuit sententiam Theophrastus: Potius, inquit, absurda illa putentur, quæ alligata & ueneficiorum aduersantia uocantur, & tum corporibus tum domibus unicè opitulari creduntur: quæ commenta hominum planè esse uidentur, qui suas artes magnificare celebrareque cuperent. Vnde nullam contra malignos spiritus antipathiam inesse moly uel hypericoni (etiãsi Fuga dæmonum à superstitione credulis nuncupetur: nec alia facultate quàm celestium gratiarum, noxios malorũ demonũ uapores à nobis arcere putetur) uel item lu-

*De periaptis
& amuletis
physicis, uide
Theodorum
Priscianũ me-
dicum ad Eri-
sebiũ lib. po-
stremo.
Galen. lib. 6.
et 10. de Simp-*

Li. 10. Simpla

*Lib. 9. de Fil
stor. plant.*

*Moly.
Hypericon.
Fuga dæmonũ
mim.*

Euporum porum capitibus ianuis affixis (uix enim scio)
capita an usquam laxior his spiritibus fenestra aperia-
Cnebisius car tur, quàm ubi portarum custodiam his capiti-
diuus. Cuius. bus demandatam conspiciamus) ingenuè asse-
Diosc. lib. 3. ro: quanquam eas herbas in ædibus suspen-
cap. 37. sas, ab hominibus & pecore maleficiæ arcere &
Plin. lib. 28. fugare, quemadmodum cnebisij cardui (quem
cap. 10. Cuius appellant Aegyptij) uiribus dæmonem
Diosc. lib. 3. in colloquium allici, grauissimi pronuncient
cap. 15. authores: quibus tamen, extra ueritatis me-
Proclus de tam non est affectu danda fides, quum ijs mul-
Magia & so to citius imponi à simulatis dæmonum artibus
crif. potuit, quàm illis qui Christum induti, peni-
Graviter hic tius satanæ ludibria cognorunt. Quare etiam
oppugnatur Io- rerum & uaticiniorum diabolicorum labyrin-
an. Frac. Pic. this, præclarissima illa ueterum ingenia im-
lib. 7. ca. 5. de plicita magis, irretitaque fuisse perhibent hi-
prænot. super- storiarum: quæ Christi aduentu, multorum testi-
stis. aduersus monio, prorsus desinere & obmutuere. Spiritus
magiam. sunt dæmones, qui ut nullis alliciuntur
August. de plantis uel terrena substantia, ita nec fugan-
Ciuitat. Dei. tur: etiamsi plerunque apud suos cultores, se
Iuseb. lib. 5. aliquarum rerum potentia inuitari, allici, tra-
cap. 1. 2. & li. hi, cogi, uel etiam abigi, ut impia credulitate
8. cap. 6. eos sibi magis obstringant, fraudulenter simu-
Plin. lib. 30. lent. Hic D. Thomas docet (allegans Augu-
cap. 1. stinum 21. de Ciuitate Dei) dæmones allici per
Plutarch. de uaria genera lapidum, herbarum, lignorum, ani-
Abol. or. malium, carminum, rituum, non ut animalia ci-
a. Parte. q. 115. bus, sed ut spiritus signis, si modò hæc eis exhi-
et. 5. ad. 3. bentur in signum diuini honoris, cuius ipsi
 sunt cupidi. His ergo rebus utitur maleficus
 instin-

instinctu dæmonis, per pactum inuocationis expressè uel tacitè, uel ad infamandum creaturas Dei, quæ de se bonæ sunt, uel ad maiorem credulitatem & deceptionem fidei animarum hominum perditorum, qui his & alijs utuntur ad inuocationem. Non igitur utitur maleficus, immò uerius dæmon, huiusmodi tanquam rebus efficacioribus ad tale maleficium: sed tanquam signis pacti illius inter se & ipsum maleficum, quem iam ut suum cultorem possidet tanquam hæreticum, & à fide alienum. Hæc ille. Posse tamen quædam corpora, uelut melancholica uel cholericæ, non tam grauius à dæmonio exagitata, quibusdã adhibitis rebus uel harmonijs nõnihil immutari, & ab afflictione leuari, inficias ire nolo: quo modo Saulem musica *1. Reg. 16.* per auditum demulcente quietiorem redditũ legimus.

*Quibus materijs dæmones & maleficia arceri
credebat antiquitas, & ecclesia Romana.
na. Cap. 18.*

IN eiusmodi religione suum habere locum credebatur sulphur, ad expiandum suffitu malos dæmones: quo in purificationibus sacerdotum uti solitos, uelut & asphaltum aut ablu-tione aquæ marinæ, scribit Proclus: quoniam purificat sulphur ob odoris acumen, aqua uerò marina propter igneam portionem. Hinc Ouidius de Medea:

*Sulphur.
Asphaltum.
Aqua marina.
Dæmones
expiantia.*

Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.

Expiare & pentaphyllon herba putabatur,

N 3 proinde

proinde in hanc rem usurpabât eam sacerdotes antiqui: quemadmodum & oliuę ramos, quæ tantæ esse puritatis dicitur, ut ferant oliuam meretrice plantatam uel infructuosam perpetuò manere, uel omnino exarescere. Simili modo expiationi conferre arbitrantur thus, myrrham, uerbenam, ualerianam, phu Arabibus dictam, palnam Christi portatam, uel radicem bryoniæ siccam, ac radicis aristologiæ siccæ suffitum, item benedictam, & gariophylatam, scillam quoque in limine domus suspensam. Similiter fel canis nigri suffitum, uel eiusdem sanguis linitus per omnes parietes, maximè præstare dicitur tam ad expiandum dæmones malos, quàm maleficia, ubicunque fuerint. Sunt & alia antiquis contra fascinationes commendata, uelut palinarum lignum in pomo offeum dente limatum, radix satyrij Orchis cognominati, feminæ failicet, quæ distinguitur internodijs & ramosiore frutice. Rutam fascini amuletum esse, tradit Aristoteles. Alissum in domo suspensum, salutare amuletum existere contra hominum quadrupedumque fascinationes: item rhamni tertij ramum ualuis fenestris uel impositum, ueneficia omnia depellere, tradit Dioscorides. Contra hæc quoque ualere cynocéphaliam, docet Appion Grammaticus. Baccharem herbam beneolentem, Virgilij testimonio freti, contra fascinum singulari pollere uirtute putant: in Bucol. — *Bacchare frontem Cingite, ne uani noceat mala lingua futuro.* Resistere & fascino frontis hyænæ corum legitur. Huc etiam multi lapides

*Quæ fascini
& maleficiū
auferre creduntur.*

*Sectione 20.
Probl. 34.*

*Lib 3. ca. 89.
Pim. lib. 30.
cap. 2.*

si lapides tum ex alijs, tum ex Alberto, ut mendacibus diaboli nundinis accedat authoritatis pondus, conferri queunt. Iaspidein empufis & alijs idolis aduersari, refert Dionysius. Corallum rubrum collo infantium appensum, aut armillis insertum, in brachioque gustatum, uel etiam in domo retentum, prærogatiuam habere aiunt contra fascinum. Lyncurius lapis præstigias ab oculis auferre creditur: quomodo he liotropius lapis uisum perstringere, & gestantem inuisibilem reddere: lipparis suffitus omnes bestias euocare, synochitides umbras inferorum educere, anachitides diuorum imagines apparere facere: enectis somniantibus superpositus oracula reddere putatur. Oleum ex gagate sacratum, dæmoniacis conferre, superstitione docet Mesue. Dicuntur & pennæ upupei suffitæ, phantasmata fugare. Ouum quoque in lustrationibus acciri solet: hinc oua lustralia dicta sunt. unde Ouidius:

Adueniat quæ lustrat anus lectumq; locumq;

Deferat & tremula sulphur & oua manu.

Ligatum adhæc sanare creditur picus auis comesta, suffumigium ex dente hominis mortui: si item corpus totum inungatur ex felle coruino & oleo sesamino, ex Cleopatra: uel si argentum uiuum in calamo uel auellanæ nucleo uacuo cum cera occlusum, sub puluinari maleficio læsi collocetur, aut sub limine ostij, per quod is in doinum uel cubiculum ingreditur.

Hic nostri in primis confugient ad suffimentum prunæ, cui cor piscis & iecur impositum

Lib. 3. de antidoti.

Oua lustralia.

Ligatos coruantia.

Tobie 3. erat à Tobia : ex cuius odore in superiora Aegypti fugisse dæmonium legitur, ubi angelus illud ligavit. at non tam suffumigio fugatum hoc re-
Tobie 6. spondeo, quàm Tobiaë iunioris castitate, & at-
 tenta ipsius, eiusque coniugis ad Deum misericordem oratione, ex angeli institutione. Narrat & Eusebius Serapin, qui Græcis Pluto dicitur, apud Aegyptios symbola dedisse, quibus dæmones expellerentur: docuisse etiam supplices, quo modo assumptis brutorum figuris insidientur hominibus dæmones: quibus maximè obnoxii sunt, qui cibis subinde distendantur lautioribus. In sinum despuere, aduersus fascinoles, ueteribus quoque in usu fuisse legitur. Sic apud Theophrastum:

ὅτι μὲν βασανισθῶσι, τῆς δὲ ἰμῆρ ἐπιτοκὰ κέλευσιν,

Ouidius;

Despuat in molles iam sibi quisque sinus.

Vehementiore adhuc itrepitu & maleolentium graminum fumo dissolui & sedari aereorum dæmoniorum insultum, creditum est. Idcirco (ait Gaudentius Merula) tanquam ex Academicorum officina fluxerint, etiam nunc Italæ mulieres tempestatibus imminenti-
Lib. 1. cap. 5. memorab. Contra tempestates.
 bus, diri odoris pabula sub dio comburunt: sacerdotes autem more Thracum (qui tempestate imminente, armati cum strictis ensibus & crotalis, horribiliq; clamore in nubes fremebant) ad obsequia cymbala, quæ campanæ dicuntur, conuolant: magis confidentes in boatibus illis apud Deum inanibus, quàm orationibus & ieiunijs. De suis conterraneis ferè quid simile scribit O-
 laus

Ianus Gothus, qui concitato in nubibus fragore, sagittas ex arcubus in aera excutientes, ostendebant se opem ferre dijs suis uelle, quos tunc ab alijs oppugnari putabant. Nec ea temeraria superstitione contenti, inusitati ponderis malleos, quos Iouiales uocabant, ingenti ære complexos, magnaque religione cultos, ad eum uulsum habebant, ut per eos tanquam per Claudia na tonitrua, & per usitatam rerum similitudinẽ, cœli fragores, quos malleis cieri credebant, exprimerent: tantiq̃ue sonitus uim fabriliũ specie imitantes, deorum suorum bellis sic adesse, admodum religiosum existimarent. Durabat is Iouialium malleorum usus usque ad annum à Christo nato 1130.

*Lib. 3. cap. 2.
de gent. Sapienr.*

Mallei Iouiales.

Apud nostros quoque proauos, non sana pa rochorum doctrina inoleuit longa annorum serie persuasio: artemisiã in ferijs D. Ioanni Baptistæ sacris ante domos suspensã, item alios frutices & plantas, atque etiam candelas facesque, designatis quibusdam diebus celebrioribus aqua lustrali rigatas, uel nescio quo modo expiãtas, & quando usus postulat incensas, contra tempestates, fulmina, tonitrua (in quæ etiam agminatim euestigiò ad omnium campanarum uiolentum continuumque tractum atque pulsus, ut præsentissimum auxilium & anchoram sacram, concurritur) & aduersus diaboli potestatem, opera, & quæcunq; maleficia, uelut prerogatiua quadã ualere. Quosdã incedere ipso die Ioannis fasciculũ lustratarũ herbarum, cõtra tonitrua, fulmina, grandinẽ, & credere eo

*In tractat. de
superst. 114. 9.*

Math. 4.

Maro. 1.

Luca 4.

suffumigio diabolum profligari, tempestatesq; sedari, tradit Martinus de Arles. At ueritati minime oportet præscribere uetustatis obseruationem. Fides est, spiritualis existens, quæ dæmonem exterminat: uerbum item Dei, spiritu efficax. Vetus huius rei testimonia & exempla, in ueritatis libris sacrosanctis quàm plurima atq; irrefutabilia leguntur.

Eadem religionis obseruatione in Apennino Italiæ intra Bononiam & Pisas, exorta tempestate mulieres foras procurrunt, eam eleuatis manibus consignantes caseo in die ascensionis Domini presso, decussatimque signato, crucis figura impresso fune, atque ita se fore illæsas arbitrabantur. Eodem in Apennino ouum in Ascensionis festo exclusum adseruant, summo, que illigant tecto, atque hoc modo istas ædes à tempestatis iniuria tutas fore existimant. Alij strata mensa in medio cubiculi, imponunt inter duas cereas ardentes cerauniam lapidem (ein donnerbeitel) is tum sudat, quod ipsis uidetur miraculum: cum tamen non minus natura id fiat, quàm uitrearum fenestrarum sudatio aut tum temporis, aut in hypocausto calente.

In hanc insuper rem uariè quibuscunque substantijs applicantur exorcismi, quibus herbæ ita consecrantur, ut sint utentibus eis sanitas animæ & corporis: fitque precatio, ut ex omnibus hominibus pecoribusque quæ inde gustauerunt, putredo & cuncta diaboli phantasmata expellatur, &c. Ex agêdis & obsequialib. hæc nota.

Huc pertinet aqua in usum in numerum ab
omni,

omnipotente creatore condita, quæ nouas scilicet uires induerit ijs uerbis, Exorciso te creatura aquæ in nomine Dei patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi filij eius Domini nostri, & in uirtute Spiritus sancti, ut fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explatere ualeas cum angelis suis apostaticis. Alexander I. Romanus pontifex autor fuit, ut huiusmodi salinis aqua consecraretur ad dæmones pellendos, & ut in templo domiq; cōseruaretur: sed in Græcorum ecclesia, hæc aqua condemnatur ut superstitiosa.

Habet item uirtutem suam peculiarem salis. Eo quoque Elizeus ex Dei mandato infalubrem aquam Hierichuntis reddidit salubrem: iam autem absq; eo exorcismis redditur sanctior præstatiórq; contra satanã hoc modo: Exorciso te creatura salis per Deũ + uiuũ, per Deũ + uerũ, p Deũ + sanctũ, per Deũ q te per Elizeũ pphetã in aquã mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcisatus in salutẽ credentiũ; ut sis omnib. te sumentib. sanitas mētis & corporis: & effugiat atq; discedat ab eo loco, q te affusus fuerit, omnis phãtasia & nequitia uel uersutia diabolicę fraudis, omnisq; spiritus immũdũ a diuratus, &c. Alexand. I. in epist. decretal. I. Idẽ textu, ext. in c. aquã sale cōspersam, de consecr. dist. 3. Huc referatur & nobile illud balsamũ uirtutis uarię, præter insignẽ eius odorẽ. Quo ut reges & sacerdotes Leuitici inungerẽtur, in uerã electiõis cōfirmationẽ constituit in sua politia
Moses,

360 De præstigijs dæmonum

Moses, donec hominem indueret æternus Rex & sacerdos Iesus Christus. In ecclesia aut Roma grauibus exorcismis lustratur, nouiesque cum multo murmure genu ter flexo salutatur, Aue sanctum oleum, ter Aue sanctum chrisma, ter Aue sanctum balsamum: atque huius ope & præstantia non solum creditur exturbari dæmonium, sed eius loco substitui Spiritum sanctû.

Nulla radice dæmonem extrahi, contra Iosephum: & de radice Baaras nuncupata.

Cap. 19.

*Lib. 8. antiq.
Ind. cap. 2.
Criminus libr.
9. cap. 5.*

*Anulo in-
elusa radice
dæmonem ex-
trahenti hi-
storia.*

CAeterum quod Iosephus gloriatur, se præ-
sente Vespasiano Imperatore, uidisse
quendam de gente Hebraica Eleazarum, nari-
bus cuiusdam à dæmone obsessi annulum, cu-
ius signaculo radix à Salomone reperta, erat
subdita, applicuisse, & dæmonem è naribus odo-
rantis extraxisse: qui cum in terrâ repentè con-
cidisset, Eleazarum coniurationis Salomonis
câtico dæmonium proscripsisse: hic certè faten-
dum est, Iosephum Iudæum, ut & Vespasianum
ethnicum, atque Eleazarum Hebræum, diaboli
præstigijs illusos fuisse, qui se radice Salomonis
asscriptæ potentia attrahi simulabat: cum non
coactè, sed spontè, Dei assensu, cesserit (simulat
enim se cogi, ut alios cautius dementet) quò
plus fidei annulo, uel figmento radice, materiæ
dæmoni exturbando ineptæ, adhiberetur, nec
ad Deum unicuique satanæ propulsorè legitimo
confugeretur ordine: atq; ut fabulæ exitus con-
simili

Simili initijs comento absolueretur, nimirum decoro tegeretur pallio actus hic per se impius: nec in doli quætionem uocaretur, pondus que acquireret, Solomon ars allcribitur, cuius existimatione quascunque suas itabiliret sanciret: que fraudes diabolus. At hunc diuinum uerè sapientiz antilitem, atque à superstitione demonum magia alienum tuisse constat: & secundum sacras Hebræorum historias, disputare solitum de arboribus & herbis, à cedro Libani usque ad hyssopum: item de iumentis, uolucris, reptilibus & piscibus. quæ omnia rerum solum naturalium cognitionem, uel si maui, naturalem magiam præ se ferunt: nisi fortè idololatriz postea in uxorū gratiam, eum curiosas annexuisse artes, quis obstinatius suspicari uelit.

Fortassis radix illa fuerit, quam idem Iosephus alio describit loco, cuius historiam, ut demonis figmenta & imposturæ magis elucescant, non pigebit adiungere: Vallis, inquit, qua Macherus Iudææ ciuitas à parte septentrionali cingitur, quidam locus Baaras appellatur: ubi radix eodem nomine gignitur, quæ flammæ quidem assimilis est colore, circa uesperam uerò ueluti iubare fulgurans, accedentibus, eam que euellere cupientibus facilis non est. sed tam diu refugit, nec prius manet, quam si quis urinam muliebrem uel menstruum sanguinem super eam fuderit: quinetiam tunc si quis eam tetigerit, mors certa est, nisi fortè illam ipsam radicem ferat de manu pendentem.

*De bell. Iud.
lib. 7. cap. 35.*

Baaras radix.

Capitur

Capitur autem alio quoque modo sine periculo, qui talis est. Totam eam circumfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditum: deinde ab ea canem religant: illoq; sequi eum à quo religatus est cupiente, radix quidem facile euellitur, canis uerò continuò moritur, tanquam eius uice, à quo herba tollenda erat, traditus: nullus eum postea accipientibus metus est. Tantis autem periculis propter unam uim capi eam, operæ precium est. Nam quæ uocantur dæmonia, pessimorum hominū spiritus, uiuis immerfa, eosq; necantia quibus subuentum non fuerit, hæc citò, etiamsi tantummodo admoueatur ægrotantibus, abigit. Hucusq; Iosephus. At minus fidei dabitur radici, si eius colligendæ modus sereniore mentis oculo perspiciatur.

*Homunculus
ex radice mā
dragora.*

Idem ferè commentum narratur de homunculo illo facticio, ex mandragoræ, harundinum, bryoniæ, aliarumq; plantarum radicibus concinnato. Sculpunt enim impostores in his adhuc uirentibus, tam uirorum quàm mulierum formas, infixis hordei & milij granis, ijs in locis, ubi pilos enasci uolūt, deinde facta scrobe, tandem tenui arena obruunt, quousque grana illæ radices emittant: id quod uiginti dierum spacio ad summum fieri dicunt. Demum eas erunt, & adnatas è granis radices acutissimo cultello scindunt, aptantq; ita ut capillos, barbam, & cæteros corporis pilos referant. Vulgò autem ignaro & simplicibus persuadetur, has radices humanam effigiem representantes, effodi haudquaquam posse, nisi cum magno uitæ periculo:

Ticulò : cane qui effodiat, radicibus alligato, & auribus pice obturatis, ne radicis clamorem audiant effodientes: quòd audita uoce periclitentur, pereantque fossores. Mirum quantum uirium huic facticio homuncioni, quasi ex urina furis suspensi enato sub patibulo, ex uulgi persuasione tribuatur còtra tempestates & nescio quas non calamitates. Meræ autem sunt nugæ.

Memorable est, quod 2. Decret. legitur: *Cap. 26. q. 2. in
Sio. 5. episcopi*
Semper diabolus sub uelaminibus latens, prodit se, dum ea confingit quæ hærent personis, *pi.*
per quas fallere nititur. Si autem quilibet opponit & dicit, Quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicunt futura: aut quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægritudinem, si aliquid propriæ uirtutis aut potestatis non habeant: hoc à nobis accipiat responsum: Quòd ideo quisquam non debet eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicunt, aut sanare uidentur languidos, aut lædere sanos: quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi qui hæc audiunt uel uident, probentur, & appareat qua fide sint uel deuotione erga Deum. sicut in Deuteronomio legitur *Deut. 31.*
Moses ex diuino uerbo Dei populo præcepisse: non esse credendum prophetæ aut somnatori, etiamsi euenierit signum atque portentum quod loquutus est, si à uero Dei cultu is abducatur.

AD hæc, ad eorū qui maleficio affecti cre-
duntur, uel à fata na obsidione pressi, cu-
rationē, inepti, temerarij & audaculi ho-
mines, professione Ecclesiastici, sed uitæ spur-
cicia nimis mundani (quales in hoc ministeriū
& scenam postulat fabulæ actor) suis præscri-
ptis exorcismis & formula certarū ceremoniarum
obseruata accurrunt, ut morbum soluant,
pellantque dæmonium: quod interdum horum
diris & deierationibus cedit uolēs & colludēs,
ut impietatem corroboret. Næ incantatoribus
iure optimo hi accensendi erunt exorcistæ. Hic
ut quasdam eorum obseruationes breuibus e-
narrem, unde (ueluti ex ungue leonem) reliqua
metiaris, post confessionem illius qui coniura-
tionibus expiabitur, per singulos domus angu-
los, in lectisternijs & culcitris, uel sub limine o-
stij, diligenti indagacione quæritur, num aliqua
maleficij materies possit inueniri, mox exuren-
da. Ab Apostolis sanè uel primitiua Ecclesia, id
promanauit minime. Si enim à diaboli malefi-
co actu, exorcismis integrè quis curetur: quor-
sum eæ quisquiliæ in angulis reconditæ, uel ter-
ra obrutæ, corpus nullo modo contingentes,
aut halitu ferientes oberunt? Inde candelâ be-
nedictam continet manu genibus flexis malefi-
cio læsus, qui aqua etiam aspergitur lustrali, &
collum stola cingitur: ac præter orationes reci-
tantur Litaneæ uulgares, addendo ad sancto-
rum inue-

*dyopnism.**Superstitiosa
maleficio af-
fecti curatio.**Exorcismorum
abusus.*

rum inue-

rum inuocationē, Ora pro eo, uel Orate, & Propitius esto, Libera eum Domine. Et orationum loco adhibentur exorcismi, qui quoque ut minimum ter in septimana continuantur: ut multiplicatis intercessionibus, gratia obtineatur sanitatis. Hanc formam præscribunt Mallei maleficarum authores Theologi, contra euentem Christi doctrinam: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos: Ego sum uia, ueritas & uita: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. item: Orantes ne sitis multiloqui, sicut ethnici: putat enim fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur. ne igitur efficaciamini istis similes. nouit enim pater uester, quibus uobis opus sit, priusquam oratis ab illo. De ceremoniarum lenocinijs nihil aliud dicam, quam ea quidem pietatis præbere speciem: sed quoniam inania rerum existunt simulachra, non arcet impiorum spirituum assaultum: at maioris impietatis quandoque sunt occasio.

Præterea extra ordinem exorcista procedere potest per orationes: & si legere nouit Scripturas (sic illi Theologi loquuntur: unde exorcistam quandoque non nouisse legere, multo minus intelligere quæ legit, manifestum est) legat Euangelia quatuor prima Euangelistarum: item euangelium, Missus est angelus: & passionem Domini: quæ omnia magnam habent uirtutem ad expulsionem operum diaboli. Item, Euangelium sancti Ioannis, In principio erat uerbum, scribatur, & ad collum suspendatur, & sic gratia sanitatis expectetur. Hæc eorum sunt uerba. Hic

O

plura

*locus iste est
michi ualde
suffragans*

*2. Secunda pars
in. q. 2. cap. 6.
Matth. 11.*

*Joan. 14. 16.
Matth. 6.*

*Ceremonia
inania rerum
simulachra.*

plura Scripturæ testimonijs conuelli possent: quemadmodum, si exorcista quandoque non intelligat quæ legit, solumque lingua loquatur, quomodo uerè pronuntiabitur Amen? uide Paulum 1. Corinth. 14. Nam breuis esse laboro.

Commodè hic Augustinū in Ioannis. Euangelium me adducturum uideor, qui ita habet:

Tract. 7. Pingunt spiritus mali umbras quasdam honoris sibi metipsis, ut sic decipiant eos qui sequuntur Christum: usque adeò, fratres mei, ut illi qui seducunt per ligaturas, per preces, per machinamenta inimici, suis præcantationibus misceant nomen Christi. quia non possunt seducere Christianos, ut dent uenenum: addunt mellis aliquantum, ut per id quod dulce est, lateat id quod amarum est, & bibatur ad perniciem. usque adeò, ut ego nouerim aliquo tempore illius Palleati sacerdotem solere dicere: Et ipse Palleatus Christianus est. Ut quid hoc, fratres, nisi quia aliter nõ possunt seduci Christiani? Ne quæritis ergo alibi Christum, quàm ubi se uoluit prædicari Christus. Et quomodo uoluit prædicari, sic illū tenete, sic in cordibus uestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & aduersus omnes insidias inimici. Nolite timere: nec tentat ille nisi permissus fuerit, aut missus. Mittitur tanquam malus, à potestate dominante. Permittitur, quando aliquid petit: & hoc, fratres, non fit nisi ut probentur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? Ambula in Domino Deo tuo: certus esto, quod te non uult pati, nõ pateris: quod te permiserit pati, flagellum corrigentis

Quare Christi nomen preces & exorcismis misceant seducere.

gentis est, non pœna damnantis. Ad hæreditatem supernam erudimur, & flagellari dedignamur: Hæc Augustinus.

Quomodo autem ad exturbandum dæmonem, uel opera eius euertenda, ualebit illa Euāgeliorum recitatio, cum non sint instituto huic, intellectu consona? & ubi dæmonia eiicerent Christus, eiusque discipuli, & uiri postea sancti, uerbis huic negotio aptis consignatisque loquebantur, & respondebant (ut fertur) ad formam. Si etenim in uerborum inconuenientium pronuntiatione simplici uirtus consistit desiderata, non minus, inuò maius præstiterunt quidam è circueuntibus Iudæis exorcistis, qui tenterunt super eos qui habebāt spiritus malos, inuocare nomen Domini I E S V, dicentes: Ad iuramus uos per Iesum quem Paulus prædicat. Erant uerò quidam filij Sceuæ Iudæi, principis sacerdotum, septē, qui hoc faciebant. At respondens spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulū scio, uos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis, qui habitabant Ephesi, & timor incidit super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini I E S V. Multi uerò ex ijs qui curiosas exercuerāt artes, comportatos libros exusserunt coram omnib.

& supputatis illorum precijs, pecuniæ
quinquaginta millia
repererunt.

*Verbis instituto
consonum opus
est in eliminando satana.*

Act. 19.

Historiæ memorabiles quarundam exorcistarum. Cap. 21.

RAram, sed memorandam historiam cuiusdam exorcistæ, ex eorum numero qui ad se solum spectare exorcismis dæmones expellendi officium, persuasum habent, prætermittere oportuit minimè. Quidam pastoris munere fungens in pago Durweifs, circa Esuweiler, puellam nomine Helenâ diaboli obsidione pressam in Loen pago, prope Aldenhouiam sito, in Iulię ducatu, suis execrationib. se liberare uelle, elato supercilio promittebat, conuocatis ad huius miraculi spectaculum solenne aliquot ecclesiasticis uicinis: quorum unus, pastor nimirû in Biecht Ioannes Vuindelius, qui actioni interfuit, rem omnem mihi recensuit ordine, atq; ex mea petitione scripsit. Exorcistæ huic aliquandiu suis deierationibus frustra sudanti in exturbando dæmone, hic tandem ait, se mansurum propterea, quòd circa uitrum loco illi illustrando, ut fieri solet, applicatum uersarétur multi eius college, qui ipsam confirmarét. Miser ille pastor mendaciorum authori confisus, ad eos per uitrum expellendos, quod hic scilicet commostrarat, haud mora conuertitur: atque ubi se operam ludere uideret, indignabundus tandem in hæc erupit uerba Latina, quæ non intellecturû dæmonem fortassis sperabat: Si ullam habes potestatem transmigrandi in Christianum sanguinem, transmigra ex illa in me. Cui incunctanter

Latinè,

Latinè, & quidem iuridicè respondit diabolus: *Exorcista La-
tine respōdat
demon.*
 Quem pleno iure in postremo die possidebo, quid opus est illum tentare? Postea dæmonis testimonium de Missa cognoscere cupiens Ioannes Sartorius parochus in Loen, materna lingua rogabat dæmonium, quare puella mox ad sonum campanæ, indicantem missæ actionem celebrandam, semper ab eo cogeretur ad templum: num missa tam esset bona, aut mala? Ad hanc quæstionem se non respondere posse, sed deliberaturum, inquit. Actus hic celebratus anno 1559. circiter 17 Augusti.

Si exorcista ille assueuisset lectioni uitaë Franciscisci, non difficilem dæmonis fugandi modum inuenisset. Cum enim Franciscus in eo pellen- *In lib. Con-
firm.
Fol. 84.*
 do quandoque se aerem uerberare intelligeret, Iuniperum Christi nautam se missurum minitabatur: quo nomine audito, fugam haud mora arripiebat.

In eadem narrationum obscurarum historia *Fol. 154. 155.*
 legitur, Franciscanum suis exorcismis diabolum compulisse ad ueritatis confessionem quater alta uoce repetitam, de uirtute indulgentiarum ad D. Virginem, uti dicunt, pro pœna & culpa, tam efficacium, ut quiduis in ecclesia remitteretur, etiamsi uniuersi mundi homines quis trucidasset. Querebatur item, eorum potentia omnes subtrahi animas, quorum antea potestatem obtinuerat: & proh dolor, non paucas ex purgatorio euolantes animas summam indulgentiarum energiã mirè prædicare: mulierem quoque ea ratione à se obsideri, ut maxima earum uis

570 De præstigijs dæmonum

innotesceret: fatebatur rogatus, earum contemptori consultius esse, ut asinum cauda traheret Rauenna Mediolanum.

*Vuesalienfis
exorcista.*

Superiori adhæc anno, nimirum millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, quum apud Vuesaliam inferiorem nouerca priuignam annorum circiter duodecim, Gerardam nomine, tam premeret duriter uerbis, uerberibus & fame, ut in morbum illaberetur caducum: dæmonium ex ea pellere conatus est exorcismis, & paxide cum pane missali gulæ admota, monachus quidam Vuinandus, ex Dominicanorum cœtu: qui & uaccæ exorcismos applicuit, stolæque Missalis portionem in pascuis iussit fodi, ubi pascebatur uacca. Demirandum sanè, tam impunè eiusmodi dæmonum mancipia tolerari à magistratu: ægerrimè etiam hospitium cedente pijs quibusdam, uel certè pio zelo ductis, si propositæ confessionis formulæ subscribere grauentur. Quam in re, ut & id genus reliquis, moderationem & iudicium præferre decet consulis in uenerando illo ordine clarissimi, D. THEODORIGRONII, ob nō uulgarem doctrinam, pietatem, prudentiam ac humanitatē, sua laude multa citra controuersiam dignissimi, quo & coniunctissimè fruor, etiamsi rumpantur illa Codro.

Qui diabolo bellum Coloniae facit, pater est collegij Conuersarum, nomine Godhardus ab Hagen. Sunt & ex Paracelsi affeclis, qui non nihil se hinc posse gloriantur: at oculos suos uitrioli fumo læsos, dæmonij præstigijs facile

facile nimis uinci patiuntur.

*Exorcism i fecti historia insignis : item
diabolum egisse exorcistam.*

Cap. 22.

Fecti exorcismi historiam aliam sanè le-
ctu dignissimam hic subiungere placuit,
ut aliæ eius generis actiones ex ἀθανασία
penitus dijudicentur. Est autem ea ut mi-
hi notissima, ita & certissima. Nam eo ferè
tempore Lutetia Aureliam ueni, ubi cogno-
mine meo Latino, nimirum Piscinario, no-
tior, Natalis Ramardi medici regis Francisci
& reginæ Nauarræ, filios duos, Natalem ap-
ud sanctum Lazarum in suburbijis Priorem, &
Ioannem, itém Ioannem Vernetum nepotem,
instituendos suscepi: quos etiam post paucos
menses Parrhisios reduxi. Hic tum familia-
riter utebar multis non obscuri nominis uiris,
potissimum medicis, Gerardo Fabro Cadurca-
no, Vitali Besumbæo, Ioachino quodam ex
Prouincia oriundo, Michaelle Villanouano, &
reliquis. Ibi tunc temporis quoque cum Ioan-
ne Sturmio, multijugæ eruditionis uiro, simul
degebat doctissimus ille Ioânes Sleidanus, qui
institutam tragœdiæ narrationem ea fide & or-
dine explicat, ut à me nihil debeat immutari.

Anno millesimo quingêtesimo supra tricesi-
mum quartum, prætoris uxor Aureliæ testa-
mento cauerat, ut sine pompa sepeliretur, atque
strepitu. Quum enim è uita quis excessit in
Gallijs, præcones funebres ad hoc conducti per
urbis loca frequentiora circueunt, & cymbalis

excitato sono multitudinem conuocant: deinde nomen eius qui discessit, atque titulos edunt: & hortati populum ut pro mortuo Deum precantur, quando sit & ubi sepeliendus, pronunciant. Cum autem funus defertur, adhiberi solent plerunque monachi mendicantes, & multa præferuntur luminaria. certatim ista fiunt, & æmulatione quadam: & quo magnificentior est apparatus, eo maior est populi concursus & admiratio. sed ea, quam dixi, fœmina nihil eorum sibi fieri uoluit. Maritus ergo qui coniugis memoriam diligeret, morem ei gessit: & Franciscanis, quorum in templo sepulta fuit iuxta patrem & auum, munèris loco dabat sex tantum aureos, quum illi sperassent multo maiorem prædam. Et cum deinde syluam cæderet atque diuenderet, petentibus illis ligna dari sibi gratis, denegabat. Tulerunt hoc ualde grauer: & cum antea minus illum probarent, ulciscendi rationem hanc excogitabant, ut diceret, ipsius uxorem in sempiternum esse damnatam. Architecti erant huius tragœdiæ Colimannus & Stephanus Atrebatensis, ambo Theologi doctores: & ille quidem erat exorcista, totumque suum apparatus in eiusmodi rebus adhiberi solitum, habebat in promptu. rem uerò sic administrant. Nouitium quendam adolescentem supra testudinem templi collocant: is in tempesta nocte, cum ad demurmurandas preces illi more consueto uenirent, magnum excitat strepitum. adhibentur adiurationes & exorcismi: sed nihil ille proloquitur, iussus edere signum, quo
 decla-

declararet, num sit mutus spiritus, denuò tumultuatur & perstrepat: id erat loco signi. Eo iacto fundamento, ciues aliquot, & celebres quidem, ac ipsorum studiosos adeunt: narrant sibi triste quiddam accidisse domi, neque tamen quod rei sit exponunt: sed rogant, ne grauentur adesse nocturnis precibus. Cum hi uenissent, & precreationum esset factum initium, ille de superiori loco turbam excitat. rogatus quid uellet, & quod esset, significat non sibi licere loqui: iubetur ergo per signa respondere ad interrogata. Foramen autem erat factum, per quod admotis auribus exorcistæ uocem haurire poterat, & intelligeret: deinde tabulam habebat ad manum, quam interrogatus feriebat, sic ut infra posset exaudiri. Primum itaque rogatus, num ex eorum sit numero, qui ibi sint sepulti: postea multis ordine recitatis nominatim, quorum erant ibi corpora condita, uenitur tandem ad uxorem prætoris: ibi dato signo, se spiritum eius esse demonstrat. An sit damnatus, & quoniam suo merito seu delicto: num propter auariciam, aut libidinem, aut superbiam, aut non præstitam charitatem, an uero propter nuper natam hæresim & Lutheranismum? Deinde quid sibi uelit illo strepitu & inquietudine? num ut corpus loco sacro sepultum effodiatur, alioque transportetur? Ad hæc omnia sic, ut iussus erat, per signa respondet, quibus aliquid uel affirmabat uel negabat, prout bis aut ter tabulam feriret. Cum autem & damnationis suæ causam esse Lutheranam hæresim, & effodiendum esse corpus significaret: monachi

petunt à ciuibus quos adhibuerant, ut ijs quæ coràm uidissent, dent testimonium : & actis, quæ iam erant confecta superioribus diebus, subscriberent. Hi, re deliberata, ne præto-rem offenderent, aut molestiam sibi crearent, id facere recusant: illi nihilominus panem azymum, quem uocant hostiam & corpus Domini, cum reliquijs omnibus diuorum aliò transferunt, & Missas ibi suas peragunt: quod lege pontificia fieri solet, quum locus aliquis propter infamiam & prophanationem est expiandus. nam certa quædam eius rei capita sunt, ipsorum comprehensa libris. Episcopi autem uicarius iudex, Officalem uocant, ea re cognita, ut propius omnia cognosceret, uenit eò, comitatus honestis aliquot uiris, & exorcismos fieri se præsentem iubet: ac deligi nonnullos petit, qui supra testudinem ascendant, & uideant num spectrum aliquod appareat. Ibi Stephanus Atrebatensis à modum repugnat, & ualde dehortatus ne fieret, aiebat non esse turbandum spiritum: & quanquam is, quem dixi, uicarius multum instabat ut adiurationes fierent, tamen impetrare nihil potuit. Interea prætor, ubi reliquos iudices urbanos, quid fieri uellet, docuisset: ad Regem profectus, rem omnem commemorat. Et quia suis priuilegijs ac immunitatibus freti iudicium monachi declinabant, Rex è senatu Parisino deligit, qui de causa cognoscant: ijsque plenam potestatem attribuit. facit idem Cancellarius Antonius Pratensis, Cardinalis & lega-
tus

tus per Galliam pontificius. Itaque quum nullam haberent exceptionem rei, traducti Lutetiam, coacti sunt respondere: sed nulla potuit ab eis exprimi confessio. Positæ singulis erant custodiæ separatim, & nouitius quidem tenebatur in ædibus Fumæi senatoris, & sæpe sollicitatus nihil uoluit fateri, metuens ne post interficeretur ab illis ob inuistam ordini maculam, & factam ignominiam: sed quum iudices & impunitatem ei promitterent, & fore dicerent ut in ipsorum potestatem minimè rediret, totam actionem ordine recēset: & adductus ad illos, idem adfirmat. Illi, quanquam erant conuicti, & in ipso propè maleficio deprehensi, recusabant tamen iudices, ac priuilegia sua iactabant: uerùm id frustra fuit, & de communi consilio lata sententia damnati sunt, ut Aureliam reducti, & in carcerem conditi, publicè deinde producerentur ad primarium templum, & ad eum urbis locum ubi supplicia sumuntur de maleficis, atque ibi suum scelus ipsi profiterentur. Postea in prouerbium abiisse in mini, ubi figmentum aliquod narraretur, Spiritus est Aurelianensis, dici solitum.

De alijs duobus sacerdotibus, simulatum demonem exorcismis fallaciter expellentibus, item de simili dæmoniaca muliere sanata, uide capita 20 & 21 libri tertij. At hoc hominum genus prærogatiuam hæreditariam haud dubiè hic prætetendit: adiuuabat enim Christus quoque per Deum uiuentem princeps sacerdotum.

Matth. 17.

Exor.

Marc. 5. Exorcismi modum nouit quoque diabolus, eoq̄ue adoriri Christum ipsum audet: Adiuro

Math. 8. te, dicens, per Deum, ne me torqueas. Sed sua

Marc. 5. potentia dæmoni uni uel pluribus imperauit

Luca 8. Christus: Exi, Abite: & euestigio ad obedientiã

sunt coacti. ut rectè Eusebius ille Cæsariensis in Panegyrico dixerit: Communis quidem om-

nium seruator rebelles potestates, quæ circum

hunc qui terris imminet aerem peruolantes, hu-

manis animis insinuabãt sese, inuisibili ac diui-

na potestate, uelut feras agrestes, suarum ouijũ

Actor. 16. ceu pastor bonus, procul fugauit. In ipsius no-

mine egredi dæmones iusserũt paucissimis uer-

bis Apostoli, & illius discipuli, totius nature do-

minium & imperium omnis abstrusæ uirtutis

in cœlo & in terra, & spiritum omnipotentis o-

re suo gerentes.

Explosis itaque exterminatisq̄ue nostris di-

uinis, ariolis, magorum occultis antistitibus, &

quibuscunq; alijs superstitionum collegis uul-

garibusq̄ue exorcistis: abijciamus Aegyptiacas

disciplinas, feralia carminum arcana, uanos fu-

rores, execrandas artes, & philtura uim factura

dijis, & Colchicos succos, & dæmoniacas factio-

nes, Plutonica denique uolumina, & umbrarũ

libros, Stygiasq̄ue coniurationes, atque Ache-

ronteos ritus membrana chartaũe contentos,

Pyriphlegethonti, hoc est igni focoq̄ue (ut Ca-

pion inquit) tradamus, & fidamus Deo: ac in

Christo Dei filio, per quem uiuimus, mouemur

& sumus, sinceriter simplicerq̄ue spem omnem

fixam habeamus.

Curandi

Curandi maleficij methodus certissima.

Cap. 23.

NObis hic longè alia, quàm inolita iam dum cõsuetudine acceperimus, in profli-
gando sathana, eiusque sanandis malefi-
cijs, ratio ineunda uidetur, doctrinæ Christi &
Apostolorum conformior. Omniũ uerò primũ,
ubi in alium aliquod præter naturæ ordinem in
aliquo se prodere uidetur, ad eum ex Dei ordi-
natione confugiendum est, qui professione, do-
ctrina atque artis usu celebris, morbos, eorum
differentias, signa, & causas penitus dignoscat:
nimirũ ad bonæ conscientiæ medicum. Enim-
uerò tam rara sæpenumero & grauiã in morbis
suboriuntur symptomata, quæ licet naturæ im-
petu exoriantur, tamen ad maleficium mox re-
ferunt rerum imperiti atque exiguæ fidei homi-
nes : quemadmodum in diuersis conuulsionis
speciebus, melancholia, epilepsia, uteri suffoca-
tione, putrescente semine, & multifarijs uene-
norum effectibus frequenter apparet. At inter
hos affectus & accidentia discernens prudens
& circumspectus medicus, ubi ea penitularit
exacta trutina, adhibito etiã ad diligentem cau-
saram naturalium indagacionem iusto, quoad
fieri potest, perpêdiculo, ubi naturæ limites ma-
lum exuperare egrediq̃, ac satanæ, qui spiritus
est, motus actionesq̃; animaduertit, in spiritua-
lem medicum, Ecclesiastem nempe, aut Eccle-
siæ ministrum inculpatum, sanæ doctrinæ, te-
nentem mysterium fidei cum pura conscientia,
uitæ innocentia notum, non turpiter lucrì cupi-
dum,

*Ecclesi. 38.**Curandi male-
ficij methodus
certa.**1. Timoth. 3.
Tit. 2.*

578 De præstigijis dæmonum

dum, non uinolentum, cui etiam bonum à pijs perhibeatur testimoniũ, curationis onus transferet. Interim meminisse operę precium est, multa non ex maleficio euenientia, sed ex òcultã naturæ occasione, medicos quandoq; latere. ut enim rebus inest secreta iuuandi proprietates, ita & nocendi: quam tamen non perpetuò agnoscit medicus.

Tantum tamen operę à medico hic accedet, si fortè æger natura, uel ex morbo, aut aliunde humore melancholico (cui, uti aptæ suis operationibus materiæ non illibenter se insinuare solet dæmonium) aut alio succo maligno grauari uideatur, ut hic prius blandè expurgetur medicamento. Tradit enim Pomponatius, priscos exorcistas, quos præcantatores uocant, ante coniurationem, obsessorum corpora ab atra bile expurgasse. Morbis siquidem geminis ut plurimum hi infestantur, corporis nempe, ex melancholico succo genitis: & animi, ut amentia, mœrore, timore, uitæ odio, & desperatione, quibus nocte diuq; eiusmodi homines macerant iuratus humani generis hostis, & ueluti lugubribus tentationibus ita uellicat, ut quasi aquila apud inferos Titij iecur arrodere uideatur. Obsessos expulso eo humore, non amplius mirabilia facere, experimento se uidisse, in expositione illius problematis dicit Conciliator. Vxorem quoque cuiusdam sutoris à dæmonio agitatam, uariaq; sonantem idiomata, eo modo perfectè curauit Galgarádus medicus, Mantuæ celeberrimus.

Puella quædam in Burgo melancholica, se Virgilij spiritu obsessam esse fatebatur, diu coniurata: quod creditum est facilius, quia puella simplex, admodum pia, & quæ semper domi latuerat, Hetrusca, affectaret exprimeretque Mantuanum, hoc est Longobardicum idioma, ut subinde Latinum aliquid sonaret. Cum nihil proficerent coniuratores, medicus ex arte adhibitis melanogogis primùm, & deinde alijs roborantib. illâ optimè per Dei gratiâ restituit. Exonerato itaq; corpore, pròptius in reliquam sanationis obseruantiam, uelut à naturali iam impedimento leuatus, ab Ecclesiæ ministro inducetur *Αιμενοφόρητος*.

Ille tū de obsessi uel maleficio læsi uita & moribus, item de eius in religione Christiana, institutione, & in præcipuis fidei nostræ capitibus, & qua fuerit, uel etiamnum sit in Deum confidentia, uigilanter inquiret. Qua de re ubi penitius fuerit, instructus, procliuior, & propemodum strata erit restitutionis uia. Etenim satanæ in corruptorum morum, spurcæ uitæ, itemque diffidētix filijs efficaciam & illusionis potentiam permittit Deus, quorum sensus excecauit Deus huius seculi, ne illucescat illis lumē Euangelij glorię Christi, qui est imago Dei. Affectuū quædam requiritur *αιατογία*, ut sit, quod dici solet, mali corui malum ouum.

Ephes. 2.

2. Thess. 2.

2. Corinth. 4.

Vbi ergo uigilanti inquisitione & artificiosa coniectura, affectus causam aliquatenus cognouerit Ecclesiæ minister, conueniens huic medicamentum applicet. ut si uita fuerit antea dissolutior,

soluatur, ex sacræ Scripturæ libris admoneatur, corripatur, exemplis auocetur, & ad emendationem inuitetur, tandem resipiscencia in ordinem redigatur. Apud præfractæ indolis hominem instandum, urgendumque tempestiuè & intempestiuè: item redarguendus hic, & iusto Dei iudicio in contumaces, subinde terrendus. Pusillanimis, & diffidentia deiectus, in spè certam & fiduciam indubitatam de ineffabili Dei bonitate & misericordia incomprehensibili erigendus, & undequaque confirmandus erit: in quam sententiam plena consolationis testimonia extant quamplurima, quæ suo loco & tempore adducentur. Si quoque peruersa doctrina aut fanaticis opinionibus, uel superstitionum ludibrijs quosdam transuersè raptos esse, uel ut ansa eo modo dæmoni subministrata, comperitur: zizania hæc erunt eruncanda, atque salubriora doctrinæ purioris substituta semina cum omni uigilantia sedulò inferenda. Nec cognitione recitationis Dominicæ orationis & Symboli Apostolici secundum literam, contentum esse oportet (tantum etiam pollet qui uis maliciosus) uerùm illud uiuum Dei uerbum ita in animis implætetur, ut apprehensum efficaciter, sentiatur potentia esse Dei ad salutem omni credenti, contra quoscunq; dæmonum conatus: ut itè uiuifica fide inuocare Deū uerū, æternū, omnipotentem, & multæ miserationis parentem, in nomine Filij pro nostris peccatis mortui, & ad nostram iustificationem per gloriam Patris, absorpta morte, uictō satana, debellato inferno, potentes

Eccl. 1.

Rom. 6, 5,

tenter exuscitati, ijdē ualeant. Si quis inter nos affligitur, orare iubet D. Iacobus.

Iacob. 5.

Quomodo demonis malefacto affecti, de eius præstigijs & imbecillitate deinde erunt instituendi.

Cap. 24.

DE diaboli item operibus & præstigijs erudiantur, & quā eneruatus imbecillisque sit, ut nihil etiam possit, nisi Dei permisso: nec Deum quæcunque permittere, sed in re concessa illi limites, ultra quos ferri nequit, præfigi: quinimō Christū profectū in cœlum, sedere ad dexteram Dei, subiectis sibi angelis, potestatibus & uirtutibus: cui si tanta fuit subiugandi potentia, multo magis satanam subegit, coercuitq; ut nihil omnino ualeat, nisi peculiariter illi concedatur. Quod itaq; clementer in nobis permittit Deus, nō potest esse malum. illi enim cura est de nobis: qui cū omnis gratiæ sit Deus, nō s ad æternam suam gloriam per **I B S V M C H R I S T V M** uocatos, iam parumper afflictos instaurabit, fulciet, roborabit atque stabiliet. Quis est qui nobis noceat, si boni æmulatores fuerimus? Quicquid enim fideli irrogatur, id illi bono commodoq; cedit, iuxta illud Pauli: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Precationem ergo perpetuam esse decet, quò fiat uoluntas cœlestis Patris in nobis. Quicquid patimur, teste Hieronymo, nostris peccatis meremur. Non habent dæmones, inquit D. Ioānes Damascenus, uirtutes aduersus aliquem, nisi a Deo dispensatè concedatur: sicu

Diaboli infirmitas, qui nihil potest nisi permisso.

1. Pet. 3.

1. Pet. 5.

1. Pet. 9.

Rom. 8.

Matth. 6.

Lib. 2. cap. 4.

Iob 1.

Matth. 3.

P ti in

582 De præstigijs dæmonum

ti in Iobo, & in porcis. Permissiōe uerò Dei facta, & fortitudinem habent, & transmutantur & transfigurantur in quâcunque uolunt figuram secundum imaginem, id est phantasiam. Item Gregorius: Absque omnipotentis Dei concessione nullam habet potestatem contra hominē malignus spiritus: qui etiam in porcos transire non potuit, nisi permissus. Rectè quoque Chrysostomus: Homines non quantum uult, tentat diabolus: quoniam quantum ad se, nunquā cessaret à tentatione. neq; enim habet aliū actum: non enim manducat, nec dormit, nec aliud operatur, nisi ut tentet, fallat & subuertat. Non magis itaque timendam diaboli potestatem, quàm Deum impediētē, docet Ambrosius super Lucam. Spiritus enim mali, etiam Dei uocatur spiritus, quòd eius captiui sint: nec attingere, castigare, tentare quicquam ausi, nisi à Deo concedatur. Iobo ne pilum quidem lædere potuit satanas, nisi impetrata permissiōe, eaque limitata. Quocirca non est formidandus diabolus: sed Deus, qui ursum hūc catenis alligauit captum, ut nihil omnino absque eius singulari nutu ualeat. Hinc Christianus quæcunque aduersissima à Dei digito excipiet, qui omnia in sua continet manu. Nec Christiani nomen merentur, qui malignæ alicui mulieri aut diabolo imputant malum inuectum, ad Dei uoluntatem id minus referentes. Iobus affligitur à dæmone, at à Dei manu accipit dicēs: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut illi placuit, ita factū est: sit nomen Domini benedictum perpetuò, Non cædentis uirgæ

In Dialog.
lib. 3.

Super Matt.
lib. 1.

Iob. 1. 2.

uirgæ rationē ille habet, sed uolentis patris. Virga punit filium : at non eam fecisse hic dicit, nisi mente nondū cōstet : sed patrem, qui uirgam in manu habet, eaq; utitur. Sine eius uolūtate, ne pilus quidem capiti excidit, quin omnes pili numerati sunt : ipse uirgam usurpat, quā grauiter, & quā multum, & ubi uelit.

Math. 10.

Quomodo ad tolerantiam inuictam erunt excitandi dæmonum maleficio lesi.

Cap. 25.

Propterea æquo patientique ferendum nobis erit animo, quicquid afflictionum acciderit carni, siue id lege naturæ, siue supra naturā contingat. Idem quoque faciūdum, si a nimum immēsus inuadat dolor, angor, mœror, tristitia, tentatio. Ob oculos uelut speculū semper reuocetur exemplū sanctissimi illius Iobi, qui tot exercitatus modis, & tantarum calamitatum ac miseriarum mole pressus, Deum laudibus extulit (quanquam malorum interim pondere impar, in uerba animi parum patientis erupisse uideatur) ac licet nullius malæ occasionis sibi conscius esset, non dæmonem accusat tamen, nec ab illo aut ullo homine tantas sibi inflētas ærumnas queritur : sed ex Dei æquissimi uoluntate sibi ista accidisse agnoscit. ut cum uxor ei exprobraret, Vbi nunc tuus est Deus, cui confisus es? nō animū abiecit, sed respondit, Vt fatua loqueris? Si bona à Deo acceperim, quare mala nō tolerabimus patiēter? Sic nos quoq; in afflictione nostra, ad Deū oculos mentemq;

*Qualiscunq;
afflictio pati-
enter ferēda.*

Iob 7.

dirigere decet, & iustissimæ eiûs uoluntati nos
 nostraque placidè summittere : quâdoquidem
 ille nihil uult, nisi quod optimum, quâquam no
 bis interdum secus uideatur. Quos diligit, casti
 gat: nec peccatoris uult mortem, sed ut conuer
 tatur & uiuat. Suorum famulorum, ut diaboli
 uel cuiusuis alterius, ministerio utitur, quò nos
 ob nostra scelera aut incredulitatem puniat, &
 hoc modo ad rectam conuersionis uiam redu
 cat: uel etiam sic tentat nos Dominus Deus no
 ster, quemadmodum Deuteronomij 13. legitur,
 ut palàm fiat, utrum diligamus eum, an non, in
 toto corde & in tota anima nostra. Pro summo
 gaudio itaq; ducite fratres (inquit D. Iacobus)
 quoties in tentationes incideritis uarias : illud
 scientes, quòd exploratio fidei parit patientiâ.

Iacobi 1. Cæterùm patientia opus perfectum habeat, ut
 sitis perfecti & integri, nullaque in parte immi
 nuti. Beatum item prædicat uirum, qui suffert
 tentationem: quoniam cum probatus fuerit, ac
 cipiet coronam uitæ, quam promisit Dominus
 his, à quibus fuerit dilectus. Hinc admonet D.

1. Petr. 4. Petrus: Charissimi, ne miremini, dū per ignem
 exploramini quæ res ad experimentū uestri fiti
 perinde quasi nouum aliquid uobis obtingat. imò
 in hoc quòd cōsortes estis afflictionū Christi,
 gaudete, ut in reuelatione quoque gloriæ ei
 usdem gaudeatis exultantes. Timotheum hor

1. Timoth. 2.
Iacob. 5. tatur Paulus, ut afflictiones ferat tanquam bo
 nus miles Iesu Christi. Non enim quis corona
 tur, nisi legitimè certauerit. Exemplum accipi
 te, fratres mei (monet Iacobus) afflictionis & pa
 tientiæ,

tientiz , prophetas, qui loquuti sunt in nomine
 Domini. Ecce beatos dicimus eos qui sustinet.
 Tolerantiam audistis Iobi, & finem Domini ui-
 distis , quòd ualde misericors sit Dominus, ac
 commiserans, qui pios è tentatione nouit eripe-
 re, Petro teste. Iobum totum (excepta illius ani- *2. Petr. 2.*
 ma, quã illẽsam permanere uoluit Dominus) e- *Iob 1. 2.*
 tiam in suis subltãtĩjs & sobole durissimè , Deo
 annuente, afflixit satan: uerũ post inuiolatam
 illius patientiam, cum multa eius usura, cuncta
 illi uberrimè reposuit Deus : cuius iam non est *Iob 42.*
 decurtata manus , id ipsum potest , & infinitis
 partibus maiora. Quorsum ergo alicuius homi-
 nis, aut etiam ipsius dæmonis, nos terreat ui-
 olentia aut malignitas ? cur ab horum iaculis us-
 que ad eò expauescimus ? quæ si in nos uibren-
 tur, figanturquẽ, non tamen ad interneccionem
 transigent, si constanti fide reuerberemus, re-
 retorqueamusquẽ. Resistendum diabolo, & *Iacobi 4.*
 fugiet à nobis: nec illi locus est dandus. Fide- *Ephes. 4.*
 lis est Deus , qui non sinit nos tentari ultra id *1. Corint 10.*
 quod possumus : imò faciet unã cum tentatio-
 ne exitum, quò sufferre queamus. Nouit ille,
 quibus nobis opus sit, priusquam petamus. Ne
 exhorrescamus, hortatur Dauid , à timore no- *Psal. 91.*
 sturno, tentatione scilicet occulta: nec à sagitta
 uolante in die , tentatione quippe manifesta :
 nec à negotio perambulante in tenebris , nem-
 pe à spectris in tenebris uersantibus : nec ab
 incurſu & dæmonio meridiano , quod Pau-
 lo nuncupatur angelus lucis, in quem se transfi- *1. Corinth. 11.*
 gurat diabolus.

Tolerantia.

Ad tolerantiam inuictam contra dæmonum insultus, & constantem in Deum fiduciam, ita afflicti sedulo excitandi sunt patrum quoque exemplis: uelut Antonij Aegyptiaci, quem in tumulo latitantem tam grauius lacerarunt dæmones, ut tanquam mortuum ad hospitium reportarit illum minister: ubi non nihil respirans & quasi reuiuiscens, clam alijs ad tumulum se referri iubet. ibique ex priorum uulnerum dolore prostratus, cum ex animi fortitudine ad conflictum dæmones prouocasset, nec illi cunctarentur, assumptisque uariarum bestiarum formis, Antonium dentibus, cornibus, unguibusque impeterent, & denuo lancinarent, subito lucis quidam radius dæmones & tenebras fugauit. statimque sanatus Antonius, Christum præsentem esse intellexit, dicens: Vbi eras Iesu bone, ubi eras? quare à principio non adfuisti, ut uulnera curares mea? Et uox ad eum facta: Antoni, inquit, hic eram, sed distuli ob tuum certamen, quod prius obseruare libuit: iam autem, quoniam strenuum te pugilem præstiteris, in toto orbe celebre tuum erit nomen. Hæc Vincentius in Histor. lib. 14, refert Athanasium annotasse.

Anton. Sabeu. libro 10. Exempl. c. 13.

D. Hilarius à dæmone mirè excruciatu, oratione uincebat. Hic ubi paululum ab oratione quiesceret, mox à dæmone in tergo & lateribus appetebatur, ipsum irridete ijs uerbis: Hordeum iam ne an paleas fesso tuo asino offeres? Nam suam carnem non nihil obstreperam, antea sic affatus fuerat: Ego te asine non hordeo, sed palea pascam, ne posthac recalcitres. Hic uides Franciscum

ciscum non satis nouisse hominis pij uires in to-
leranda quauis afflictione dæmonis. Legitur e-
nim in eius uita, fratrem Egidium interrogasse
Franciscum his uerbis: An diabolus sic sit terri-
bilis, quòd homo per unum Pater noster non
posset sustinere? ipsum respondisse, Quòd nul-
lus possit sustinere diabolum per medium pa-
ter noster, qn statim moreretur. Huc referatur
Cypriani sermo de Bono patientiæ, ubi & im-
patientiæ exempla proponuntur.

*In li. Confess.
Fol. 42.*

*Communium precum in maleficio sanando
efficacia. Cap. 26.*

VT insuper maleficio læsorū fidem adau-
geat, uulneraq; tortore dæmōe eius iussu
fugato, sanare dignetur misericordiarū pater,
cōmunibus ad eū ex animi penetralib. fuis cō-
fidenter precib. erunt iuuandi. Id ab authore e-
pistolę ad Hebręos disertè mādatur: Memores
estote uinctorū, tanquā unā cum illis uincti: eo-
rū qui affiguntur, uelut ipsi quoq; uersantes in
corpore. Orate p uobis inuicē, ut sani sitis: piē
monet D. Iacobus. multū. n. ualet deprecatio iu-
sti efficax. Helias homo erat similiter obnoxius
affectionib. ut uos: & precatus est ne plueret, &
nō pluit super terrā annos tres, & menses sex: &
rursum orauit, & cœlū dedit pluuiā, & terra pro-
duxit fructum suum. Item: Infirmatur quis inter
uos? accersat seniores Ecclesiæ, & orent super
eum, ungentes eum oleo in nomine Domini:
& obsecratio fidei saluum reddet laborantem,
& eriget eum Dominus: & si in peccatis fue-
rit, remittentur ei. Hinc orationum fidei pu-
blice

*Communium
precas.*

Hebr. 13.

Iacob. 5.

3. Reg. 17.

588 De præstigijs dæmonum

blicè & seorsim à Christi fidelibus ad rem præsentem accommodatarum respondentiumque energia, liquidò constat. Ne Petri fides deficeret satanæ insultu, qui expetiuerat ut eum uelut triticum cribraret, Christi oratione intercedente impetratum est. Contra diaboli astutias ut uigilèt cum omni sedulitate & deprecatione pro

Luca 22.

Ephes. 6.

1. Timoth. 2.

Num. 12.

Matth. 17.

Marc 9.

Luca 9.

Matth. 15.

Marc. 7.

Iudith. 8.

Actor. 8.

omnibus sanctis, Ephesios studiosè exhortatur Paulus. Admonet item Timotheum, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Fidem quoque Christi operâ sibi augeri orant Apostoli. Per Mosis orationem ad Dominum, soror illius Maria liberatur à lepra. Sic patris oratione, Christo genua flectentis, dicentisque, Domine miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & miserè affligitur, &c. increpatur dæmonium, puerque sanatur. Se autem credere testabatur hic uir in suis precibus & orabat Christum, ut ipsius incredulitati succurreret. Mulier quoque Græca, Syrophœnissa genere, ad pedes Christi prouoluta, rogabat eum, ut dæmonium à quo filia miserè cruciabatur, exturbaret: & ob eius interpellationem, exonerabatur filia. Multum confidebat Iudith in oratione fratrum, quando dixit: Orate ut firmum faciat propositum meum Deus, &c. Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

Petrus & Ioannes orant pro Samaritanis, ut acciperent Spiritum sanctum.

Ieiunij

Ieiunij in operibus diaboli uincendis e-
nergia. Cap. 27.

Indi cantur etiam ieiunia, si fortè caro, nimia *Ieiunia*
 sui indulgentia proteruiens, locum dæmoni
 dederit: ut hoc restricta freno, in ordinem rede-
 at. Quare Porphyrius tradit, ieiunium & castita-
 tem maximè laudari, non quia ijs placatior in
 primis efficiatur Deus: sed ut retroagantur qui
 sanguine & immundicia gaudentes, quo per-
 frui possint his, utentiù corpora inuadunt. Est
 enim aliquod dæmoniorum genus, quod non
 nisi orationibus & ieiunijs eijcitur, Christo au-
 thore: incredulitatis, propter quam illud expel-
 lere nequiverunt, discipulos redarguente. Elea-
 chim quoque sacerdos Domini magnus, sic om-
 nem Israellem alloquitur: Scitote quoniã exau-
 diet Dominus preces uestras, si manentes per-
 manseritis in ieiunijs & orationibus in conspe-
 ctu Domini. Et Raphael Tobia docet, bonam *Tob. 12.*
 esse orationem cum ieiunio.

Historiam in hanc rem mirè commodã nar-
 rat Hector Boethius, in Gareothæ scilicet regio-
 nis uico quodam, quatuordecim uix passuù mi-
 libus ab Aberdonia dissito, eximiæ formæ ado-
 lescentem coram Aberdonensi antistite questù
 esse palàm, sese à dæmone succuba (ut dicunt)
 gratissima omnium quas uidisset forma, mul-
 tos iam menses infestari, eandemque occlusis
 foribus noctu ad se ingredi, & blanditijs in suos
 compellere amplexus: dubia luce eam penè si-
 ne strepitu abire, nec ullo se modo, cum plurifa-

riam tentasset, à tanta tamque turpi uesania liberari. Iubet continuo circumspectus & pius episcopus, adolescentem aliò se conferre: & ut secundum Christianam religionem magis laudatis ieiunijs & orationibus solito attentius accommodaret animam: hinc fore arbitratur, ut pijs operibus intento, uictus cacodæmò tandem terga daret. Nec felix defuit successus salubri consilio: quòd adolescens religiosè exequutus, paucos post dies omnino ab illis uindictur ludibrijs. Sic incubum dæmonem non amplius infestasse Nauetis mulierem, post confessionem & sacram cõunionem, quæ ieiunia & preces comitari solent, legitur in uita D. Bernardi. Hic ieiunij, uti theriacæ præsentissimæ, uires & encomiũ, oculis omniũ semper opponendũ hoc seculo dissolutissimo, exulceratissimoque, ac animi & corporis morbis dæmonumque insultui apprimè obnoxio, ex Athanasio & Cypriano adducã: Ieiunium morbos sanat, destillationes exiccat, dæmones fugat, malasque cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus salubrius, & ad thronũ Dei hominem sistit. Et post: Quisquis igitur ab immundo spiritu uexatur, certum habere debet, hoc pharmaco, ieiunio inquam, statim spiritus malos afflictos abscedere, uim ieiunij metuentes. Valde enim dæmones oblectantur crapula, & ocio corporis.

*Ieiunij uirtus
& encomiũ.*

Cyprianus de ieiunio & tentationibus Christi: Ieiunium, inquit, si discretionem regatur, omnem carnis rebellionem sedomat, & tyrãnidem
gula

gule spoliat & exaromat. Ieiuniū extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetitus uagos distringit & ligat. Ieiunium si humilitate ornatur, seruos Dei contemptores mundi efficit. Ieiunium carnes azymas mundat & solidat, & putredines quæ ex adipe prodeunt, consumit & siccat. Ieiunium Scripturarum delicias pascitur, contemplatione reficitur, gratia stabilitur, cœlesti pane nutritur. Danieli interpretatio somniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonio illæsi egrediuntur incendio. Moises in monte quadraginta diebus cum Domino perseuerans, & Dei familiaritate colloquium & legis ministerium promeretur. Helias quoque eodem dierum numero abstinens, in eremo conuersatur. Et post: Efficax est oratio præcedente ieiunio, & sacris studijs antecedentibus non patitur postulatio deuota repulsam.

Elemosynarum uirtus. Cap. 28.

Accedat adhuc, pro facultatum ratione, earum communicatio, & in pauperes erogatio, oblatio quæ: quam odoré bonæ fragrantæ, hostiam acceptam gratamque Deo, appellat Paulus ad Philipp. qui Romanos etiã impensè adhortatur ad tolerantiam in afflictione, & precationi ut instarent, necessitatibusque sanctorum communicarent. Cornelius item centurio ex cohorte Italica, religiosus ac timens Deum, præstas elemosynas plebi multas, deprecasque; Deū semper, quā audiuit ab angelo uocē: *Corneli,*

Elemosynæ

*Philip. 4.
Roman. 12.*

Act. 10.

- Corneli, oratiões tuæ & eleemosynæ tuæ ascen-
 derunt in memoriam coram Deo. Et Raphael
Tobia 12. angelus ad Tobiã: Bona est, ait, eleemosyna ma-
 gis quàm thesauros auri recõdere: quoniam ele-
 mosyna à morte liberat, & ipsa est quæ pur-
 gat peccata, & facit inuenire misericordiam &
Tobia 4. uitam æternam. Item Tobias pater ad filium, an-
 te mortem: Ex substantia tua fac eleemosynam,
 & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: i-
 ta enim fiet, ut nec à te auertatur facies Domi-
 ni. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si
 multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exi-
 guum penes te fuerit, etiam exiguum libenter
 impertiri stude. Præmium enim bonum tibi
 thesaurizas in die necessitatis: quoniam ele-
 mosyna ab omni peccato & à morte liberat, &
 non patietur animam ire in tenebras. Fiducia
 magna erit coram summo Deo eleemosyna, o-
 mnibus facientib. eam. Apud Lucam ipsa ue-
 ritas loquitur: Date eleemosynam, & ecce mun-
Luca 11.
Daniel. 4. da sunt uobis omnia. Nabuchodonozori Baby-
 lonis regi suasisit Daniel, ut eleemosynis redime-
 ret animam. Apud Ecclesiasticum legitur: Ut
Eccles. 3. aqua ignem ardentem extinguit, ita peccatum
 expiat eleemosyna: cuius Dominus gratiã red-
 diturus, memor erit in posterum, ut author tem-
 pore casus sui adminiculum inueniat. Nam e-
Eccles. 17.
o 29. leemosyna uiri, quasi sacculus cum ipso, & gra-
 tiam hominis quasi pupillam conseruabit, &
 postea resurget & retribuet illis retributionem,
 unicuique in caput ipsorum. Ergo concludere e-
 leemosynam in corde pauperis, & hæc pro te
 exorabit

exorabit ab omni malo. Hic locum habebit Cypriani sermo de Eleemosyna.

*Cum multifariam afflictis quàm uariè agi debet,
& imitanda diuersæ sanationis e-
xempla. Cap. 29.*

A Pud ægrum lucida suarum exacerbatio-
num habentem interualla, horum pluri-
ma, cum iudicio à prudente Ecclesiæ mi-
nistro proponi possunt. Apud hunc uerò qui cō-
tinuò torquetur, mente læsus, orationes (ut di-
xi) communes, & fideiū intercessionis neces-
sitati præsentis consono sensu applicatæ, ieiunia
& egenorum subleuatio, suū habebunt pōdus.

Cæterum si uno in loco, maleficio collidan-
tur numero plures (quemadmodum in mona-
sterijs, potissimum uirginum, uelut organorum
fatanæ ludibrijs magis accommodatorum, fre-
quenter usuuenire cernimus) ante omnia huc
cura propendeat, ut separentur, & unaquælibet
ad parentes uel sanguine aut affinitate prox-
imos uehatur, quo singulæ seorsim commodius
fideliusque institui & sanari queant, restituti-
onis habito pro cuiusque necessitate delectu: ne
uno (quod aiunt) calopodio (quorundam ine-
ptorum, mendacium, impostorum, superstitionis
impietatisque antistitum more) quis calcea-
re conetur omnes, & dissolutis præscriptorum
uerborum minus convenientium formulis, cō-
menticijsque quibusdam ritibus & substantijs
ad rem minimè faciētibus, profligare pergat da-
monem, in ijs ridentem illudentemque, & fu-
gam

*Vbi plures
maleficio læsi
sunt uno in
loco sunt,
quid faciun-
dum.*

gam plerumque simulantē egregiè, quasi com-
 pulsum, licet ultrò cedentem, ut nos incredulitatis
 labyrintho altius inuoluat, si ueritis eum
 medijs fugatum credamus: hac ratione è corpo-
 ribus cedit sæpenumero, & quidem libenter, ut
 animas minus impeditè possideat, eisq; domi-
 netur. Quæ uerò uirgines arctius occlusè cohi-
 bentur, nec egredi permittuntur, quod equidè
 in eiusmodi casu comprobare nequeo: uel quæ
 in designato eo loco clementem Dei manum,
 patrisq; uirgam, cum uera sui abnegatione for-
 titer tolerare cum Iobo in animum induxerint,
 mutuam hic præsent in suorum cruciatuum in-
 teruallis operã, se mutuò consolantes, modum-
 que præscriptum, quoad fieri potest, obseruan-
 tes: nec ad huiusmodi spectaculum admittatur
 iuniores, ne territæ tormentorum raritate & ue-
 hementia, quid mali contrahant, cum eis auidè
 admodum insidietur diabolus. Cum aliàs ad-
 piam puellã in cœnobio obseratã literas dedis-
 sem, quibus uirginũ eo in loco olim incredibili
 cruciamentorum genere à dæmonio exercita-
 rum (quarũ superiori memini libro, Cap. 8.) hi-
 storias mihi cupiebam describi, ea in hanc ferè
 sententiã respõdit: Duas adhuc ex illis superes-
 se octogenarias propemodum, à quibus sæpius
 audiuisset, ne magno quidem se uelle graui illa
 caruisse calamitate, ex Dei uolũtate nata, quòd
 inde peculiare gratiæ diuinæ donum & illumi-
 nationẽ se consequutas sensissent: nec secus ear-
 um testari uitam. Quid Antonio nocuit, seu-
 ros in suis ceruicib, tulisse magistros: cui eos se-
 cundum

*Iuniores ad
 tale spectacul-
 um non ad-
 mittenda.*

*Memoranda
 historia cura-
 rarum monia
 hũ apud Ma-
 ria arborem
 prope Xan-
 thos.*

ſundū Dei uoluntatē perpeſſo, in maius ceſſit
 lucrū & gloriā. Scribebar quoq; miſſos eo tēpo
 re fuiſſe undecūq; uiros doctos, qui terrificorū
 eorū ſymptomatū laruas contuiti, eas penitiſſi
 mē ſcrutarētur, amolirēturq;: ſed quo in eiſmo
 di cōſilijs cōfidentius perſtitēre, eo malū recru
 dit grauius, ut tādē Dei opus eſſe ſingulare fa
 terētur: à cuius manu cum id exciperēt, & ſe to
 to corde ſub potēti eius brachio ſubmitterēt, ſe
 met integrē abnegātes, humilitatēq; uſq; adeò
 amplexæ, quo etiā cunctis ſuis affectib. reſtite
 rint, eosq; uicerint: & breuiter, ad diuini uerbi
 normā toto aīo uitā cōformarint, tūc paulatim
 euauerūt uniuerſę illę diræ. Piā epiſtolę illius
 uirginis partē iuſtis de cauſis inferere uolui, q̄
 id cōſiliū meo inſtituto ꝑꝑrius reſpōderet: & ne
 eiſmodi uirgines uſq; adeò à piorū numero a
 lienas eſſe, quis temerē in animū inducat, etiāſi
 adhuc multa in ijs deſiderari non diſſitear, q̄ in
 ſcitia & nō ſana informatione prætermittūtur.

Porrò monaſteriū id ingreſſus, corām cū alte
 ra cōtuli uetula, quę id mali decē ſuſtinuerat an
 nos, eo nomine gratias Deo agēs quām maxi
 mas: ac ſi ętas admitteret, ſe libēter denuò iſdē
 uelle calamitatū fluctib. obijci aſſerebat. Hortā
 ta autem me eſt maximopere, ut ſi in conſilium
 ad ita afflictaſ accerſerer, ne exorcifimos admit
 terem unquam. Quædam in eo tormentorum
 theatro conſtituta, à fratre uirgis ex quorun
 dā conſilio excarnificabatur: quemadmodum
 ab ineptis etiamnum hodie conſulitur, qua
 ſi dæmonem proſligent uirgæ, & non potius
 eo modo

eo modo ille carnificinam procuret. ea rei indignatione & pudore illa percussa, contabuit pedetentim, & moritura cecinit. rogata uerò cationis causam, respondit: eo quòd de salute sua æterna minimè hæsitaret. Altera quoq; iam diu à dæmonio excruciatà, & morti proxima, se totam attèta oratione Deo offerrebat, ut cum ea pro suo arbitrio quicquid uellet, in tempore & in æternum ageret, dummodo ipsius glorificaretur nomen, obsecrans: rogabatque reliquas uirgines, ut post eius mortem non ex more, Miserere mei Deus, canerent: sed, Gloria patri. Memorabile abnegationis ueræ exemplum.

Vera abnegationis exemplum.

Singularem insuper, & suo loco imitandam aliquando curationis eorum quos uexat diabolus, rationem, ex sequenti colliges historia. Philippus Vuestelich Colonienfis, monachus abbatia Knechtenstein, integer & simplex, à spiritu referente abbatem macilentum, ante multos annos mortuum, exagitabatur miserè & multifariam, circa annum quinquagesimū supra millesimum quingentesimum: interdum auehebatur sub tectum, aliàs per ligna transuersa cõiunctiora supra campanam intrudebatur, plerunq; per murum transferebatur inopinatò. inuentus quandoq; est corpore super piscinam proiecto, capite autem in terram reclinante. Tandem se prodit spiritus, diutinæ & multiplicis uexationis causam explicans: se nimirum esse illum abbatem Matthiam Durensem, tot annis sepultus: ac eo torqueri, quòd suspensam D. Virginis effigiem exquisitè depingi curarit: nec satis fuisse factum

Curandi dæmoniaci exemplum insigne.

factum pictoris Nouesiani laboribus & impensis, qui inde iacturam senserit, ac sibi ipsi uim fecerit: uerum id fuit. Subnectebat hinc solutiōis modum, cuius nomine hanc exorsus erat fabulam diabolus: expiari scilicet hoc delictum non posse, aut ulla se liberari ratione, nisi religionis ergò apud Treueros & Aquisgranum peregrinaretur hic Philippus (quem ob simplicitatem accomodatam suis ludibrijs organū ratus est diabolus) & tres Missæ, de trinitate scilicet, de domina, & de tempore, in eius assertionem recitarentur. Ut hic spiritus uoto satisfaceret, consulerunt Theologi Colonienses: & capitulariter (ut illorum more loquar) id reliqui postulabāt quoq; monachi, à suo superstitite etiamnum abbate D. Gerardo Strailgen Morsensi: qui saniori institutione atq; acri increpatione in aliam potius sentētiā Philippum existimauit traducendum, ut uidelicet fide uiua omnis miserationis Deo patri, & Christo assertori nostro unico confisus, dæmonis imposturas animo negligeret forti: redeunti que spiritui obijceret, se non esse sui iuris, at sub aliorum degere imperio, propterea nec posse ob rerum penuriam à se obediri eius uotis. Quo facto, spiritus respōdit: Dic Superiori. de eo enim, confirmandi sui instituti spēs conceperat. Quare Abbas, ubi dæmonem per seuerare, nec monachum illius illusionibus satis confidenter resistere animaduertit, ipsum de nuò rectius instituit, studiosè hortatus ut resipisceret, nec tam pronas offerret satanæ technis aures: si uerò manes, uti hæctenus, audire

Q

pergeret,

398 De præstigijs dæmonum

pergeret, se illum flagris, & quidem capitulari-
ter cæsurum, seuerissimè minitatus est. Hinc ir-
ritos suos spiritus uidens conatus ob abbatis
constantiam, & animum Philippi magis erectū
fiducia in Deum aduersus fraudulentia exitia-
liaque dæmonij studia, nunquam redijt, alioq;
migravit. Hanc curandi methodum, in eo frau-
dium diabolicarum genere, quandoq; in usum
reuocandam arbitraret.

In concubitus maleficio quid faciendum.

Cap. 30.

DE naturalis congressus, satanæ opera præ-
pediti, curatione ita scribit Igmarius Re-
mensis archiepiscopus: Si per sortiarias atque
maleficas artes occulto, sed nunquam Dei iniu-
sto iudicio permittente, & diabolo præparan-
te, concubitus non sequitur: hortandi sunt qui-
bus ista eueniunt, ut corde contrito & spiritu
humilitatis, Deo & sacerdoti purè confitean-
tur, &c.

*In cap. Si per
fort. 33. q. 1.*

*Decretum in
cōcubitus ma-
leficio.
In tra. de Le-
mij & Py-
thoum.*

In controuersia, ubi maritus ad congressum
ineptus esse ex maleficio accusaretur, in foro
Constantiensi decretum fuisse scribit Vlricus
Molitor, ut primùm à medicis ille, quem leges
dicūt maleficiatum uel frigidum, inspiceretur,
num alia illius impotentix naturalis foueretur
causa: deinde ut triennium adhuc uxor cum ma-
rito conuieret, qui suas interea temporis ex-
periretur uires: utque eleemosynas liberalius
erogarent, & ieiunijs uacarent, quò matrimo-
nij institutor Deus eiusmodi malum amoliri dī-
gnaretur. Decretum sanè ad imitationem reuo-
candum

candū. Huc accerseantur etiā, quæ in cuiuscūq; maleficij curatione hæctenus proposui.

*Exorcismi quando, & quomodo, & à quibus
adhibendi. Cap. 31.*

PORRÒ si dictis rationibus nondum cedit inflicta calamitas, opusque satanæ perdurat, eum increpare licet ex Christi doctrina Marci decimosexto, quòd credentes per eius nomē dæmonia sint eiecturi. Eapropter Apostolorum & primitivæ purioris Ecclesiæ exemplo, per Christi nomen expellat minister, uero ductus zelo, conscientix bonæ testimonio fretus, habens peculiare illud Spiritus sancti donum, eijciendi nimirum dæmonia: gladio Spiritus, quippe Dei uerbo accinctus, atque diuina panoplia circumquaque munitus, assumpto super omnia fidei scuto, quo omnia iacula mali illius inguita queat extinguere (qualem armaturam in huius libri initio ex Paulo proposui) ne cum discipulis Christi dæmonium fugare nequeuntibus à Christo audiat: O natio incredula & distorta, quò usque tandem ero uobiscum? quò usque patiar uos? firmiter hinc infallibili nitatur promissioni: Amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad Patrē uado. Et: Quòd cunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater per filium. Si quid petieritis per nomē meum, ego faciam. Scribit item Lucas, septuaginta reuersos ad Christum cum gaudio discipulos, dicētes: Domine,

Quando adhibendi exorcismi. & quomodo.

Qualem oportet esse exorcistam.

Ephes. 6.

In cōcilio Carthaginensi 4. 23. dist. c. exorcista. cap. 7. de consec. dist. 5. c. omni die.

ubi de energumenu, ubi est obiectus agitur, quibus manus imponantur exorcistæ.

Matth. 17.

Marc. 9.

Luce 9.

Ioan. 14.

Matth. 21.

Marc. 11.

Luce 20.

600 De præstigijs dæmonum

etiam dæmonia subijciuntur nobis per nomen
 ruum. Ait autem illis : Videbam satanam sicut
 fulgur de cælo cadentem. Ecce do vobis pote-
 statem calcandi super serpentes & scorpiones,
 & super omnem uirtutem inimici, & nihil uo-
 bis nocebit. Ita in Christi nomine flectuntur ge-
 nua cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Philip. 2.

Actor. 4.

Gen. 1.

Ioan. 1.

Nec aliud nomen sub cælo datum est homini-
 bus, in quo oporteat nos saluos fieri. Solo
 hoc Patris æterni uerbo creata sunt cœlum &

Matth. 8. 9.

12. 17.

Marc. 1. 5. 9.

Luca 4. 8. 9.

11. 13.

Actor. 16.

terra, & quicquid in eis consistit. Eius nutu in
 præcipitium ruit illa immensa angelorum cater-
 ua. Ad Christi aduentum imperiumque horruerunt
 & profugerunt, quotquot arctissimo uin-
 culo in sua custodia miseros mortales constrin-
 xerant diaboli. In hoc nomine credentes disci-
 puli, dæmonia exturbarunt. Pythonis spiritum
 in Macedonia, ex puella dæmoniaca eiecit Pau-
 lus his uerbis : Præcipio tibi in nomine Iesu
 Christi, exire ab ea. & exijt eadem hora. Sic à Pe-
 tro iussi sunt dæmones egredi, qui uel unicum
 diē sibi indulgeri, ut in subiugatis permanerent
 corporibus, rogabant; teste Clemente.

Abdi. lib. 1.

hyst. apost.

Li. 4. Recog.

Apud Hieronymum presbyterum in uita Hi-
 laronis Palæstini eremitæ, legitur de quodam
 Constantij Imperatoris candidato, ex Francia
 Germaniæ orto, quem à teneris unguiculis dæ-
 mon obsederat malignus. Ductus igitur ille Ga-
 zam ad Hilarionem, exponensque tam Syra-
 quàm Græca lingua (quas tamen nusquam di-
 dicerat dæmoniacus) multiplicem obsidionis
 causam, ei respondit uir sanctus: Non curo quo
 modo

modo intraueris, sed ut ex eas in nomine Domini nostri Iesu Christi impero. In hoc nomine Simon apostolus simulachrum Solis comminuit, & Iudas Lunæ, dæmonibus inde uisibiliter Aethiopum forma expulsis. Dæmonem ex Solis idolo fugauit D. Thomas: draconem sub mortis statua in Scythia exeuntem profligauit Philippus apostolus: septem dæmones similitudine canum inter monumenta commorantes secus uiam, prætereuntesque grauius lædentes, abegit D. Andreas. Sic in Capitolio draconem clausisse Syluestrem, & Philippum Leuiathan fugasse, traditur.

Ioannes euangelista superato ueneno, dæmonem in Dianæ templo ducentos & quadraginta nouem annos commoratum, his uerbis loco expulit: Interdico tibi in nomine IESU Christi Nazareni, ne ultra hic habites: & confestim decelsit Epheso. Quocirca iussu Domitiani in Pathmon insulam exul deportabatur uir sanctissimus. Hic cum Cynops magorum princeps in Phara oppido contra Ioannis doctrinam, & edita in Christi nomine miracula, ex falsa sacerdotum Apollinis in Ioannem criminatione, maleficijs populum dementaret, auocaretque, mortuos etiam se excire iactabat: quorū facie assumpta etiam dæmones apparuerunt, è mari emergenti. Tandem Ioanni ait Cynops: Veni sodes ad portum, ut aspicias potētiam meam, & amplius admiraberis. Igitur Ioannes cum uniuersa multitudine redijt, præcipiens illis tribus dæmonibus, qui sub imagine hominum nuper resurgem

*Abdias epi.
scop. Babyl. li.
6. Histor.
Apost. item
lib. 9. 10. 3.*

*Ioannis euang.
geliste in fugando dæmo-
ne contra magum Cynops
miracula.*

tium comitabantur, ne discederent. Conculsis itaque manibus, & terribili maris sonitu peracto, Cynops se, ut antea, dimisit in mare, atque sic ex oculis hominũ euanuit: qui clamare non cessabant, laudando dicentes: Magnus es Cynops, & nemo præter te. Ioãnes interim orabat Dominũ, ut inter uiuos ultra nequaquã connumeraretur magus ille. Tum repente uehemens est pelagi murmur auditũ: & procellis ingruentibus ei loco, ubi se præcipitauit, nusquã apparuit. Et dæmones quæ sub humana figura stabat, quasi iam pridẽ resuscitati à mortuis, adiurabatur ab Apostolo Dei, dicente: In nomine crucifixi Iesu Christi hanc insulam exite, nũquam redituri: & statim ab uniuersorum oculis disparuerunt, frustra expectantium Cynopa, si fortẽ ex freto resurgeret. Sic apparet, quantum uerẽ Christianis magistri nomen p̄fuerit, & imitatio iuuerit.

Hæc est coniuratio, hic uehemes fortisque exorcismus, hic modus fugandi dæmonis certus, hæc breuis formula, hi sunt characteres, quibus inuocatur omnipotentia rebus supra communem uitæ rationem agendis: hæc doctrina uera, hoc fundamentum solidum: hic philosophorum lapis, longẽ quidem exuperas eum de quo Alchimici hallucinati contendunt: imò lapis angularis, in quo omnis structura firmiter coagmentatur. Hæc sunt diuina testimonia, hæc sacrorum nostrorum monumenta, hæc ueri sacerdotis memorialia, hæc purissima signa, hæc nostræ in exturbandis dæmonibus ceremoniæ, paucis contentæ, facili usu, uili apparatu.

Hæc

Cynops magus submergitur oratione D. Ioannis.

*Esaie 28.
Ephes. 2.*

Hæc ars cœlo sublimior, tartaro profundior, libera periculis, umbrarum hostis, contemtrix laquearum, simulachorum perosa, nec thuris nec meri indiga, uniuersis manibus, lemuribus, laruis imperitans, omnia busta, omnia sepulchra & species mortuorum contemnens, & inania terriculamenta, & noctium occurfacula, & inferorum commeacula (ut Capnion inquit) exporrecta fronte fugans, fatum & naturam uincens, & quicquid unquam ritè optamus, si modus à magistro traditus obseruetur, indefinenter perficiens, & indeficienter adimplens. Verbo languores uniuersos sanauit, & dæmones expulit Christus. Si ergo securè operari uoles, necessariò illud Pauli consilium ob oculos pone: Quodcunque facitis in uerbo & in opere, ut omne id in nomine Domini nostri Iesu Christi faciatis. Hoc est salutiferum medicamentum: quin ipsa panacæa, uel potius hæc salus nostra & medela. Rectè hinc Nazianzenus in Defensorio ait, Dæmones adhuc contremiscere, quando Christi nomen inuocatur. Contra hunc nullæ ligaturarum præstigiæ, nulla maleficiorum ostenta, nec ulla dæmonij opera, momentum quidem perdurant, quin dicto citius euanescent. Proinde à Lactantio quàm uerissimè dictum est: Dæmones iustos, id est ueri Dei cultores metuere: cuius nomine adiurati, de corporibus excidunt: quorù uerbis uerberati, non modò se dæmones esse confitètur, sed etiam sua nomina edunt. Quia nec Deo, per què adiurantur, nec iu-

*Matth. 8.**Coloss. 2.**Li. 2 ca. 16. de**Orig. errorie.**Idem apud**Clem. lib. 9.**Recog.*

ſtis, quorum uoce torquentur, mentiri poſſunt. Ita q; maximis sæpe ululatibus editis uerberari ſe ac ardere, & iam iamq; exire proclamant. In hoc ordine curationis, Scripturæ ſacræ fundamento innixæ, nullam erroris ſuſpicionem, nihil idololatriæ, nullâ blaſphemię opinionem foueri, luce meridiana clarius contuemur.

Ineptus maleficij beſtiarum curandi modus uulgaris, tempeſtatis item ſedatio impia.

Cap. 32.

CVius uerò Scripturę testimonio, aut quo exemplo fulciatur uulgaris illa & aliquãdiu malè inolita maleficij per quemcunque ineptum, & quandoque bis cæcum, curandi, & dæmonis eliminandi ratio, me proſectò latet: ubi præter inutilem ceremoniarum congeriem, exorcismos ij homines adhibent diros, ne dicam blaſphemos: Stentorea etiã uociferatione, profuſorumq; uerborum turbine, uiolenter abigere dæmonem uelle uidentur, Euangelia à propoſito diſſona, Symbolum Apoſtolorum, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & neſcio quæ alia, iterum atque iterum repetentes. Quorſum hæc ad ſatanæ expulſionem conferent? ubi mandatum, ubi exemplum, apud Chriſtum, Apoſtolos, uel eius diſcipulos, ſiue etiam primitiuę eccleſię miniſtros? Rei propoſitæ non reſpondet uerborũ intellectus. Chriſtus, eiusq; imitatores in fugando diabolo cõuenientibus ſunt uſi uerbis. Illam autem uerborum recitationē cum inſtituta actione minimè
 cohere-

cohærere, nemo nõ uidet. At abominabile suum sacrilegium ponderent illi, qui eum modum ne dum uiripare audent, uerum etiã bestijs & inanimatis rebus, præter subnascentis Ecclesię syn cerioris exemplum, execrandas coniurationes & frequentem tremendi nominis Dei nuncupa tionem solenniter applicare, ite signum crucis cū oratiõẽ Dominica & salutatione Ægelica ter uel sæpius repetita (sic Mallei referunt authores) uacçe consecrare. Hos, ut minimum, in secundi Præcepti transgressione haud leuiter delinque re, ne quid grauius addam, sentiunt alij.

Contra grandines uerò & tempestates, ultra crucis signum, lapilli tres ex grandine in ignem sub inuocatione sanctissimæ Trinitatis conijci untur, oratio Dominica cum Angelica salutatio ne bis aut ter recitatur: adiungitur Euangelium Ioannis, In principio erat uerbum: atque signũ crucis undique contra tempestatem antè & re trò, & ex omni parte terræ subinfertur. De mum quum in fine ter repetierit exorcista, Ver bum caro factum est: & toties annexuerit, Per Euangelica dicta fugiat tempestatas ista: subito tempestatas, si eam maleficium excitarit, cessabit. Hæc uerissima experimenta, nec suspecta iudi canda, dicunt Theologi illi. Qui sanè illud ipsum uitium committere uidentur, quod in alijs emendare cupiunt: &, ut ille canit poeta Satyricus,

Dum stulti uitant uitia, in contraria currunt.

Quantum enim deest eiusmodi coniuratori bus, ut non uerè exprimant rationem præstigia

Bestijs & re bus inanima tis coniuratio nes superstitio se applicatur.

2. secunda part. quæst. 2. cap. 7.

Grandinis et tēpestatis ex maleficio nata sedatio iu perstitiosa.

Ab Augu stino interdicitur, & legi tur 26. q. 7. nõ obseruetur.

torum & incantatorum? Et tamen ista & similia non in leuibus solùm experiuntur rebus, sed etiam in benedictis Dei creaturis, imò in mysterijs & institutis Christi perfidè abutuntur. Sed absurdiora hæc sunt, quàm ut longiori con-
futatione indigeant. In secundũ Decalogi præceptum hic quoq; haud dubiè impingitur, quàm secus ab illis doceatur.

Atqui si in nomine Dei & Christi pronuncia-
to preces & exorcismos finire, & exoptatum finem interdum consequi obijciant, Christi uera
Math. 7. cis quæso uicissim uerba audiant: Multi dicent mihi in illo die, Domine Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & tuo nomine dæmonia eiecimus, & tuo nomine multas uirtutes præstitimus? Ac tum confitebor illis, Nunquam noui uos. Discedite à me qui operamini iniquitatem. Impiorum itaque exorcismi uirtute non cedit diabolus, sed spõte: ut impietatem confirmet, & erroribus alios immergat altius.

Rectè itaque D. Thomas de potentia Dei, quæst. 6. art. 10. in solutione 3. argumenti, ait: Si Salomõ fecit exorcismos eo tempore quando erat in statu salutis, potuit esse in illis exorcismis uis cogendi dæmones ex uirtute diuina. Si autem tempore illo fecit quo idola adorauit, ut intelligatur eum per magicas fecisse artes, non fuit in illis exorcismis uis dæmones compellendi.

Si iumenta præter naturam quid pati uideantur, item contra uenena, quid faciendum. Cap. 33.

SI uerò præter naturâ quid pati iumenta credantur (quod tamê cognitu difficilimum, cum sæpe in pascuis uenena uel depascantur, uel spiritus attractu illiciant) primûm omnium his pharmacum contra uenena uel similia uitia offerri potest, & reliqua administrari, quæ ex naturali coniectura & arte (quâ doctè copioseque tradit Vegetius de arte ueterinaria uel mulomedicina libris quatuor, item Columella, Cæsar Constantinus, & plerique alij ueteres & recetiores) usui fore arbitrabitur, successum toleranter expectantes. Quæ si minus iuuerint, sed morte armentum abripiatur: uelut speculum, mentis oculis opponenda erit Iobi patientia: & quicquid id est calamitatis ac damni, Deo sic uolenti (qui dedit & abstulit, idque sicut illi placitum est, ita facit) ferendum erit acceptû: nec ad ariolos, aut diuinos, aut Pythonis spiritu turgidos, contra euidens Dei mandatû, impiè confugiendû. qui profectò imitatione sacrilega cõprobare uidetur M. Catonis idollatriâ in agro lustrando certis ceremonijs, solennibus sacrificijs, uerbis atque uotis Telluri dicatis, ut insuetas alat arbores: ipsis etiam arboribus exoratis ut transmigrent, & in alieno solo accrescât: rapis quoq; obsecratis dũ seruntur, ut sibi & familię uicinisq; benignè cõferât: precib. Marti fufis, ut ager pecoraq; seruentur.

Iidem

Columel. de re rast. lib. 6.

Cap. 7.

Cæsar Const. lib. 17. 18. 19.

Iob 2.

De re rusta cap. 141.

603 De præstigijs dæmonum

Ijdem quoque in foramen cornu uaccini terebra impressum, contra incantamentum quandoque intrudere solent mixturam ex cereæ Paschalis, & eiusdē thuris ac stolæ momento. Huc accedat lactis uaccini restitutio, per cōsecrationis modum in frequenti usu habitum apud ancillam Theodori Lopers, uicarij in nosodochio Kreueldiensi, tres alentis uaccas: quę ubi domū reuersæ non satis lactis pro more redderent, ancilla Christina nomine, uaccas in mille diabolorum nomine egredi, atque suum repetere lac iubebat: inde ad cuiusdam mulierculæ ob maleficium suspectæ ædes progredi, consistereq; aliquādiu cum ualido & frequenti boatu uidebantur: deinde ad stabulum regressæ, lac refundere solitum dicebantur.

Ridicula consecratio.

De arte uete. lib. 1. cap. 20.

Suffimentum aut animantiū morbis prohibēdis utile, legitur apud Vegetium. qui licet id quoq; lustrare animalia, fascino tollere, dæmones fugare, & grandines inhibere, ab alijs male persuasus scribit: tamen odore suo, causa quippe naturali, tam hominum quā animalium morbis resistere, & aerem defecare addit. ita habet:

Recip. sulphuris uiui lib. ij. bituminis Iudæici lib. i. opopanacis, achanti, galbani, castorei, irios crudi, an. unc. sex. salis Ammoniæ unc. ij. salis Cappadoces, cornu ceruini, lapidis gagatis masculi, lapidis gagatis feminæ, an. unc. ij. lapidis hæmatitis, lapidis sideritis, lapidis argeritis, an. unc. i. equuleas, id est caballiões marinos, caudas marinas, ungues marinos, an. numero septem. uux marinæ unc. iij. medullæ ceruinæ, cedrei

cedrei, picis liquidæ, an. pondera iij. ossa sepix numero 7, auri semiunciam, ballucæ filiquam. Hęc uniuersa commisceantur, & succendantur. Sed si memoratos lapides aut inuenire nequie ris, aut enormitate precij ab emptione cessaue ris, reliqua efficaciter profunt.

Interea tamen studiosè inquirendum, num aliquid monstri alatur, aut fucus alicubi fouea- tur: quẽadmodũ à quodã latomo apud Batauos factum memini, qui stabula ingressus, lupi ster- cus clam in præsepibus abscondebatur: cuius o- dore, ut uoracis sui hostis præsentia, ob antipa- thiam, ueluti malefico actũ, territæ pecudes, ul- trò citroque exultare, & insolito concitari furo- re uidebantur, unde turbati rustici incantamen- tum esse conijcerent. Quocirca ad fabulæ acto- rem, uelut è specula hæc obseruantem, atque sa- nandi maleficij nomine celebrem concurreba- tur: qui tecta fascini materia, lupi nimirum ex- cremento, occultè ablata, ocys malum amolie- batur. Sublata enim causa, tollitur effectus. Sic rem qualemcunq; ex hac professione faciebat: à uiris tamen bonis admonebatur, ut maturè e- iusmodi falsitati renunciaret, ne merita falsariũ consequeretur punitio.

*Pecora doloso
malefico a-
ctũ.*


Porro contra quæcunq; uenena, oblata phil- tra aut cupidinis pocula, medicorum imploran- da erit opera: ut postquam perspicaci indagine ex relatu, circumstantijs & symptomatibus ob- ortis, si non in ueneni essentiæ absolutam co- gnitionem, saltem ad eius qualemcunq; con- iecturam, illi peruenerint quàm ocysimè (in
mora

*Contra uenefi-
cium quid fa-
ciendum.*

mora enim hic sæpe periculum existit) tum pro-
 eius qualitate deleteria & uehemētia, quàm po-
 terunt artificiosa & exacta methodo admoliti
 euestigiò manum, alexiteria, & quæ ars dictabit,
 ordine administrabūt. Morbi si tolli posset cau-
 sa cognita, concidet simul effectus. Venena, eo-
 rumque assumptorum uel aliàs inficientium in-
 dicia, simul & propria antidota, medicorum no-
 uit schola: nec ea hic explicare, nostri est institu-
 ti. Si uerò ita affectos, ad temerarios alterius
 scholæ homines aberrare contingat, mortis a-
 leam profectò haud rarò, etiam si pestifera uene-
 ni uis sit lenta, uirulentia pedetentim accrescen-
 te, tandemque cordis uitalem fomitem feriēte,
 experiuntur infelices.

DE MAGORVM INFAMIVM,
 sagarum & ueneficorum pœ-
 nis. Liber V.

*Quod magis infamibus uarijs diuersa sit infli-
 genda pœna. Cap. 1.*



VO'D meam hic sententiam à
 uulgari, & iam multis annis in-
 ueterata dissentientem, uelut ap-
 pendicem, quatuor superiori-
 bus libris annectam: non mihi
 professione medico, uerti uitio
 decet, quasi uocationis meæ sepes transiliã. Ve-
 ritatē .n. in profundo abstrusam inuestigare licet
 cuiilibet, nec illi uetustatis autoritatē præpon-
 derare oportet ullã. Negociũ uerò illud dæmo-
 niacũ tã inextricabilib. cũ sit inuolutũ labyrin-
 this,

this, ut non facilè quis hinc se explicet, etiam si
 ducem habeat emunctarum narium Theseum.
 inde si aliquis pro ingenij modulo ueritatem e-
 licere studeat, nō is reprehensione coercēdus:
 at potius iuandus, suamq; merebitur laudem,
 si nel bonæ operæ momentū præstiterit. Quare
 autem non concedetur medico, rerum abscon-
 ditarum ex professo indagatori, qui huic scholæ
 aliquādiu nauarit operam (quā uerò felicem,
 erit penes alios iudicium) in forum prodire, &
 suam proponere opinionem, citra eorum quō-
 rum interesse agnosco, præiudiciū? Iurisperito
 uicissim, aut cuiuis alij, nedum non inuidebi-
 mus medici, sed eum cum fœnore honorem li-
 benter etiam deferemus, ut in re apud nos ma-
 gis placitis aut longi usus obseruatiæ, quā ra-
 tionum firmitati nixa, uel alioquī controuersa,
 ingenuè suam interponat sententiam: à nobis
 certè obuijs amplectendam ulnis, si in ueri
 cognitionem aliquo ducat modo: reiiciendam au-
 tem, si à ratione comperiat aliena.

Cum bona itaq; Iurisconsultorum uenia di-
 cam, magos infames uarios quum suprā multo
 discrimine à sagis & ueneficis meritò distinxe-
 rim, nō eadē debet his simul confusè & indiffe-
 renter statui pœna. Quotquot enim magorum
 nomine dignatus sum, nō ignorāter, aut coactè,
 sed studio sedulaque uigilantia, factis etiam gra-
 uibus impensis, interdum & peregrinationib.
 huc institutis, curiosas has inquirūt artes, & blas-
 phemiarū plaustra, libros uidelicet execrabiles
 magno frequenter cre redimūt, è quib. satanicę
 scientiæ

*Magis omnib.
 bus non eadē
 debet infligi
 pœna.*

scientiæ mysteria, si dijs placet, exugant diaboli mancipia & nutricij: ut post non uulgare & eximiam suo doctori primario præstitam operam, merita donetur laurea strenui discipuli (nisi ex Dei gratia, conscientie aculeo pungente adacti, satanę nunciũ remittant, ac mature resipiscant) qua is suos cohonestare solet, quos sibi & animo & corpore mancipatos, in præcipitium rapit. Eiusmodi magos olim capitali supplicio mulctauit Moses. Fuisse item postea punitos, ex Petri uerbis apud Clemetem liquet. Iste, fratres, (inquit) quem ostendo uobis, paulo antè uenit ad me, de Simonis mihi malis artibus nunciãs, quomodo ipsam sceleris sui officinam proiecerit in profundum, non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus subiaceret. Propterea etiam in Iudææ Antiochiam fugit territus, putans se à Cæsare quaeri ad pœnam. Tradit quoque Cassidorus, Athalarici regis Gotthorum esse sententiam: Maleficos, uel eos qui ab eorum nefarijs artibus aliquid crediderint expetendum, legum seueritate puniri oportere. Quia impium est circa eos esse remissos, quos cœlestis pietas non patitur impunitos. Huc referatur Augustinus, qui ex Ciceronis sententia dicit, in XII Tabulis, antiquissimis Romanorum legibus conscriptum esse: Ei qui has artes exercuerit, supplicium sit. Magus & ueneficus hic intelligitur, non illusa uetula, cunctarum expers artium. Illorum artem exterminant respublicæ omnes bene constitutæ.

Sunt.

*Leuit. 24.
Deut. 18.
Lib. 3. Recog.*

*Abdi. lib. 1.
bist. apost.*

Li. 10. Recog.

Lib. 9. cap. 15.

*Lib. 2. ca. 19.
de Cimit. Dei.*

Sunt interim plerique magi non ita extremè cum aliorum iactura, flagitio scelereq; exorbitantes, qui pro suo nutu ex occulta quadam, quam ex uoluntatis & studiorum cōsensu cum dæmonibus contraxerunt, societate, recitata superstitiosæ uel impiæ coniurationis formula, uel submurmuratis secretò insulsis uocibus, cuiuscunque formæ requisitæ imaginem aut spectrum, præstricto oculorum acumine, in urna uel speculo uel aere aut alibi ostentant. nihil autem uerè in rei essentia, non phantasticum uel imaginarium, hac ratione præstare hi queunt: quemadmodum omnes Pharaonis magi, eiusdem cum his hominibus professionis & potentia, nihil præter rerum præstigiosam exhibere faciem. Hoc magorum genus non perinde alijs noxium, ut repudiata dæmonum communionem ad mentem redeat pœnitens, & admonendum & compellendum est. Idem in republica ritè composita circumforaneis illis præstigatoribus & ioculatorijs *ἀγύρταις* meritò accidat, ne ea impunitate, curiosarum rerum studiosæ plebis oculis cautè in posterum insidiantur.

Exod. 7. 8.

Magorum alios non ualde ledentium pena.

Quicumq; uerò diris execrationibus, exorcismis, precationibus, blasphemio nominis diuini contra secundum præceptum abusu, barbaris uocibus authorem prodentibus, quemcunque effectum præter naturæ ordinem, aduersus uerbi diuini institutam à Deo rationem extorquere, in rebus serijs uel ludicris satagunt: ij ut curiosarum artium ad propriam perniciè cultores,

R tores,

tores, saniori doctrina primùm instituti, stricta lege coercendi sunt, & ad resipiscentiam cogen di. quòd si præfracti perseuerent, arbitraria esto mulcta, qua constringatur, ne tandem in legem contra blasphemos à Mose latam deliquisse iudicentur.

Leuit. 24.

*Magorum re
luzioforū mul
ctā.*

Cæterùm magorū plurimi professione sunt religiosi, quos uocant, qui occultam mentiti artem, maleficij dignationem curationemq; iactare non uerentur: ut si morbo aliquo contumaci, imperitæ plebi ignoto, nec uulgari quis conflictetur, atq; eorum fictæ confisus scientiæ, consilium quærat, maleficium esse uel incantationem persuadent morbum ex naturali causa ortum, medicisq; doctioribus non obscurum: additis etiam indicijs, quibus uelut digito comonstratur innocens sæpe femina: hi & morbum cominiscuntur, & inuincibilem calumniam infonti impingunt, illusores utroque nomine non modò inter perniciosissimas iniqui quæstus ἀπαῖας, adulterinæ monetæ (quod pietatis prætextu alios inescunt, & dæmonio deo ueant, offerantq;) architectos & falsarios reputandi, uerùm etiam illis qui libellos spargunt famosos annumerandi, & uelut ciuilis, ne dicam, publicæ tranquillitatis turbatores censendi, si hoc controuersiarum & atrocissimorum odiorum, quibus miserimè conflētantur intonatq; uicinæ, pagi & urbes, feracissimum seminariū, ad iustā trutinetur bilancē. Suos tamen hi inueniunt patronos, ob religionis fortè titulū. Hos enim qui tangit Christos, Dei configere pupil-
lam

Zach. 1.

Iam clamatur. Hoc grande nefas, & morte piam dum. Interim tamen, ut minimum, ab hoc instituto coercendi sunt, à bonorū fruitione suspendendi, uel etiam exilio puniendi: at pro sceleris enormitate, ijs quorum interest, ne sutor (quod dici solet) ultra crepidam, pœnam decernendi, augendi uel immutandi potestatem relinquo.

In horum magorum albo censendi suo quodam iure, quotquot contra diuini uerbi maiestatem & genuinum usum, in medicinæ, omnium artium & sacratissimæ & utilissimæ non tolerandum despectum, contra quoscunq; tum hominum tum bestiarum morbos, salem coniuurationibus uerbisq; sacris huc contortis execratum, & aquam eadem potentia expiatam propinant, uel exorcismis ueræ uirtutis exortibus, aut inconditis incongruisq; uerbis, sacro aliquo nomine, uel diuinæ Scripturæ uocibus, scitè fucatis ut dolus lateat, teste Augustino: uel sacris aut alioqui horrifonis sine intellectu dictionibus recitatis aut scriptis, & collo suspensis, aut alicubi alligatis utuntur. Superstitionis limites hos transiisse fatendum est, & propterea redarguendi acriter refrenandiq;, ne in immane idololatriæ scelus & sacrilegium utriq;

& actores, & qui admittunt, incurrentes,
illius olim diras subire se pœnas,
serò querantur.

*Magorum
medicorum
punitio.*

Quam pœnam arioli, & qui in annulo uel uitro captiuum circumferunt dæmonem, mercantur, & quòd magici libri sint exurendi.

Cap. 2.

*Diuini & a-
rioli ut Rei-
publicæ tur-
batores & fal-
sarij habèds.*

PLeriq; insuper magi Pythonis spiritu inflati, artem diuinandi profitentur: & res perditas quis suffuratus fuerit, aut ubi eæ reconditæ sint, & alia abdita, uel etiam ancipitia, se manifestare posse iactant. Quum autem hi uel <sup>q; lau-
rias</sup> fumo inducti, ut aliquo habeantur saltem numero, sibi artem uendicât occultam, & scientiam quam ignorant: uel propria compulsi malicia, ut fraudent: siue auariciæ illecti studio, ut quæstum fraudulenter faciant, etiamsi interdû per satanæ cooperationem nihil aut parum noverint, gloriantur nihilominus de diuinandi cognitione, siue etiam aliquibus exorcisimis, execrationibus, uotis & ceremonijs, quod pollicètur, peragant: utriq; mendacijs & mendaciorû authori, uelut testi certissimo innixi. consiliq; quum furti aut alterius sceleris notam inurant ijs qui hîc ut innocentissimi agnoscuntur, ita & illæsi nominis inter uicinos antea semper uixerunt pacificè: at hoc norati cauterio præter meritum, calumniam in posteritatem multam sustinent, ut hac ratione graui simultate & odio diuellantur conturbenturq; numerosæ familiæ, & celebres uicinæ antea cõtinuò pacatissimæ: discordiæ huius exitialis & calumniarum execrandarum authores, non alio habendos esse loco, quàm seditiosos Reipublicæ turbatores & falsarios,

falsarios, equidem sentio. Quibus, ut minimū, cum primis silentium à magistratu imponi decet: deinde arbitrariam pro delicti qualitate, pecuniæ irrogari multam: ac nisi à maleficio desistant, exilio puniri: quemadmodum in quodā ariolo Ioachimo, ab ornatissimo Senatus Regij ordine apud Geldros, olim prudenter factū memini. Enim uerò pœnam à Mose, ex Dei uoluntate sub lege ueteri, eius farinae hominibus constitutam, illis nō imprecor. Ea ita sonat: Vir & mulier in quibus Pytho uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruēt eos, sanguis eorum sit super eos, uel capitali pœna digni sunt. Item: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra illam, & excindam eam de medio populi mei. Et Deut. 18: Non inueniatur diuinus qui diuinando futura prædicat, nec mathematicus, nec ueneficus, nec maleficus, nec incantator, nec cōsulens Pythonem, nec magus, nec à mortuis sciscitans. Abominatur enim Dominus quicūq; ista facit, & ob istas abominationes excindit eos Deus tuus ante te. Sic interijt Ochosias rex Israel, quia infirmus spreto Deo uero, & legitimis medijs, misit ad cōsulendum Beelzebub deum Accaron. Quapropter à populo Israelitico illos publico edicto designata pœna exulare uoluit rex Saul, qui magos & ariolos abstulit de terra, atq; interfecit eos qui Pythones habebāt in uētre. Nec pœnas idem ille euasit debitas, quòd huius familie mulierculam in Endor consuluerit. Contra Ma-

*Leuit. 20.
Pœna diuini-
nis, magis &
ueneficis à
Mose consti-
tuta.*

4. Reg. 1.

1. Reg. 28.

618 De præstigijs dæmonum

nassem quoque, & Israelitas, Deus mirè excanduit: grauiusq; puniti fuere, quod diuinos sustinuerint. 4. Reg. 17. & 21. horum etiam meminit Esaias cap. 19. & 44.

Eorū qui in annulo uel uetro dæmonem captiuum circumferunt pœna.

Suus hic locus quoq; debetur ijs, qui, ut ipsis ipsorumq; uoluntati obediat, & ad nutum respondeat, miserum circumferunt dæmonem, in deditioem extremè suffitibus & ceremonijs adactum, & iam annulo ab aurifabro sanè subtili artificiosoq; in carceratum: uel qui eum ostentant in duro, nec fragili scilicet crystallo, aut uetro (mirum est, id à diaboli, ex tartaris cōtinuò ardentibus enolantis, calore non colliquescere) tam strictè & irremissè concatenatum, ut suis solum nunc dominis uelut seruus captiuus & mancipium (quemadmodum ipse naturalis postulat ordo reciprocus, uti dominus serui dominus, ita & seruus domini seruus) suam diuinando, aut res abstrusas detegendo, strenuè præstaret operam. Hi quum animæ suæ consulant malè, & alijs imponant, impietatisq; inquinamentum affricent, minimè tolerandi sunt. Præclarum iustæ pœnæ, imitationeq; dignissimum exemplum ante paucos annos in huius professionis hominem, Iacobum Iodoci de rosa nomine, Cortricensem, Arnhemix apud Geldros proposuerunt, promulgaruntq; Cæsaris auctoritate eximij uiri Senatorij: eius ordinis clauū uigilanter gubernantē amplissimo doctrina, existimatione & prudentia uiro D. Adriano Mario Nicolai, cancellario mihi multis nominibus obseruando, Annulum ille circungestabat, in

*Adrianus
Marius Nicolai
Geldria
cancellarius.*

quo

quo exorcismis colligatum putabat dæmonem, quem singulis quinque diebus, ut minimum, alloqui, & de rebus nouis alijsque consulere cogebatur: libros quoque maleficas artes coniurationesque impias continentes habuit, qua occasione non modò hominum & bestiarum morbos ex maleficio ortos ab alijs discernere, sed & curare uoluit. Quapropter post suos carceres, heros ille publico loco ante ædes Senatorias circa forum solenniter spectatorum corona cinctus, malleo simulatum captiui dæmonis carcerem, anulum uidelicet, postea impositum, sententia ritè lata aperire, atque omnino perfringere cogebatur, eoque modo captum libertate donare: nisi fortè uiolento mallei impulsu contritum dæmonem credat is, qui annuli solido munimento illum constringi posse ratus fuit. Accessit quoque, ut libros in ignè idem ille conijceret: astaretque tantisper, donec flammis eos absumpisset. Exilio insuper puniebatur, post exolutas huius actionis causa factas impèfas. Actum Arnhemix, 14. Iulij, anno 1548.

Annulus, crystallus uitra, et reliqua nefario usui consecrata, solènter infrimenda. Magorum libri palàm exurendi.

Porro de curiosarum harum artium libris quid decerni debeat, ne quidè in quæstionè uocandum: quum memorabile & posteris omnibus sine controuersia imitandum hic exemplum legamus in Apostolorum Actis, ubi Pauli aposto-

Act. 19. In prædicatione Epheli comburuntur cuncti eò
 comportati execrationum libri, pecuniæ quin
Abdias lib. quaginta millium precio æstimati. Hermoge-
4. hist. apost. nes item magus librorum magicorum copiam
 magnam offert Iacobo apostolo, qui exureban-
 tur. Eos qui magiam admirati fuerant, uolumina
 combussisse, tradit Athanasius de Humanit.
 uerbi. Hos quoq; libros prorsus corrumpi uo-
 luit Vlpianus iurisconsultus, L. cæteræ. §. 1. ff.
 fam. hercis.

Huc uniuersum illud diuinationum-dæmo-
 niacarum theatrum, secundo libro inter infame
 magos relatum, accenseatur. Ob necromã-
August. de tiã accusatus est L. Apuleius à Sycionio Aemi-
cuius. dei li. 8. liano, coram Claudio Maximo Africæ procon-
cap. 19. sule: & ut quidam uolunt, damnatus: licet plerique
 secus arbitrentur.

*Quid leges & decreta de magis, & ariolis,
 eosdemq; consulentibus statu-
 tuant. Cap. 3.*

Quid deinde leges & decreta de tota illa
 magorum colluie proposita statuunt,
 subiiciendum duxi. Potissimum uerò, quod ab
 ijs quoq; obijcitur qui Lamias in tempestate ci-
 enda & grandine prouocando nihil posse con-
 cedunt, illud est. Sunt plurimi qui malas exer-
 cent artes, elementa turbant, inficiuntq; nec in-
 nocentium hominum uitæ parcunt, ijs damnũ
 inferentes. quum uerò ij naturæ aduersentur,
 mortis supplicio afficiantur. Lamias autem no-
 stras, ut indoctas, uetulas & deliras, artes exer-
 cere

cere nullas, nec ulla ratione elementa mouere aut uitare posse, ut nec ullum hominem, satis superq; demonstratum est. Quocirca eas decretum hoc minimè concernit. Si quæ sunt, quæ uitæ hominum insidiantur, eiq; uim faciunt, ueneno id fieri oportet: proinde etiam ueneficæ tales dicuntur, & sunt: eæ ex hoc edicto puniantur. Idem lib. 9. Codicis, Imperator, Constan. A. ad Maximia. Nullus aruspex, nullus sacerdos (id est, uetitæ magiæ doctor) nullus eorum qui huic ritui assolent ministrare, ad limen alterius accedat: nec ob alteram causam. sed huiusmodi hominum amicitia, quamuis uetus, repellatur, concremando illo aruspice qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulâ deportando post ademptionem bonorum, qui eum aduocauerit suasionibus uel præmijs. Idem Imp. ad populum: Nemo aruspiceum consulat, aut mathematicum, nemo ariolum: augurum & uatum praua confessio conticescat. Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur: sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas. Idem Imp. Const. A. & c. ad Thaurum præfectum prætorium: Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum, præter illa uidelicet crimina quæ legibus demonstrantur, etsi homines magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen qui in comitatu nostro sunt, ipsam propemodum pulsant maiestatem, si quis magus, uel magicis certaminibus assue-

Contra diuinos, magos sacrilegos, & ueneficos lata Imperatoris leges.

Chaldæi, magi et malefici.

tus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur uel mathematicus, aut narrandis somnijs occultans artem aliquam diuinandi, aut certè aliquid horum simile exercens in comitatu meo uel Cæsaris fuerit deprehensus: præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat. Si uerò conuictus fuerit, & ad proprium facinus deregentibus repugnauerit pernegando, sit eculeo traditus, unguis que sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore.

Nullus debet consulere diuinatorem, & qui libet à diuinando debet cessare: & cōtrà faciens punitur, h. d. secundum Sal.

Nullus debet consulere incantatorem de his quæ futura sunt, nec Chaldæos, nec maleficos: & qui contrà fecerit, ultore gladio capitali pœnæ subiacebit. Viuianus.

Qui dæmones inuocant, uel imagines cereas incantant, puniuntur, h. d. Sal.

Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi: de iure uerò Canonico, etiam si faciant ad finem boni. 26. q. 2. cap. illos. & c. ex tuarum. extrà, de sortilegis. & c. fin. c. tit. ubi Glosa. Bart. Sali.

Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. si quis. ff. de iniur. dicit teneri constitutionibus principum eos, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur, iuxta l. nemo habet. C. de mathematicat.

Diuinatio diuinorumq; consulta in Toletana synodo, & in epistolis Decretalibus cōdemnantur.

nantur. Gregorius, & hab. 26. q. 5. si quis: Si quis ariolos, aruspices, uel incantatores obseruaerit, aut phylacterijs usus fuerit, anathema sit. Gloss. Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quibus continentur incantationes. Idem, & hab. 26. q. 5. contra: Contra idolorum cultores uel aruspices atq; sortilegos fraternitatem tuam pastoraliter uehementius hortamur inuigilari custodia: quòd si emendare se à talibus nolle repereris, si serui sunt, uerberibus uolumus castigari: si uerò liberi, in clausione digni, districtaq; sunt in pœnam dirigendi.

Phylacteria.

Augustinus, & legitur 26. q. ultima, admoneant: Admoneant fideles sacerdotes populos suos, ut nouerint, magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre, &c. Et si quis hæc exercuerit clericus, degradetur, laicus anathematizetur.

Idem ex concil. Ancyritano, ca. 34. Qui diuinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur, uel in domos suas huiusmodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, sub regula quinquennij iaceant secundum gradus pœnitentiæ diffinitos. Gloss. Secundum legem isti concrematur: sed ille in cuius domo hæc fiunt, post publicationem bonorum in exilium mittitur: ut. C. de malef. nullus.

Idem ex Conc. Martini Papæ: Si quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos aut sortilegos in domum suam introduxerit, quasi
ut

624 De præstigijs dæmonum
ut malum foras mittant, aut maleficia inueniāt,
uel lustrationes paganorum faciant, quinque an-
nis pœnitentiam agant.

*Cōtra nostros
incantatores
Ecclesiasticos.*

Item ex Concilio Laodicensi, ca. 30 : Non o-
portet sacris officijs deditos uel clericos, ma-
gos aut incantatores existere, aut facere phyla-
cteria, quæ animarum suarum uincula proban-
tur: hos autem qui talibus rebus utuntur, proj-
ci ab ecclesia iussimus.

Item ex Concilio Toletano 4. cap. 30. Si quis
episcopus, aut presbyter, uel diaconus, uel qui-
libet de ordinibus clericorum, haruspices, aut
incātatores, aut hariolos, aut certè augures uel
fortilegos, uel qui profitentur artem magicam,
aut aliquos eorum similia exercentes, consu-
luisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis
suæ suspensus, monasterij curam excipiat: ibiq;
pœnitentiæ perpetuę deditus, scelus admissum
sacrilegij soluat.

Gregor. Hadriano notario: Peruenit ad nos,
quòd quosdam incantatores atq; sortilegos fue-
ris insequutus: & omnino nobis sollicitudinem
zelumq; tuum gratum fuisse cognoscas. Studij
enim tui sit, sollicitè quærere: & quoscunq;
huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta ul-
tione corrigere.

Item ex Concil. Aurelianensi: Si quis cleri-
cus, monachus, uel secularis, diuinationes uel
auguria crediderit obseruanda, uel sortes quas
mentiuntur esse sanctorum, quibuscunq; puta-
uerint intimādas, cum his qui cum eis credide-
rint, ab ecclesiæ communionem pellantur.

Item

Item ex Concil. Carthag. cap. 39. Augurijs & incantationibus feruentem, similiter Iudaicis superstitionibus uel ferijs inhærentem, à conuentu Ecclesiæ separandum præcipimus.

Ex Concil. Acquirensi, part. 2. caus. 26. quæst. 5. episcopi: Episcopi eorūq; ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam & à Zabulo inuentam, sortilegam & magicam artē ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquē uirum aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inueniunt, turpiter dehonestatum de parochijs suis deiciant. Ait enim Apostolus: Hæ- Tit. 3. reticum hominem post primam & secundā correctionem deuita, sciens quòd subuersus est & is etiam qui eiusmodi est. Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia querunt: & ideo à tali peste dehet mundari. *ancta Ecclesia.* Canon 61. de sortilegis damnandis: Qui se uatibus tradiderunt, uel ijs qui Centuriones dicuntur, aut ijs similibus, ut ab illis discāt, si quid sibi reuelari uelint, secundum ea quæ prius à patribus sunt sancita, Canoni qni est de sexennio subijciatur. Eidē pœnæ subijcere oportet eos, qui urfas aut similes bestias ad lusum & perniciem simpliciorum circumferunt: & eos qui fortunam, fatū, genealogiam, aut similiū uerborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eosq; qui nubes fugare dicuntur, & imprecatores & amuletarios & uates. In his autem perseuerantes, nec mutant sententiam, nec fugientes hæc perniciosa & Ethnica instituta, omnino deijciendo s ab Ecclesia

clesia definimus, sicut sacri Canones dicunt: Nam quæ luci cum tenebris communio? aut quæ concordia Christi & Belial?

Hic nulla in legibus aut decretis, Lamiarum à nobis descriptarum, aut attributorum ijsdem scelerum fit mentio.

*Magis resipiscentibus proponitur Syluestris secundi
Papæ historia, cui figmentum annectitur de mi-
serabili cuiusdam maleficæ mulieris
sine. Cap. 4.*

*Syluestris 2.
Magi histo-
ria, eiusq; re-
sipiscentia.*

Resipiscentibus autem, pontificis Roma-
ni 81. Syluestris secundi famosum exem-
plum ex Platina, Nauclero, Petro Præmonstra-
tensi, Bennone Cardinale, chronico fratris Mar-
tini ordinis prædicatorum, & alijs, proponere
uolui. Hic Gilbertus antea uocatus, natione
Gallus, malis artibus (ut aiunt) Pontificatum
adeptus est. Adolescens enim, in Floriacensi cœ-
nobio diœcesis Aurelianę inauguratus fuit mo-
nachus: relictoq; monasterio, diabolum secu-
tus, cui se totum mancipauerat, Hispalim ciuita-
tem Hispanię bonarum artium causa profectus
est, ubi se philosopho Saraceno magis perito in-
sinuat. Apud magum uerò hospitem uiderat li-
brum necromanticum, quem ille clam surreptū
cupijt. Cum autem religiosius cautiùsq; custo-
diretur, per hospitis filiam cum qua illi domesti-
ca intercefferat familiaritas, tandem secretò ad-
emptum ut perlegeret, impetrauit Gilbertus:
qui eo bona fide accepto, meditatur abitione,
periculum tamen ex furto sibi metuens. Gilber-

tus igitur ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, largitione primò quidem archiepiscopatum Remensem, inde Rauennatem nactus: pontificatum postremò, anno millesimo (ut tradit Petrus Præmonstratensis: ut alij uerò, anno 997) maiore conatu, adiuuante diabolo consecutus est: ea tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus ad illud dignitatis fastigium conscendisset. Quanquam interim artes magicas in Papatu dissimularet, caput tamen æneum in abdito conseruabat loco, à quo responsa accepit, si quando à spiritu maligno quicquam postularet. Demùm cum Gilbertus regnandi cupidus, diabolum sciscitaretur, quãdiu in pontificatu uicturus esset: respòdit humani generis hostis ambiguè, ut solet: Si non attigeris Hierusalem, diu uiues. Dum itaq; Pontificatus sui anno quarto, mèse uno, die decimo in basilica sanctę crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret, graui statim correptus febre, facto se moriturũ cognouit ex dæmonum strepitu (teste Petro Præmonstratensi) qui pensum sibi soluendum existimarũt. At pœnitentia ductus Pontifex, & scelus magici erroris sui coram populo fassus deplorat: omnesq; primò posthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad bene sanctęq; uiuendum adhortatus est: deinde unũ quenq; rogauit, ut post mortẽ truncũ corporis sui laceri & disiecti, quemadmodũ merebatur, bigæ superimponerët, eoq; loci sepelirent, quo spòte ab equis uectũ foret. Inter ipsas uerò mortis angustias supplicat (inquit Benno) sibi ma-

nus & linguam abscindi, per quas Deum blasphemasset, dæmonibus sacrificans. Ferunt igitur Dei nutu & prouidentia (ut ait Platina) equos ipsos spôtè ad Lateranêsem peruenisse basilicam, eoq; in loco sepultû eius fuisse corpus: ut scelerati sciant, apud Deum ueniæ locum sibi relictum esse, si in uita aliquando pœnituerint.

*In Spec. hist.
li. 26. cap. 26.*

*Malefica &
diuinatrici
quid à morte
acciderit.*

Tristiore[m] maleficæ Anglicanę finem describit ex Guillerino Vincentius, licet figmentum esse credam: tamen ut misceantur seria iocis, lectorem iuuabit fabula, uel historia fabulæ non absimilis. Mulier, inquit, eodem tempore apud Berheliam Angliæ uillam, malefica & diuinatrix, cum quodam die conuiuaretur, cornicula quam in delicijs habebat, uocalius solito nescio quid cornicata est. Quo audito, dominæ cultellus de manu excidit, simul & uultus expalluit: eaq; diutissimè ingemiscens, in hæc prorumpit tandem uerba: Hodie ad ultimum sulcum peruenit aratrum meum, hodie incommodû grande & audiam & patiar. Adhuc ea loquente, aduenit nuncius, eodem die eius filium & totam familiam subita interiisse morte narrans. Ea re intellecta, cõtinuò faucia dolore decubuit: iussitq; acciri superstites liberos, monachû & monacham, quibus cum gemitu ait: Ego miserabili meo quodam fato dæmoniacis artibus hætenus operam nauaui, uitiorum omniû sentina, & illecebrarum magistra, spe tantum uestræ religioni innixa, quum à me ipsa desperarẽ. nunc itaq; quandoquidem me dæmones habituram exactores

exactores pœnæ scio, quos habui scelerum sua-
fores, per materna uos rogo uiscera, ut mea ten-
tetis leuare tormenta: erit enim de animæ per-
ditione sententia irreuocabilis. Corpus ergo
meum in corio ceruino insutum includite in
theca lapidea, operculum deinde ferro plum-
boq; constringite, & lapidem ipsum tribus ma-
gnis circundate catenis. Si tribus noctibus ita
securè iacuero, quarto die me sepelietis, quan-
quam terram corpus non admissuram ob mea
maleficia uerear. Cantètur pro me psalmi quin-
quaginta noctibus, & missæ celebrentur toti-
dem diebus. Matris uoluntatem exequantur li-
beri, at nihil promouerūt. Primis enim duabus
noctibus, cum clericorum chori psalmos caner-
ent circa corpus, dæmones ostium templi im-
menso obice clausum, leui negotio confringen-
tes, duas extremas thecæ funeralis diruperunt
catenas, media autem operosior permansit il-
læsa. Tertia nocte circa gallicinium, strepitu
eorum qui ostio appropinquabant, totius mo-
nasterij fundamenta uidebantur succuti. Vnus
autem cæteris uultu terribilior, & statura cel-
sior, ianuas maiori uirtute collisas in frustra de-
iecit, arrogantiusq; funus petit: in clamatoque
mortuæ nomine, ut surgeret imperauit. ea mox
respondente, Nequeo ob uincula: Soluêris, in-
quit, & malo tuo. statimq; catenâ, quæ reliquo-
rum ferociam eluserat, nullo conamine ueluti
stupam infregit, thecæq; funeralis operculum
pede detrusit, & apprehensa manu palàm omni-
bus eam ad templi fores protraxit, ubi in pro-

cinctu stabat equus niger superbè hinniens, undiquaque prominentibus uncis ferreis: quibus imposita misera, ab intuentium oculis cum uniuerso comitatu euanuit. Suppetias tamen orantis clamores miserabiles per quatuor ferè audiebantur miliaria.

Lamias hæreticis non esse annumerandas: item de custodia & carceris discrimine. Cap. 5.

QVoniam uerò Lamia, quas ita nuncupât, sunt sexu mulierculæ, ut plurimum uetula, natura melancholicæ, mentis impotes, animum temerè despondentes, exigua in Deû fiducia: ijs uelut idoneis organis libètius se diabolus adiūgit, ac promptius insinuat, ut earum mentes uarijs conturbet formis: quarum ludibrijs effascinata, se fecisse existimant, fatèturq; id quod ab ipsis fuit alienissimum. Enim uerò si perspicaciori mentis acie rem omnem ad normam exigas eorum quæ à dæmone & agi possunt, & aguntur, ac quæ ab hominibus, illius opera ac instrumentis propositis perfici creduntur: à dæmonio, quicquid id est, designatū esse comperies. Vix itaq; inducor, ut eas in hæreticorum numero collocare audeam: quum hoc nomen nemo, nisi semel atq; iterum admonitus, & tamen fanaticis imbutus opinionibus, constanter & præfractè perduret, mereatur. Error in mente non facit hæreticum, sed uoluntatis pertinacia. Quare hæc mète prorsus à satana corruptæ, & falsis imaginationibus distractæ, si nihil aliud

ipso

*Quomodo
Lamia delu-
sa dæmonis o-
pera putent
esse sua.*

*Hæreticus
quis.
Tit. 3.*

ipso actu in alium cōmiserint, erunt examinanda, & rectius in præcipuis nostræ fidei Christianæ capitibus instituendæ, ut quod in suæ huius religionis inchoatæ primordijs sponderint, diabolo renunciantes, atq; eius tamē clandestino fraudulentoq; inductu (quod primæ parenti Eux quoq; contigisse scimus) postea declinarint incautæ, id iam resipiscentes, ex salubriori institutione præstare per Dei gratiam, omnibus suis uiribus satagant. Quid hic demonio minus poterit, suasionē cōtraria fidelis Iesu Christi minister? qui ouem satanæ suggestionē perditam requireret, atq; ad ouile Christi reducet. Facile uerò, factō attentē periculo in ipso articulorū Fidei examine, si fortē alicubi aberrarit malē persuasa, elucescet: & num saniori doctrinæ pertinacius reluctetur melius docta, mereaturq; hæreseos notā, an conuersa, & à seductionis uitiatæq; mentis ueterno excitata, in Ecclesiæ membrum denuō recipi, & pro se orari ex toto pectore cupiat, obsecretq;. Propterea nō tam proclives esse decet Christianos, ut fide & mente propter sexū ac ætatē imbecilles uetulas, ex sinistra alicuius maleuoli opinione, suggillationeq;, in tetros illos, squalidos, hominū custodię nō designados carceres, horrida cacodemonū captos torquentiū domicilia, præcipites agant, atq; crudelissimo cuius tortori immaniter excruciantas quæuis etiā atrocissimo tormentorū genere, uelut in Phalaridis tauro conclusas, in carnificinam, humanitatis profectō affectū omnem exuti tradant: quemadmodum multis in locis

632 De præstigijs dæmonum

non tam prudenter quàm seuerè fieri constat.

Præter exorbitantium cruciatuum dolores iniquè inflictos, animaduertendum etiam, inter carcerem & custodiam multum discriminis constitui à Iurisperitorum schola: quæ, eorum qui postea plectentur uita, custodiam neutiquam uult esse pœnam: quâ à carcere horrido irrogari etiam insontibus senserunt, qui præter meritum quandoq; in illum fuère detrusi. Verùm ut æquitatis commiserationisq; ratio labefactata negligitur, contemniturq;: sic & custodiæ nomen cum usu apud plerosq; propemodum euanuit. Ita fit, ut solitudine diutina, carcerum squalore, caligine tetra, uarijsq; dæmonum spectris exhorrescentes misellæ Dei creaturæ, antea nonnihil diaboli absidua suggestione, fascino & delusione, mentis sensu luxatæ, & iam denuò torturis uarijs excarnificatæ, dum quæstionibus atrociter subijciuntur, cum morte semel momento acerbissimam eiusmodi uitam commutare malint, quæcunq; proposita flagitia libenter confessæ, quàm ferocius in easdem putidissimorum carcerum speluncas & equuleos præcipites retrudi.

Experimenta in dignoscendis Lamijs fallacissima. Cap. 6.

CAeterùm quod manibus pedibusq; colligatis, uel pollice manus dextræ, magno digito sinistri pedis, & uicissim pollice sinistræ, digito magno dextri pedis transuersè uinculo astrictis, Lamias maleficij reas, aquæ iniectas nunquam

nunquam submergi, at supernatare, uelut certum experimentum, nec fallax indicium esse, apud magistratum & carnifices in plerisque ditioribus obseruetur: næ illud nimis est ridiculum, mirumq; huic insulsæ persuasioni ullum hominem, uel leuiter rationis sensu præditum, fidei tantillum apponere. Natationis siquidem causas, uti leuitatem, raritatem, spiritus sustinentis conclusionem, corporis uiui habilitatem, idque genus reliquas naturales occasiones, non magis inesse his corporibus, etiam fontibus, ut quidem fateor, ita asserere audeo: si quid eiusmodi præter naturæ ordinem uideatur, id fieri suffulciente feminas, de quibus etiam falsa est suspicio, diabolo, ne submergantur (conniuente Deo ob incredulitatem magistratus, fallax hoc experimentum admittentis) quo in sententiam iniquam iudicem tandem inducat hac fraude impostor ille, ab initio sanguinarius. Mulierem quoque rariore carne præditam, & teneriorem esse, quàm uirum, docet Hippocrates. Tradit uerò Philarchus, in Pôto genus Thibiorum esse, & multos alios, quorum notas in altero oculo duplicem pupillam, in altero equi effigiem assignat: nec eosdem posse mergi, ne quidem ueste degrauatos. Id si uerum est, conatū esse oportet.

Similis temeritatis & superstitiosæ demoniacæque falsitatis experimentum est, quod in Malleo legitur: Die Dominico sotularia iuuenum axungia seu pinguedine porci, ut moris est pro restauratione fieri, perungunt: & sicubi eccle-

*Natationis
causa.*

*Li. 1. de mor-
bis mulieb. in
initio.
Plin. lib. 7.
cap. 2.*

*2. Secundæ par-
tis, quæst. 2. in
initio.*

fiam intrant, tamdiu maleficæ ecclesiam egredi nequibunt, donec exploratores aut exeant, aut illis exeundi licentiam expressè concedât. Nec absimile erit, quod in hanc dignotionem plerisque in locis obseruatur admodû impiè, ubi ex terra quam ter sparta primùm in sepultura iniiciunt pastores, portiuncula Missæ sacrificio scilicet sanctificata, calcando templi limini supponitur: nec sagam, si in templo sit, tum posse egredi putatur. Item assulas sume ligni quercini, in quo aliquis sit suspensus, uel se strâgularit: inspergantur illæ aqua lustrali, collocenturq; in templi ingressu: nec egredi ea poterit, nisi assulas summoueris.

Que in maleficij perpetrati inquisitione sunt facienda, & confessioni soli non esse standum. Cap. 7.

Regulam autem hanc minimè fallacem à quæstionibus obseruare decuit, ut de singulis illis flagitijs iam confessis, accuratè cum iudicio inquiratur, quas alios passos dicunt, fatenturq; ærumnas & calamitates à se illatas, nû ita se habeant, uel in rerum sint natura: & si cõperiat quosdam ita læsos, uel morbos aut damnum perpeffos esse, ut iam ab alijs hæc confessis, designata huiusmodi mala putêtur: inde quibus medijs, materiebus aut organis perpetrata sint, penitius inuestigetur: & num illa media, materies aut instrumenta istiusmodi effectibus producendis sint apta, consonaque. Vbi naturalium rerum & uirtutû cognitione celeberrimum

brum medicorum iudicia in consilium accer-
seantur, quemadmodum in alijs quoq; casibus
eos spectantibus fieri uolunt leges. Vt enim nō
est alicuius melancholici, aut mente uitiati stan-
dum confessioni: ita etiam ex harum confessio-
ne non est infligenda temerè punitio, nisi ex
certis circumstantijs, & demonstrationibus e-
uidentibus, indubitatum constet ueneficium
uel uenenatio, pharmaco uidelicet propinato
aut illito: aut eo loci, unde halitu inficere mani-
festum est, deposito. Oportet siquidem proba-
tiones luce meridiana esse clariores, maximè
in actione quam uocant criminali, quæ Iuris-
consultorum laudabilis est sententia. Nam in
in hoc maleficij negotio, multa turbulentiè, uel
ex sinistra opinione aut suspicione, uel malitio-
se ex maligno affectu, uel ob morborum diffi-
cultatem, aut rerum iacturam, ex incredulitate,
quòd non satis Dei iustæ uoluntati ex animo
se totos quidem tradant, subijciant que, dicun-
tur, multa confusè de alijs sparguntur, confes-
sione itè in illis a dæmone uetularum fan-
ciuntur, diabolo frigidam hic suffundente, &
machinationis clauum fideliter dirigente: ut si
quis aurem applicet facilè, accusationem &
confessionem ratas existimans, ita se tandem
delusum sentiet, quo tanquam in labyrintho
inexplicabili inuolutus, nunquam sit exitum
inuenturus, si ad legum normam & iuris rigo-
rè cuncta ex auditis exequi statuat. Ea sata-
næ ars est, res usque adeò tricis subtilissimis im-
plicare, confundereq; ut nec ulla Thesei sagaci

*Confessione mē-
te laesi non est
standum.*

*In actione cri-
minali oportet
probationes luce meri-
diana esse clariores.*

tate extricari, nec Oedipi prudentia explicari queant. Sic uel in principijs omnino substituisse, & intra metas se continuisse, aut maturè retrogressum esse præstare, ne diabolò ab initio homicidæ, ob aperta mendacia aut ueritatem dolo falsitateque uitiatam, aperiatur fenestra, per quam se in actiones nostras insinuet, ipsa re & usus obseruatione comperi. Nec omnè longius grassandi occasionem satanæ præcidendi, compendiosior unquam erit uia: alioqui mendaciorum, calumniarum falsarum, ueritatis momento interdum mixto ut dolus lateat, criminatio- num atq; accusationum nullus uidebitur modus aut finis.

*De uariet. li.
15. cap. 80.*

Huc Cardani sententiam adduxisse iuuabit. Cõstat has sæpe meritò plecti, inquit, quòd sint maleficæ, aut etiam ob impietatè: cæterùm plerunq; stultæ solum sunt, nec confessio integra, nec iudicium, uelut de latronibus ac furibus, reliquisq; sceleratis hominibus, ad mortis pœnâ trahi posset. Sed omnia plena uanitatibus, mendacijs, repugnantia, in constantiaque. nam illud quod dicitur, conuenire & contestari absentes, omnino falsum est: nec nisi de die congregationis conueniunt, cum uulgata sit quæ nam sit. Id uerò argumentum si rectè & diligenter examinetur, ostendit hanc artem esse prorsus falsam, & illas non uerè in unum coire: nam una centū aut etiam plures detegere posset, cum illarū muliercularum opinione tot intersint. Verùm non nisi fama agnitas, aut uisu, accusant, quas non excludo (sic enim uisionè illā uocāt) sed ex audi

tu & colloquijs agnoscunt: utrùm uerò uigilantes, an dormientes, certum est quòd in utroque tempore. Eadem autem uident atq; audiunt, ob fixam contemplationem, fidemq; illius rei: uelut Rasis enarrat de illo qui se gallum ob stulticiam existimabat, statis horis gallorù more ad canendum surgens annis pluribus. Hæc autem opinio ac uisio mutuis inter se colloquijs multum cõfirmatur. Neq; adeò frequenter ad hunc abeunt ludum, quædam enim uix ter in anno accedere sibi uidentur, nec quidem uolentes: quamuis & hoc persæpe contingere putetur, maximè unguentorum auxilio. Hæc ille.

Trium muliercularum ob maleficij opinionem exustarum confessiones proponuntur, penitiusq; excutuntur. Cap. 8.

PORRò ut exemplis lucidior euadat res per se obscura, tenebrisq; inuoluta, duarù muliercularum in ciuitate Imperiali paucis abhinc annis captarum, exustarumq; confessiones, à me requisitas, Consulisq; assensu ex codicillis iudicialibus communicatas, hic proponere uolui, quibus subiunxi tertiam. Primùm una quidem fatetur, se à Deo omnipotète descuiisse, & diabolo maleficio adhæsisse, ac amasiù suù appellari Bernardù: deinde effecisse singulis uicibus pomo, ut matrona quædã N. sexies partù ediderit mortuum. Confitetur item, se cuiusdam uiri N. filiam, cereuisiæ haustu per maleficiùm enecasse: identidem & N. uxorem ita iam lecto tanquam ex morbo affixam, maleficio læsisse.

*Prima muliercule uti Læ
uis confessione*

Propter hanc confessionē, igni tradendam miserellam decreuit magistratus: & quidem non in meritò, si uerè compertum fuerit illa scelera ab ea fuisse designata.

*Confessionis
refutatio.*

Ioan. 8.

1. Ioan. 3.

*Ex diabolo
est, qui pecca-
tūm commit-
tit.*

Matth. 12.

Luc. 11.

*Concubitus
cum demone
imaginaris.
L. 2. cap. 34.*

Amabò autem tribus excutiatur confessio uerbis. Quòd à Deo desciuisse se fateatur, & dæmonio adhæsisse, id in foro ciuili non erit criminale. Quotusquisq; etenim nostrūm est, qui id ipsum non facit? Siquidem omnis qui facit peccatum, seruus est (docente Christo) peccati. Qui committit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iusticiam, non est ex Deo: & qui non diligit fratrem suum. Qui non est mecum, ait Christus, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Sed admoniti resipiscere possumus, & pœnitentiæ locus est. Quid ergo uetat, quo minus & illa redarguta, rectiusq; instituta, ad sui cognitionem ualuisset reduci? Sorriatur hic locum apud libri Conformitatum patronos, ubi legitur, uxorem ambiisse quendam monachum, ac ut eam adduceret, diabolum orasse, se illius fore pollicitum, tradito chirographo propria manu, & sanguine consignato. Postea pœnitentia ductus, animi morbum fratribus fidis explicuit, qui Missarum plurium turba dæmonio schedulam excusserunt. Quòd se concubitum dæmonis Bernardi passam dixerit, phantasticum & imaginarium prorsus fuisse, ex superioribus liquet: ubi ex professo diluitur illud phantasma, ut minus fidei uel hoc sal-

tem

tẽm nomine confessioni eius fuerit adhibendum, quæ ex mente hallucinãte, erronea quoque censenda est. Quis alius rogo huic proco Bernardi nomen indidit, quàm ipse sibi: id corrupto auditus sensui uel ui imaginatiuę ingerens, ut edito nomine inter Christianos usurpato, in maiorem confidentiam, mente titubantem mulierculam illiceret, sibi que deuinciret? nec ob hanc satanæ illusionem, mentisq; mulierculæ læsionem, mortis pœna irrogari debuit. Nec pmo int̃rimi potuit fœtus, nisi accesserit uenenum, quod solertius indagandum erat: quem admodum quoque, num ea fuisset illius ueni efficaciac fœtui enecando peculiaris, ut matri hinc nihil aliud inferri potuerit incommodi: nec solum inualidæ eius confessioni standum erat. Quod etenim ex Dei uoluntate & arcano consilio contingit, uel diabolo diuinitus permittitur, id uitiato feminæ cerebro dæmon sæpe ingerit, quasi ab illa designatum sit: cuius tamen sceleris illam planè in fontem esse comperiet is, qui singula ad rationis perpendiculum non somnolenter expenderit. Id ipsum de filia N. cereuisiæ haustru sublata per maleficium, dicendum est. Quid enim cereuisiæ immissum fuerat, quod int̃rimendi uim deleteriam obtineret, adhibitis in consilium medicis, in earum rerum cognitione insignibus, uigilantius erat inuestigandum. Nec minori studio inquirendum, quibus organis aut medijs coniugi N. morbum conciuisset. Nec uulgatæ & odiosæ carminis aut maleficij

uoci pronas adeò offerre decuit aures. Enimue rò ubi sola incantatione infortunium quodcun que à se procreatum narrant amentes & inconstantes hæ uetulæ, peruerso dæmonis instinctu id fieri, easq; à uera morbi eiuscemodi inuentione tam esse liberas, quàm quemuis alium, deierare non uererer. Vnde cuius se criminis reos faciant, qui tam inconsideratè immaturas effundunt interdum sententias, ipsi uiderint.

*Alterius e-
xusta confes-
sio.*

Iam alterius quoq; eodem in loco igni adiu dicatæ confessionem editam audiamus, leuiq; inuestigatione excutiamus. Cõfitetur hæc, quã ante sexennium ferè, hora quadam matutina, præ animi desperatione, de ui sibi inferenda cogitaret, ad se accessisse uirum quendã proceræ staturæ, & formæ non inuenuitq; pallio nigro, & reliquo eiusdem coloris uestitu ornatũ: qui eius dolorem solatus, inter alia iussit eam non abiecto, sed confidenti esse animo, suum pollicitus patrociniũ, seq; semper illi res necessarias & pecuniam abundè prospecturum, si modò uicissim ipsius consilio & uoluntati se deuoueret. Atque magnum auri cumulum illi ostentabat hic uir. Ea uerò in ipsius assensit consilium, abnegans Deum omnipotentem, Mariam matrè IESU CHRISTI, & omnes sanctos. Hinc chrisma ei ex fronte exemit uir, atque se perpetuum fore concubinũ sponpondit, nomen sibi esse Alexander, inquit. Fatetur adhæc, concubinũ quater domi suæ in lecto opus uenerum secum perfecisse; item, se cuidam cereuicæ coctori

coctori N. felicem rerum fortunã carmine subtraxisse, resinæ vulgaris pauxillo, uasi mancipato huic coctioni, subdito: item, se uectoris N. coniugem ualetudine bona per incantamenta priuasse, quod alicuius rei donationem ipsi denegasset: & puerum N. maleficio morbidũ reddidisse ac mutilasse.

Punienda certè flagitia, si uera sunt. Atqui uides eam non sanæ mentis mulierculam ad restim propemodum uenisse, atque contractum iniisse uel imaginarium, uel nullius certè momenti, ut secundo libro amplissimè ostendi, cum amasio phantastico, qui ea imaginaria uestitus forma apparuit, quum solum spiritus esset uestium & coloris expers. speciem auri prestigiosè hic protulit, qua illam delusit, non aurum: quemadmodum quoque concubitu eam exercuit ludibrioso. Chrisma præterea eximere simulabat, cuius uirtus qualis qualis sit, si in externa duntaxat applicatione cõsistit, uel consimili exemptione perit: iam dudum aqua, qua frons & reliqua toties mundatur facies, eam omnino absterfisset. Baptisimi autè uis secus nos docet, eam minimè in carnis ablutione consistere, ut sordes abluatur: sed ut bona apud Deũ conscientia bene respondeat. Fusio rem omnium refutationem libro secundo cap. 19. 20. & reliquis inuenies. 1. Pet. 3.

Non plus habebit ponderis, huius mulierculæ in fraudulentò contractu abnegatio: quin si admonita, fideliusq; instituta, eas diaboli cognouisset artes, resipiscens, erroremq; confessa, in Ec.

in Ecclesiæ sinum rursus debuerit admitti.

Matth. 26. Petrus à Christo præmonitus, ipsum ter, sana

Marc. 14. mente & corpore, contra animi testimonium,

Luc. 22.

Ioan. 18.

abnegauit, etiam præstito iuramento: quem tamen clementiæ suæ oculis Christus usq; eò nõ est dedignatus, ut ipsum etiam Ecclesiæ caput constituerit. Quid frequentius impunitusq; (apud Italos maximè, si quid illis ex uoto minus cedat, præsertim in illicito aleæ lusu) quam blasphemis horrendisq; uocibus, pollice etiam inter indicem & digitum medium tenso, ac facie cælum uersus erecta, in eorum despectum, Deum & Christum abnegare?

Num insuper resinæ modicum, uasi suppositum, habeat eam potestatem uitandi cereuisiã, in quæstionem exactiorem uocari oportuit. aliam etenim corruptæ cereuisiæ causam necessariò fuisse asserent, qui rerum naturalium fontes uera ratione scrutâtur & intelligunt. Nec sanitate fraudari potuit uectoris uxor, nec puer mutilari, per carmen, nisi accesserit uenenatio, cuius hic nulla fit mentio.

Tertia ita habet. Apud Hollandos in oppidis maritiinis, Roterodamo & Scheidamo, expiscium captura maximè uiuitur. Horum incolæ quum haleces piscaturi enauigassent, & piscium copia onustas reducerent naues Roterodami, retia lapidibus onerata Scheidami retraxerunt. Quod insperatum infortunium maleficio confestim imputabatur. Quocirca mulieri iniicitur manus, quæ incunctanter fatetur maleficis suis artibus id accidisse, & se per uitri foramen

Tertia cõfessio ridicula.

men

men (quod ostendebat eius magnitudinis, egrè ut digitum transmitteret) dum piscibus illi insidiarentur, transuolasse, & in mytuli testa (mosselscolp nostratibus dicitur) se mari commisisse, illudque traiecisse usque ad halecum stationem, & ibi incantamentis haleces fugasse, & earum loco subiecisse lapides. Lata hinc potissimum sententia, flammis illa deuoranda traditur.

In hac confessione expendendum erat, num in rerum natura sit, operante diabolo quomodo-
Eius refuta-
lio.
 docunq; pro suo arbitrio & uiribus, per arctissimam utriusque rimam, ne digiti quidem capacem, aduultum transferri posse hominem, non ex solo spiritu flabilem, aut ex substantia ductili liquabiliute concretum: sed ex solidis ossibus, tenacibus cartilaginibus, siccis tendonibus, ligamentis, neruis, membranisque præter musculosam carnem, compactum: qui si etiam in flatus resolui potuisset, eorum tamen simul perumpente ui illud uitrum infringi debuit. Ad rationis ite normam oportuit uocari; quomodo in mytuli testula prouectæ ætatis fœmina cum tanto lapidum aceruo, fretum potuerit sulcare uarium turbulentumque. Sed nec traiectu hoc in testula opus fuit ei, quæ mox per uitri angustissimum foramen perniciosissime uolarit. Tam uerò omnis hæc confessio est insulsa, inutilis, dissona, absurda & mendax, ut mulierculam hanc uel delirasse, uel melancholia fuisse agitatam, uel alioqui deprauata phantasia ductam, uel à dæmone obsessam, qui uel huius

ius linguam rexerit, uel ex ea uocem ediderit, quilibet nõ omnino mentis impos dijudicasse ualuerit. Glossas comminiscantur quascunque uolent eiuscemodi iudices, sententiam ita sanguinariam ritè pronounciari posse in re uel incognita, siue extra rationem & rerum naturam posita, nullis unquam cõuincant rationibus. Quare autem non citius proniusq; credam, ex Dei permissu propter hominum incredulitatem ut ij punirentur, aut etiam probarentur, si adsint, fideles, diabolum qui potuit, eos inuexisse lapides ut deciperet, quod illi peculiare est, quam admittam, mulierculam, quæ omnino non potuit, ea perpetrasse? Si cum dæmonis subsidio, illam fecisse occlamatur, & id quidem constanter nego: si etenim diabolus uel millies hoc uellet & conaretur, per exiguam rimam posset neuitquam transferre mulierem: quod tamen accidisse, illa confessa est. Si hoc merum esse delirium, nugas & mendacium obtinuero, mi patres conscripti, quæ reliquis eius farinæ nænijs debetur fides?

Eodem modo infinitæ possent recenseri confessionum formulæ ex publicis magistratuum codicillis, quas si penitus expenderis, *ad uariationem* uel impossibilitatem, (si ita loqui liceat) inconstantiam, uanitatem, mendacia ueritate fucata, tectaq; uarietatem, labyrinthum, imò fabulas comperies.

*Alia confessio explicata: & uerbis aut imprecatione ne
minem posse ledi: item Lamias esse
amentes. Cap. 9.*

HAudita pridem quædam in uinculis de-
tenta, se plurimas uirgines religiosas in
cænobio uarijs tetani cruciamentis ex-
ercuisse, indita oleribus mixtura ex aspide, bu-
fone & sanguine menstruo simul confusis, fateo-
batur. Hic omnium primùm diligenter inqui-
rendum erat, num ex horum uenenorum com-
mixtione, eiusmodi resulent effectus, uel mor-
bi, uel symptomata. Tandem illa publico iudicio
flammis tradenda, in hoc extremè perstitit con-
stanter, illam calamitatem à se atq; matre ægro-
tis illis uirginibus irrogatam quidem, mortem-
que perpeti uelle: hoc autem se palàm cōfiteri,
ne tantillum unquam à se illis per os illatum fu-
isse. Quo igitur modo dirā hanc induxisset sor-
tem, rogata: se mente & imprecatione eam inue-
xisse falsa est. Quibus uerò medijs tolli possit il-
latum malum, deinde interrogata, respōdit: ma-
tre & me prius è medio sublatis.

Vnicum hoc dæmonis ab initio homicidæ
studiū est & machinatio, ut quàm plurimus fun-
datur sanguis. Vtraque enim exusta, nondum
desijt horrendum spectaculum: sed à priore sa-
cristico secundus demum exorcista accessit cæ-
cus, qui ex omnium fermè ægrotarum corpori-
bus dæmonia fugam simulantia abegisse puta-
batur, à quibus tam atrociter antea fuerāt qui-
busuis cōuulsionum speciebus excruciatę: nec
T dum

*Integram hi-
storiā lege lib
3. Cap. 9.*

*Mente & im-
precatione
infortunium
aut dæmonē
alteri non pos-
se inuehi, de-
monstratum
est li. 3. Ca. 13.*

dum remisit se hæc peltis, at longius hinc in præxima proserpsit oppida. Hic post muliercularū exustionem, se produnt morborum authores: num uerò illæ uirginum corporibus dæmones cogitatu imprecatione uē immittere ualuerint, libro tertio decisum est. Eiusmodi hominū impotentiam penitius nouerat Imperator Fridericus primus, Barbarossa nuncupatus, in cuius exercitum contra Mediolanenles ductum, hi mercatorem Arabem ablegarunt, qui Fridericum ueneno tolleret: qua re cognita, Arabem cepit Imperator, punijtque. Ac licet Arabs magus grauiter Friderico iminitaretur, se illum uerbis enecare, nisi dimitteretur, uelle: nullo tamē modo cōmouebatur Imperator, uerbis tantam non inesse uim sciēs, propterea & acerbas alter dedit pœnas. Verè itaq; uidetur dicere Aristoteles, incantamenta esse muliercularū figmenta.

Lib. 8. de Histor. animal. cap. 24.

De Varietate lib. 16.

Lamie melancholica, amētes, & dæmoniacus parū differentes, opinio-nem tenaces.

Cardani uerbis & historiæ suus hic erit locus, qui de Lamijs sic scribit: Sunt deformes, pallidæ & subobscuræ, atram bilem ipso intuitu præ se ferentes. Sunt taciturnæ, amentesq; ac parum ab his quæ dæmonio teneri creduntur, differunt: fixæ in suis opinionibus, atque adeò firmæ, ut si solum ad illarum uerba respicias, quàm intrepidè, qua constantia ea referūt, quæ neque unquam fuerunt, neque esse possunt, tamen uera illa esse existimes. Vnde nil mirum ab his moribus, ijs qui philosophiæ expertes sunt, egregiè imponi. Laborare autē eas atræ bilis morbo, tum uictus ratio, tum aeris qualitas, tum forma atque effigies ipsa uultus & corporis,

poris, tū uerba ipsa stulticię & (ut ita dicere liceat) impossibilitatis plena, ipseq; toruus in dicēdo aspectus, tum casus quidam qui Philippi uiccomitis Mediolani principis ætate contigit, declarant. Res uerò ita gesta est, ut pater meus retulit. Damnatus erat profanæ huius artis uiliculus quidā, nomine Bernardus: alioqui uir simplex & frugi, ob idq; domino pcharus. Sed quia nec minis nec persuasionibus adduci poterat, ut pœnitere uellet, ad ignis pœnā poscebatur à iudicibus. Dominus, cuius pigebat, quiq; principi gratus erat, obtinuit, ut fideiussione data, quanquam illis reluctans, liceret hominem apud se uiginti diebus habere. Cœpit ergo illū alere non ut in medicus, sed ut rusticus cum nobilis amicus. quatuor oua recentia manē, totidem uesperis, tum uinum dulce atque iucundum suppetebat, carnes quoq; & iura pingua. Postmodū ubi uidit hominē ex longo ueterno resipiscere, hortatus est, ut omisissis falsis atq; absurdis periculosisq; persuasionibus, Ecclesiæ adhærere uellet. Sed paucis opus fuit, resipuit: optimusque Christianus factus, usq; ad mortem absque aliorum querela perseuerauit: quem atrocitas iudicum immeritò crudeli supplicio affecisset.

Quidam à iudicibus igni deuotus ob maleficium, resipiscit ab amara meliore uictus.

Confessio eorum qui se in lupos fuisse transmutatos crediderunt.

Cap. 10.

HOc loco subiungam eorum confessionem, qui se in lupos aliquoties fuisse conuersos, arbitrati sunt: quā in hoc meo instituto

T 2 sæpius

sæpius obiecere uiri alioqui cordati & magnæ
 exiltimationis, eamque uelut ex Tripode pro-
 latam cum summa religiõe & singulari fiducia,
 tanquam ueracem obseruant, quibus fortè co-
 ràm à me non esse factum satis uidebitur. Vri-
 taque illis, & quibuscunque alijs, mentis oculi
 nitidius contra eiusmodi præstigijs abstergan-
 tur, nec usqueadeò temerè illudi se, oculisque
 nebulas offundi sinant, neque uelut cæcæ tal-
 pæ, in sordibus à dæmone obtrusis perdurent,
 sed ab oculorum pupilla nubeculas, quinimò
 & ungues permittant sanari à medico, qui præ-
 sens hoc collyrium gratis offert cuicunq; luci-
 dos & à præstringēte spiritu liberos oculos cu-
 pienti: historiam hanc raram uagāmque, nec mi-
 nus admirabilem, ex Sabaudia finitimisque di-
 tionibus in Flandriam, Brabantiam, Geldriam
 & regiones alias translata, atque à me in qua-
 lemcunque ordinem breuiter ea fide ex Galli-
 co scripto contractam, ut iure nihil quod alicu-
 ius est momenti, desiderari debeat: deinde ex-
 cussam, & uelut ueritatis lapide Lydio explorat-
 tam, proponere uolui.

Ad quæstiones M. Ioannis Bom, doctoris
 Theologi, prioris Prædicatorum in Poligni, &
 generalis inquisitoris fidei, ordinati in diœcessi
 Besanconnensi, confessio Petri Bourgoti, nun-
 cupati Magni Petri, & Michaelis Verdung, ca-
 ptorum ob maleficij hæresin, uarijs dieb. in De-
 cembre extorta, anno millesimo quingentesi-
 mo uicesimo primo, sed maximè coram multis
 & spectabilibus testibus repetita postremo eius
 mensis die.

Con-

Confessus est Petrus, ante annos circiter nondecim, ipso die nundinarum Polignensium tam ualidâ procellosamq; defluxisse pluuiam, ut non solum nundinæ disturbarentur, sed & armenta quibus ille custodiendis tunc præerat, ita disijcerentur, ut ubi requiri possent, planè ignoraretur. Quum igitur cum reliquis agricolis pecudes uariè quæsitum collectumq; abiret, & solus alicubi aberraret, tres equites nigros, atrumq; indutos uestitum habuit obuios, quorum postremus rogabat: Amice, quò abis? uideris esse turbator. Verum est, respondit Petrus. id autem euenit ob pecora ex sæuo tempestuosoq; nymbo dissipata, & perdita: & cū nullam ea recuperandi rationem uideam, animum equidem prorsus despondeo. Bono hunc animo esse iussit eques ille, pollicitus, si modò fidem ipsi daret, magistrum se donaturū, à quo institueretur, ne in posterum ipsius armentum à lupo uel quauis alia bestia impeteretur, aut ul lum sentiret damnum, aut etiam ullum periret pecus: ut item ipsum redderet confidētioem, perditas reperturum pecudes addicebat, nec desideratum iri ullas: pecuniam adhæc se datum spondit. Conditionem hic acceptat, se in eundem locum post quatuor aut quinque dies reuersurum promittens. Hinc cum uillicorum comitatu indagatum pergit, armentumq; quærendum inuestigat, & post quatrimum eodem ad equitem innox agnitum redit. Quærit ille, num operâ suam ipsi locare decreuisset Petrus: quo uicissim interrogâte, quis nam esset?

850 De præstigijs dæmonum

respondit: Seruus sum magni inferorum diabo-
 li: sed ne metuas. Tum ea lege suam dæmoni
 operam addixit Petrus, si promissis ille in con-
 seruando pecore & beneficijs conferendis sta-
 ret. Inde Deo, D. Virgini Mariæ, omnib. sanctis
 & paradisi incolis, baptifino & chrifmati renun-
 ciare iubetur: quo facto, illi exofculandam ma-
 num porrigit finiftram, nigram, uelut mortuâ,
 frigidamq;: hinc in genua puolutus alter, aper-
 to capite honorem fathanæ defert, eum appel-
 lans dominum. Ne quoq; fidei fymbolum reci-
 taret, inhihebatur. Perftitit itaq; in diaboli mini-
 fterio circiter biennium, non prius templum in-
 grediens, quàm in fine Miffiæ, uel faltem post a-
 quæ luftralis confecrationem, qua illum noluit
 afpergi: fic quoque mandarat ipfius præceptor,
 cuius etiã nomen tum adhuc latuit, fed poftea
 1 fe Moyfet appellari fignificauit. Interim non e-
 rudiebatur Petrus, quomodo iumentum tutari
 poffet: fed hoc officium conseruandi pecoris fo-
 lum præftare uidebatur diabolus, fi quando cõ-
 fpiceretur lupi, qui tum nihil iniuriæ inferebât.
 2 Põft uerò pascendi pecoris cura exonerata, fa-
 cilè diabolum neglexit, frequentans templa, fi-
 deiq; cõfelfionem recitans, annos circiter octo
 uel nouẽ: donec à Michaele Verdung denuò in
 fui magiftri obedientiam dicto in loco excita-
 tus, ea affenferit cõditione, fi pecuniam ex pro-
 miffo fuppeditaret præceptor.

3 Ita fimul in partibus Chafstel charlon uefpe-
 re quodam conuenitur in nemore, ubi ab alijs
 ignotis choreas duci cõcurriq; uifum eft. Cer-
 nebat

*Spiritus car-
 nem & offa
 non habet.
 Luca 24.*

nebat aut Petrus in cuiuslibet manu candelâ uiridē, flammâ cyaneâ subobscuram euometem.

Aliàs illi à Michaele, pponeretur, si modò fidē adhiberet, effecturū se, ut quantacunq; uellet leuitate pcurreret. Cōsensit Petrus, modò seruetur pmissa, pecuniâq; donaretur; alioq; se fraudē uereri ait. Pecuniam se curaturum abundē, pollicetur Michael: qui exutum Petrum nudū inimento inungit, quod secum ferebat, unde hic se mox in lupum uerè mutatum autumabat, & quatuor suos pedes lupinos ac pilos intuitus exhorruit: sed tam celeriter, quàm uenti flatus prouolat, se cucurrisse asseruit. nee id fieri potuisse, nisi uehementis ipsum magistri opera, qui cōtinuò in eiusmodi excursionum uolatu aderat: quamuis eum non prius uideret, quàm humanæ restitutus formæ. Michael itidem inunctus, unâ tam pernici ferebatur cursu, quàm optaret, celeritate etiam uisum præuertens. Vbi eam fuissent passi metamorphosin horam unam aut alteram, rursus à Michaele illiti, opinione citius in pristinam rediēre figuram. Unguentum utriusque donabatur à magistris, Guillemine scilicet Michaelis magistro, & Moyse Petri.

Vbi de sua lassitudine post eiusmodi cursum, ut se difficulter quandoque erigeret, apud magistrum quereretur Petrus, nihil id esse, respondit ille, & mox curatum iri.

Contigit quoque Petrum ex Michaelis institutione inungi, & conuersum in lupum, sex uel septem annorum puerum masculum dentibus comprehensum occidere; quem tamen ob cla-

morem & eiulatum relinquere coactus, ad suas uestes confugit, ubi se herbis ex Michaelis doctrina fricans, in humanam reuertebatur faciẽ. Simile quiddam Michaelẽ cum ipso aliàs tentasse fatebatur, & quodam die in luporum imagine enecasse fœminam pisa colligentem: super uenisse autem dominum de Chulnee, cui etiam nocere uolentes, aliquoties insultabant frustra.

- 7 Confessus item est uterq;, se in ea lycanthropia trucidasse puellam circiter annos quatuor natam, eamq; totam deuorasse, excepto brachiorac Michaelis palato placuisse carnem, licet parum comedisset: non tamen ad Petri identidem uorantis stomachum ita fecisse. Quandam item puellam se iugulasse, eiusdemq; exuxisse sanguinem, & collum uorasse, falsi sunt: similiter tertiam perdidisse, eiusq; orificium uentri culi comedisse ob famelicæ Petri fauces. Aliàs etiam in horto puellam interemisse octo uel nouem annorum, cui dentibus collum infregerat Petrus, quòd rogatæ ibi eleemosynæ repulsam aliquando fuisset passus: & hoc perpetrato facinore, euestigiò eleemosynam in Dei honorem
- 8 ibidem orasse. Hic insuper cõfessus est, se caprã iugulasse prope agrum magistri Petri Bongre: eã scilicet inuordisse, & guttur secuisse cultro.
- 10 Michael in lupum transfigurabatur uestitus,
- 13 Petrus uerò exutus: qui etiam se ignorare quòd pili deuenirent, quando desineret esse lupus, retulit.
- 11 Lupas etiam se inijsse, & cum tanta uoluptate quasi cum uxoribus congressi essent, confessioni addidẽre.

Aliquando transmutationis tempus designatum, opinione & uoto breuius erat. 6

Confessioni tandem subiunxerunt, puluerẽ quoq; coloris uelut cinerei sibi traditum fuisse, quodcunq; animal contingerent, interiret. 14

Hos autem interrogatos, diuersè in eodem facto, & controuersè nonnunquam respondisse, operæ precium est meminisse. 15

Confessio sigillatim explicata, & confutata. Cap. II.

IAm conuellendæ huius confessionis usque adeò hætenus celebratæ, periculum pro uirium nostrarum imbecillitate facere aggrediamur.

In hoc rei cardo uertitur, num tota illa confessio sit uera. Spero autem me, suffragante ope diuina, ostensurum manifestè, eam in præcipuis capitibus ueritati claræ aduersari: & proinde non modò erroneam, sed & falsam prorsus existere, imaginesque rerum per insomniantum cognitarum, uel præstigiôsè oculis obiectarum, pro ipsis rebus proponi: sic ei nullum deberi locum in concilio sano, sed exhibitari potius oportere, ut ueternosi uel cataleptici fabulam, liberè fateor.

Primùm de stipulationis factæ mutua manu uanitate, nihil dicam: nec anxie contendam de promissa toties pecunia, & nunquam soluta: ut nec de custodiendi illæ se pecoris arte ex pacto non tradita, cum tamen fœdus fuerit in initum il-

Confessio erronea.

654 De præstigijs dæmonum

lis legibus, ut pecuniam subministraret, & ar-
menti à bestijs defendendi artem doceret dæ-
mon. Illam ut non habet nisi imaginariã, sic nec
hãc tradere ita potuit aut uoluit, quã luporum
simulachris, quæ pro suo arbitratu offundere
quiuit, Petrum solummodo territum circum-
uenire, & in officio continere, sagacius co-
naretur: quibus, ut rebus nihili, euanidis, nec
ullam relinquentibus noxam, ille dæmonij stu-
dio & industria pecudes seruatas esse cõsideret.

Quanquam etiam de fidei abnegatione &
Cap. 13. fœdere ficulneo, in secundo huius Operis li-
bro, ubi sagarum historiam describo, copiosius
differuerim: id tamen adhuc leuiter hoc loco a-
 2 spergere placuit, fœderis compedes tam om-
nino fuisse inualidos & exigui momenti, ut
quum Petrus à sua pascendi pecoris functione
desisteret, contractumque dæmoniacum negli-
geret, octo aut nouem continuis ferè annis in
ueteri religione piè uixerit, unde citius delusi-
phantasticique hominis stultam fuisse persua-
sionem dixerim. Dum enim pastorem ageret, &
in campis solitudinibusque seorsim uersaretur,
ubi diabolo promptior erat præstigijs illuden-
di occasio, eiusmodi exercebatur idolis, non a-
deò renunciationis ratione, quàm solitudinis.
 Proinde & luporum species quandoque euoca-
bat dæmon, quæ nihil damni faciebãt, quòd nec
poterãt, ut nudè rerù formæ: uel si ueros demus
extitisse lupos, illos eò & egisse & abegisse satha-
nam credibile est, fabula in eum finem ab eo in-
stituta, ut deliris suis inductionib. sibi Petrum
 arctius

arctius deuinciret. quod postea cum hic nō amplius ea frequentaret loca, relicto pastoris munere, non ita potuit commodè.

Sic anno quadagesimosecundo supra millesimum quingentesimum, apparuit Constanti-
nopoli luporum ingens turba, incolis usqueadeo infesta noxiaque, ut inuiti domos egredirentur. Turca itaque prius muris ciuitatis præsidio munitis, postridie cum magno comitatu equestri pedestriq; urbē circuiuit, tandemq; lupos circiter centum quinquaginta ad muri eius angulum offendit: qui haud mora imperiti, per murum euestigiò simul trāsire uidebatur, nec ullus postea in urbe aut uicinia apparuit.

Chorearum item & candelarum ludicras effigies à dæmone fabricatas fuisse, & solum fictè oculis apparuisse, uel in somno tatum fuisse cognititas, ex Augustino, Decretis, atq; ipsis rationum fontibus, libro secundo, tertio, & alibi satis superq; demonstraui: ubi quoq; uniuersam illam *λυμαυθρησιας* fabulam, mera extitisse somnia ostenditur.

Ceterùm admirari satis nequeo, ullū mortaliū saltē leuiter mētis sensu tinctū inueniri, qui eò demētię sit dilapsus, ut hominē ad Dei imaginē & similitudinē creatū, conformatumq; ex corpore, anima, & spiritu, Dei & Spiritus sancti templum, rationis hospitium, cupidum scientiarū organū, sublimē, erectum, & ad cæli quasi cognationis domicilijq; pristini cōspectum, excitatum, imò *μικροκοσμον*, cui Deus omnia subiecit, oues, boues, campi pecora, uolucres cæli, & pisces

Job Finel. li. 2. mirac.

Lib. 2. ca. 26. lib. 3. cap. 17.

Homo.

Gen. 1.

1. Thess. 5.

1. Corint. 3. 6.

Lactant. li. 2.

c. 12. inst. diu.

de opificio

Dei, uel for-

matione ho-

minu ca. 2. 8.

Seneca ad Lu
cium epist.

77.

Cic. de Legib.

1. Oijic.

Arist. 1. Me-

taphys. & li-

bro 2. Physic.

Pjal. 8.

Chrysost. su-

per Matth.

& pisces maris, eaque propter solum hominem condidit: hunc inquam, in lupum, bestiam irrationabilem, pestilentissimum animalium gurgitem uoragineinque, siue in ullam aliam creaturam, rei ullius potentia uel uirtute manifesta, occulta aut specifica, uerè transmutari credat. Ordinis enim diuini prouidentia non admittit, occlamant sacræ literæ, contradicunt decreta, ipsa rerum natura atque ratio minimè patiuntur. Si itaque obtinuero, illam metamorphosin non reuera fuisse factam, quòd etiam nemo mentis sanæ inficiari poterit, & propterea imaginariam esse confessionem, atq; hac in parte falsam: quam fidem quæso merebuntur reliqua, quæ confessi sunt, flagitia & homicidia: quæ in ea transformatione & larua lupina solum fuisse designata, nec aliter eo modo fieri potuisse, iam in confessum uenit. At mera profectò sunt deliria, & plusquam nugæ, immò insania. Dolendum sanè, prudentium uirorum oculos hactenus tam densa caligine fuisse obductos, ut sibi uel fidei momentum in his ludibrijs extorqueri permiserint. Sed ea fuit superioris potissimum seculi labes & cæcitas, quo pro libidine cum hominibus crassè nimis, ridiculè & nocentissimè collusit ueterator ille. Utinam animo cuiuslibet hoc obliucti fascino, etiamnum ex immensa Dei misericordia insonet dulcissima illa uox Ephphata, ut quemadmodum ea ex Christi ore potenter prolata, surdo aures aperiebat, ueritati inde conuertendas: & linguæ uinculum soluebatur, qua porrò ueritatem prædica-

Marc. 7.

dicaret: ita & ex hac gratia luminis diuini radius effulgeat, quo offusis tam impotenter à diabolo tenebris, semel tandem cœlesti luce discussis, profligatisque, in clarissimæ ueritatis conspectum & cognitionem citra præstigiæ impedimentum rectâ perueniri possit. Ne uerò quis à me eludi obiectiones criminetur, paucis reliquum huius fabulæ commentum excutiâ.

Linimentum quo ungebantur lupum indu- 4
turi, haud dubiè somniferum erat: quale etiam libro secundo, capite trigesimo primo descripsi: quod suam sortiebatur uim, quum nudis partibus corporis illiniretur, illicereturque à natiuo calore in actum: inde somno oppressis alto, simulachra conuersionis eorum in lupos uagabundos, alijs infilientes, puellas iugulantes uorantesque, cum lupis item cocuntes, & quæcunque id genus alia idola ingerebat mille artifex: hinc & pernix ea subsequēbatur uelocitas, qualis imaginatione, cogitatu uel somno haud difficulter perficitur. Vbi deinde post horâ, uel longius, unguenti soporiferi uirtus elanguesceret, periretque, tunc uelut ex graui ueterno experefacti, se homines esse uidebant, qui antea fuerant. Simile quid leges apud Augustinum de Præstantij patre: libri huius Operis tertio, capite decimo septimo, & decimo octauo: ubi ex professo argumentum id fusius agitur, explicaturque, *λυκανοδρωπία* etiam morbus describitur.

Aliud autem linimentum, quo in hominem 5
redituri se inungebât, uel phantasticum fuit, &
in som-

in somno usurpari uilum, uel contra unguenti somniferi nocumenta facere potuit, uel etiam nihil efficere, ut eo tantum suos clientes illuserit dæmon, quasi id peculiare quippiam in ea metamorphosi ualeret.

6 Quòd etiã citius quandoque in hominum formam redirent, quàm tempus erat constitutum, id euenit, quòd minus linimenti soporiferi illitum fuisset, uel id ipsum non satis penetrasset: ac propterea celerius uis fatisceret, somniũque redderetur breuius.

Quomodo in super hæc cohæret, quòd se horam unam aut alteram, uel eo amplius in lupos conuersos, in fine puellam cum ossibus deuorasse falsi sunt, & mox hominum conditioni restitutos fuisse: in quo sinu amabò, aut uentre, ipsi tam subitò in homines reuersis delituere illa puellæ caro & ossa? Ad hæc, si integram puellam dempto brachio deglutierint, quomodo se parum comedisse, eidem confesionis articulo adiungunt? Superuixisse præterea eas adhuc, quas à se iugulatas fatebantur, compertum forsitan fuisset, si uigilãter fuisset inquisitum: uel si quæ mortem oppetijssent, eam citra controuersiam quacunque alia occasione naturali accidisse, fuisset deprehensum. Deinde quomodo in Dei honorem eleemosynã orare potuit diaboli mancipium, suo hero Dei iuratissimo hosti ex fœdere obligatum? Si item uerè in lupũ conuersus erat Petrus, quarum rogo manuum ope

9 in ressecanda capræ gula usus fuit?

10 Licet quoque Michael uestitus loca ueneno

Somnifero in actiones perducendo commoda, ut temporum & manuum arterias, illinire ualuerit: non minus quam Petrus nudus, quomodo in suis uestibus oberrare, homines mordicus apprehendere, morsuque trucidare potuit ut uerus lupus?

Porrò de ueneri congressus cum lupa uoluptate, hoc tantum subijciam, eam imagines somnorinas in illa somni profundioris exlinimento somnifico, illusionem admodum temerè ciet: quemadmodum etiam quotidie usuuenire in fanis obseruamus, quibus ex eiusmodi idolis uoluptas tanta pro obiecta in somno specie delectabili gignitur, ut cum multa titillatione seminis subsequatur quandoque effusio. In finitis partibus citius faciliusque in his hominibus id euenire potest, quorum phantasia procliuem seruilemque, quibuscunque uult imaginibus, *Esaiæ 29* imbuat soporis spiritus.

Ad fatigationem à metamorphosi relictam, quæ memoriæ propemodum exciderat, respondeo, ab eo facile intelligi, quam lassitudinem pariat grauis & inquietus somnus, maximè pharmaco uolenter cum teterrimis insomnijs impressus: qui incubum in solo inuadentem somno nouit. Eo detentos difficilis comitatur motus, torpidus in somno sensus, suffocationis imaginatio, & uelut ingruētis alicuius detectio: uox etiam supprimitur, aut incerta indiscretaque editur: plerique tam inanibus afficiuntur imaginibus, ut se opprimentes audire credant. Lassos certe reddit tanta facultatis animalis exagitatio.

Larua.

13 Larvarum rursus somnoriuarū uanitatē amplius ostēdit, quòd ubi pili post humanæ formę restitutionem manserint, se dixerint ignorare.

14 Num quoque puluerem illum dæmon uerè exhibuerit, uel acceptus ille tantæ etiam fuerit uirtutis, dubium est: quum illos eo fuisse usos, non posset conuinci. In ea etenim lycanthropia nullum animal præter capram se morsu & cultro iugulasse confessus fuit Petrus, nec aliis interēpti meminuit. Deinde si tantę erat uenenositatis puluis, ut si uel manus eo conficta quādoocunque, animal etiam pelle crassa densaque, & pilis longis compactisque communitum solo tactu enecaret, quomodo à tam effera pharmaci præsentissimi malicia tuti esse potuerunt hi deimentati uiri, affrictionem pulueris in brachio sinistro, arteria & manu, unde ad cor proximè celerrimeque penetrare ualuit, tam innoxie rolerantes?

15 His ad extremum adde, auditam in confessione Gallica fuisse inconstantiam controuersiamque, ut quod aliquando hic affirmabat, negaret alter.

Si eiusmodi æquilibrio expenderentur singulæ confessiones, tormentis crudelissimis frequenter extortę, uel etiam, si uoles, spontè à captiuis editæ, grauiorem profectò indies tyrannidis suæ iacturâ sentiret funestissimus ille homicida: Christi autē, qui ueritas & uita est, gloria plurimum accresceret: suam item functionem ex Dei uoluntate prouidentius obiret magistratus; in meliorem quoque usum conuerterentur

rentur ligneorum fascium acerui, quibus inson-
tes crebrò exuruntur, & parceretur sumptibus
in carnificum mercede soluenda faciendis. Nūc
porrò filum orationis eò ducatur, ut quo puni-
tionis modo in hoc hominū genere emendan-
do utendum censeam, intelligatur.

*Exempla muliercularum innocenter ob male-
ficij opinionem punitarum. Cap. 12.*

ADde his, celebre apud nostrates existere,
prætorem quendam ex arioli indicio, de-
lusas id genus mulierculas comprehendisse
quàm plurimas, easque incendio puniuisse: tan-
dem ariolum uel Pythium hunc uatem, cui ha-
ctenus ille fidem apposuerat, ad prætorem ac-
cessisse, adhuc unam maleficij ream indicatu-
rum, nisi iniquè ferret. Prætore haud difficulter
annuente, eius uxorem quoque insimulat in-
dex: ac ne quid hac in re hæsitaret, palàm se id
demonstraturum adducit: horamque præfigit,
qua eam reliquarum sagarum conuentui & cho-
reis interesse, suis ipse maritus testaretur ocu-
lis. Consentit prætor: qui statuta hora quosdam
amicos & consanguineos in eadem mensa se-
cum & cum coniuge cœnare uoluit, suppressa
interim conuocatae societatis causa. Hinc desi-
gnata ab ariolo hora, è mensa surgit, iubetque
omnes simul cum uxore permanere: nec prius
loco dimoueri, quàm ipse rediret. Deductus
porrò ab ariolo quò is uoluit, lamiarum cœtū,
choreas, & nescio quas alias uoluptatum illece-
bras, quibus ipsius intererat coniunx, reliqua-

*Prætoris uxor
falso maleficij
accusata.*

rum delicias sectata, nõ obscure uidebatur spectare. Mox domũ reuersus, amicos uocatos eo quo reliquerat ordine, unã cũ sua uxore, lætos mensæ alsidere cõperit. Et cũ studiosè, num stationẽ deseruisset coniunx, percunctaretur: eam eidem affixam fuisse loco in ipsius absentia, uno ab omnibus affirmabatur ore. Itaque rem omnem aperuit prætor, ob inflictam innocenti bus pœnam serò pœnitundine ductus: & si rectè memini, Pythium accusatorem mortẽ multabat.

Sic in arce Mindensis ditionis Raed nũcupata, de quibusdã fœminis ob maleficiũ, paucis ab hinc annis extremũ fuit sumptum suppliciũ, ex accusatione mulieris Margaritæ Mindensis nomine, quæ aliàs incarcerata fuerat in castro Huisberch, circa Visurgim sito. Eadem postea in oram & ciuitatem Verdensẽ uocata, quãdam denuò accusauit ea lege, ut nisi illa uinculis tradita maleficiũ confiteretur, se reã fore uouerit: nec certè fœlix defuit successus. Nam altera cõstanter in carcere flagitiũ negante, & ex grauissimis fortè tormentis eodem in loco expirante, attrahi in uincula iubetur accusatrix, quæ furibunda tanquam uenenum & ignem euomēs, tortorem & quoscunq; alios exterruit, abegitque: donec quidam rationum præfectus, cui penitus innotuerant eius technæ, manus iniiceret, aliosque ad eam apprehendendam excitaret. Sic illa tandem quæstionibus subiecta, crimen quod alteri confidenter inficianti impigerat, ipsa luit. Hanc etenim falsa criminatione detu-

Maleficee accusatrix falsipana.

detulisse alteram in carcere defunctam, atq; alias antea flammis absumptas, constanti spargebatur ruinare.

Nostra memoria Marcoduri, ubi hortorum olera ex grandine dissipata forent, illæsis proximi horti cuiusdam uetulæ plantis, qui sæpius esse solet tempestatum tractus, uetula maleficij accusata in carcerem pertrahitur: & quum maxima tyrannide dirissimis subiecta torturis, ad nullius criminis confessionem impelli posset, sed penes se non esse, tempestatem ciere uel aerem conturbare, Dei que solius id opus esse, ualde diceret prudenter, eam per trabem suspensam, & onerosis ponderibus utrinque pensilibus distractam, iamque animam agentem, relicturus in illis cruciamentis præses, carnificem ut secum simul abiret potatum hortatur: uetulam, ubi redirent, alia fassuram inquires. Tum illa miserabiliter excarnificata, ut prius accederetur confessionarius, quam ille pocula sequeretur, præsidem suppliciter orat: qui irridens discessit. Postea autem reuersus, eam ita adhuc suspensam offendit mortuam, mentitus eam sibi manus interea dum abesset intulisse. Nec multo post tempore tyrannus hic in eiusmodi incidit maniam, ut ipse lacerandis uestibus, & excrementis faciei suæ illinendis, tum sibi faceret.

Nec ita procul hinc in alio oppidulo, ubi ulla carnificina ad sceleris alicuius confessionem adigi nequiret capta ob maleficij opinionem muliercula, hanc blandis adoritur uerbis sacri

*Iniqui iudicis
pena.*

ficulus, ut se non amplius torturis ita distrahi fieret hortatus: at leuiter solummodò confiteretur delictum, inde se eam aqua lustrali a maleficijs expiatam, & uelut fartam tectam Deo restituere uelle promittebat. Hæc ita à sacerdote inducta, circumuentaque blanditijs, se fortè quædam huiusmodi mala designasse falsa est, ea ratione quemadmodum persuaserat sacrificus, se sperans euasuram. Ob eiusmodi confessionem fallaciter & dolosè eblanditam, ut Vulcano ea li raretur, lata fuit sententia. Qua præter expectationem audita, Videte quomodo me interficiatis, præmonuit surdos misera femina.

Confessio fallaciter eblandita.

Prope Elten pagum, miliare medium ab Embrica, in ducatu Cluiensi dissitum, circa uiam regiam loco ericeo ante annos circiter quadraginta duos, dæmonium uiatores miris uariisque exercebat modis, cædens, uel ab equis deiiciens, seu uehicula subuertens: nec aliud unquam uidebatur, quàm manus effigies. Eckerken huic nomen indebatur. Vicini increduli, nec satis hoc dæmonij ludibrium exercitiumque dignoscentes, ad Lamię maleficium referunt id facinus: quare manus mulieri Sibyllę Duiscois nomine, seruitutis iure Comiti Montensi mancipatæ inijcitur: eaque tandem exusta, desijt uexatio. non ea causa, quòd illa præstigijs actus fuerit rea: licet quoque ob crudelem carnificinam, uel etiam incredulitatem à dæmonio illusionem in facti confessionem induci potuerit: uerùm ab eiusmodi diuexatione à diabolo solum inuecta, hic destitit ultrò, & quidem libenter, ut homines

Eckerken.

homines altius incredulitatis barathro immergeret, & reos sanguinaræ sententiæ redderet, quam cum primis in insontibus auidè appetit, ut ab initio homicida. Si etenim industriè obseruatum, inquisitumque solerter fuisset eisdem horis, quibus manus imagine hoc cernere tur ludibrium, Sibylla domi dormiens ut plurimum, uel aliud agens fuisset procul dubio deprehensa. Si confessionem urgeas: eam fuisse à liectore extortam, uel à uitiatæ phantasiæ muliercula editam, respondeo. Quo autem modo illa à diabolo corrumpatur, toties dictum est, ut crebræ repetitionis tædeat.

In accusatione ob maleficium, singularis quorundam principium prudentia.

Cap. 13.

PORRò ut eiusmodi Syrtes & perpetua animarum naufragia prouidentius declinentur, memoria & imitatione dignissimam sententiam, quam haud ita pridem circa quadragesimam anni sexagesimitertij supra sesquimillesimum, pronunciauit illustrissimus Princeps noster D. Guilielmus dux Cliuiæ, Iuliæ, &c. suum deferente calculum insignis doctrinæ, existimationis atque usus uiro D. Henrico Barzio, Cliuensi cancellario, cunctorum oculis uelut speculum proponere uolui. Agricola quidam ex Marchiæ comitatu, armento numerofo locuples, cuius uaccæ solito minus lactis aliquântisper reddidissent, ad ariolum confugit, capturus consilium: qui haud mora, se Lamiam eius

Guilielmi ducis Cliuiæ, etc. prudentia.

iacturæ autricem ostensurum pollicetur. Hinc ad uillici huius ædes comitatus, filiam ex priori eius coniuge adhuc uirginem apprehēdit, huic lactis maleficio imminuti crimen impingens.

Hæc mox à dæmone illusa, male persuasa & inducta, uerum esse fatetur: sed se non satis esse maleficij peritam subiungit, simul fœminas se decem accusans, quas ea in arte absolutè doctas esse affirmauit. Illustrissimo principi hæc ilico significantur à satrapa, qui eas omnes carceribus incunctanter mancipari oportere consuluit. Ne tamen alicui hic manus iniiceret, grauius inhiuit Princeps: strictè etiam mandans, ut quocunque modo aut insidijs in uincula pertraheretur ariolus ille. Puellam uerò ab ecclesiæ ministro acciri uoluit eius Cels. & in præcipuis fidei Christianæ articulis examinari, deinde ab hac dæmonis illusione doctrina saniori ad mentem reduci: eamque cautiorem ea ratione à satanæ strophis redditam, fideiussoribus constitutis, si modò eos consequi posset (ut magis in officio contineretur) sin minus, tum propria fide interposita, cum bona gratia dimitti. Alias autem matronas hoc falsæ criminationis caute rio à corruptæ mentis uirgine inustas, nulla omnino re grauari permissum est. Ac prudentissimo hoc consilio desijt hic fabulæ actus, & lacuaccarum qua solet copia fluxit. Utinam hoc salubri exemplo moniti alij, principijs harum tragœdiarum quibuscunque legitimis pijsque rationibus irent obuiam deliberatiores: non profectò in re, ubi parum certi posset statui, uelut

inextri-

*In Imperial.
constit. de a-
ction. crimi-
nal. artic. 21.*

inextricabili labyrintho implicati, ex simplici errore in mille ita prolaberentur cauti minus, unde tandem nullus uideretur euadendi aut finiendi modus. Eiusmodi telæ genus solerter cōtexere nouit, consueuitque ueteratorius ille textor.

Sed maximoperè dolendum est, in ijs qui principibus sunt à consilijs, uel magistratum gerunt, aut rempublicam gubernant, desiderari quandoq; maturam deliberationem, discretiorem, & absolutam rerum intelligentiam: unde fit, ut præcipites nimis plerunq; ferantur ad sanguinis effusionem tum in hoc negotio dæmoniaco, tum in causis quibusdam alijs non ita definitis. Quanta autem consiliorum maturitate ac prouidentia contra has dæmoniorum artes, sine innocentium carnificina, cuncta administrantur in amplissimo regno electoris Palatini D. Friderici, principis (quod citra palpū dictū uolo) sapientiæ insignis, memorandæ pietatis, & modestiæ incomparabilis, præterquã quod res ipsa nō obscure docet, & testatur insignia edictam iam promulgata: accedit id quoq; in primis, q̄ uir eruditione multiplici, prudētia minimè uulgari, ac uirtute summa clarissimus, D. Christophorus Probus, Ll. doctor cōsultissimus, & cācellarius uigilātissim⁹, nuper in pximo Bingæ designato cōuentu principū electorū Rheni, ubi huius mei opis fortè incideret mētio, palàm discretè ac prudēter suã de harum officiarū & dæmoniace tragædię cōtrouersia sententiã explicuerit.

Optimo iure in hunc referendus erit catalo-

Palatini electoris Friderici prudentia.

Christophorus Probus cācellarius Palatini.

*Comes Niu-
ueneratus
Hermannus.*

gun generosus & illustris Comes à Niuwenar
D. Hermannus, uir profectò linguarum peritif-
simus, doctrinæ multijugæ, memoriæ fidelissi-
mæ, & ingenij rari: qui haud ita pridè industriè
admodum Lamiam, quæcunque flagitia fatuo
huic hominum generi assueta, sed imaginariè so-
lum nota confessam, exilio punijt, quòd huius
mulierculæ uicinos hoc incredulitatis fascino
adhuc detentos, eam minimè toleraturos uide-
ret. Confessionem mihi ab eius clementia com-
municatam ipse legi.

Suam quoq; hic laudem meretur generosus
Comes Montensis Guilielmus, qui quū haud
ita pridè in uinculis detineret uetulā octogena-
riam, ob incantamentorum suspicionem (quo
nomine antea quoque capta fuerat, & quæstio-
nibus subdita: cuius etiam mater ea ratione in-
ter tortoris manus interijisse perhibebatur) à
me admonitus, & rectius in eo delationum dia-
bolicarum genere institutus, pauperulam cau-
sa prius uigilanter discussa dimisit. Nec præ-
termittendus hic eius leuir insignis, Dominus
Adolphus, Comes à Nassau, qui studij multum
impendit apud Danos in bello contra Suecum
anno 1564, ut ab his præstigijs heroum ocu-
los uindicaret.

Sententia pia.

Pia & laudabilis omnibus seculis sententia,
suum apud hos principes & amplissimos uiros
pondus & locum habet: Consultius nimirum
esse decem nocentes dimittere, quàm
insontem unum punire.

De se

De seductis errore, & hæreticis non inter-
ficiendis, sententiæ patrum.

Cap. 14.

QUum uerò horum plurimos mente cor-
ruptos esse, erroreque à satana sedu-
ctos, iam satis demonstratum sit, ut citius hære-
ticorum pœnam, quàm uoraces mereantur
flammas: qui rectius instituti, si conuertantur,
corporali punitione minimè affiendi sunt,
sententias summorum patrum paucas adduce-
re placuit. Augustinus ad Donatum, procon-
sulem Aphricæ: Ex occasione, inquit, terri-
bilitum iudicium ac legum, ne æterni iudicij pœ-
nas incidant, corrigi inimicos cupimus, non
necari: nec disciplinam circa eos negligi uo-
lumus, nec supplicij quib. digni sunt exerceri.
Sic ergo eorum peccata compesce, ut sint quos
pœniteat peccauisse. Quæsumus igitur, ut cum
Ecclesiæ causas audis, quamlibet nefarijs iniu-
rijs appetitam uel afflictam esse cognoueris, pœ-
testatem occidendi te habere obliuiscaris, & pe-
titionem nostram non obliuiscaris. Non tibi ui-
le sit, neque contemptibile, fili honorabiliter di-
lectissime, quòd uos rogamus, ne occidantur:
pro quibus Dominum rogamus, ut corrigantur.
Idem ad Marcellinum: Pœna illorum, quamuis
de tantis sceleribus confessorum, rogo te, ut
præter suppliciū mortis sit, & ppter conscientiam
nostram, & propter catholicam mansuetudinem
commendandam. Ad eundem epist. 159. Imple
iudex Christiane, pij patris officium: sic succen-

Epist. 127. a.
De seductis
errore, & hæ-
reticis, nō ene-
candis, senten-
tiæ Patrum.

Epist. 158.

se iniquitati, ut consulere humanitati memineris. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas uoluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti: quando tantorum scelerum confessionem non extendente eculeo, non sulcantibus unguis, non urentibus flammis, sed uirgarum uerberibus eruisti.

Et contra epistolam Fundamenti capite primo, Dominus per seruos suos regna subuertit erroris: ipsos uerò homines, in quantum homines sunt, emédandos esse potius quàm perdendos iubet. Nec est quòd de conuersione fratris in hæresim prolapsi desperemus. Nisi enim qui eiusmodi est, per gratiam Domini posset cõuer-ti, profus inanis esset Iacobi admonitio. Sciebat hoc Augustinus, ideo què se totum conuertendis hæreticis mancipabat, atque id iuxta Apostoli monita cum magna lenitate ac mansuetudine spiritus, nec absq; pij laboris fructu. Sic enim in Epist. 48. ad Vincentiũ scribit: De multorum iam correctione gaudemus, qui tam ueraciter unitatem catholicam tenent atq; defendunt, & à pristino errore se liberatos esse lætantur, ut eos cum magna gratulatione miremur. Cum primis autem Christianum magistratum hæc decet moderatio, ut à sæuitia & crudelitate abstineat. Omnino citra dissimulationem me inter eos esse fateor, quib. admodum displicet, quod ubi interficiēdi sunt errores, interficiuntur homines. Nullis bonis, inquit idē noster Augu-
stinus,

stinus, in catholica Ecclesia hoc placet, si uelque ad mortem in quenquam, licet hereticum, sæuiatur. Et libro primo contra literas Petiliani, capite uigesimonono: Diligite homines, interficite errores, sine sæuitia pro ueritate certate. Iterum contra epistolam Fundamenti: Illi in uos sæuiant, qui nesciunt cum quo labore uerum inueniatur, & quàm difficile caueantur errores. Illi in uos sæuiat, qui nesciunt quàm rarum & arduum sit carnalia phantasmata piæ mentis serenitate superare. Illi in uos sæuiant, qui nesciunt cum quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solè suum: non istum quem colitis cœlesti corpore oculis carneis & hominum & pecorū fulgentē atq; radiantē: sed illum de quo scriptum est per prophetam, Ortus est mihi iusticiæ sol: & de quo dictū est in Euangelio, Erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Illi in uos sæuiant, qui nesciunt quibus suspirijs & gemitibus fiat, ut ex qualicunq; parte possit intelligi Deus. Postremò in uos illi sæuiant, qui nullo tali errore decepti sunt, quali uos deceptos uident: & cætera. Ergo sæuire in hæreticos, etiam admodum detestabiles, quales erant Manichæi, quibus Augustinus ita scribit, non uidetur esse piorum hominum, qui sciunt quanto cum labore uerum inueniatur, & quàm errores difficulter caueantur, quibusque suspirijs & gemitibus fiat ut ex qualicunq; parte possit intelligi Deus.

Marc. 4. Ex libro Quæstionum Euangelij secundum
Luc. 13. Matth. capite 13. Hinc est quod serui dicunt: Vis
 imus, & colligimus ea? Quibus ueritas ipsa re-
 spondet: Non ita hominem constitutum esse in
 hac uita, ut certus esse possit, qualis quisque fu-
 turus sit postea, cuius in præsentia cernit erro-
 rem: uel etiam quid error eius conferat ad pro-
 fectum bonorum: non esse tales auferendos de
 hac uita, ne cum malos conatur interficere, bo-
 nos interficiat, qd' fortè futuri sunt: aut bonis
 obsit, quibus & inuiti fortè utiles sunt. sed tunc
 opportunè fieri, cum iam in fine non restat uel
 tempus computandæ uitæ, uel proficiēdi ad ue-
 ritatem, ex occasione atque comparatione alie-
 ni erroris. Ibidem quæst. II. Nec tamen conse-
 quens, ut omnis hereticus uel schismaticus cor-
 poraliter ab Ecclesia separetur. Multos enim ta-
 les portat Ecclesia, quia non ita defendunt falsi-
 tatem sententiæ suæ, ut intētam multitudinem
 faciant: quod si fecerint, tūc pellantur. Idem de
 Vera religione, cap. 8. Utamur igitur etiam here-
 ticus, non ut eorum approbemus errores, sed ut
 catholicam disciplinā aduersus eorum insidias
 asserentes, uigilantiores & cautiores simus, e-
 tiam si eos ad salutem reuocare non possimus.
 Idem, & habetur 24. q. 3. dixit: Dixit apostolus,
 hæreticum hominem post primam & secūdā
 correctionem deuita, quia subuersus est huius-
 modi, & peccat in semet ipso damnatus. Sed qui
 sententiam suam, quamuis falsam atque peruer-
 sam, nulla pertinaci animositate defendunt, præ-
 sertim quā non audacia suæ præsumptionis pe-
 pererint,

pererint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt : quærunt autem cauta sollicitudine ueritatem , corrigi parati cum inuenerint , nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Chrysoſtomus homilia quadrageſima ſeptima, in caput Matthæi decimūtertium : Vis igitur abeuntes colligimus ea? Dominus autem prohibet , ne fortè ſimul cum zizanijs herbam etiam tritici euellant : quod dicebat , ut bella & effuſionem ſanguinis prohiberet. Nam ſi trucidarentur hæretici, abſque fœdere pacis atq; inducijs bellum orbi inferretur. Duabus igitur rationibus prohibuit: altera, quia frumentis parum noceret: altera, quia niſi ſanarentur, extrema ſupplicia non euaderent. Quare ſi puniri eos uultis , & frumentis nequaquam officere, opportunitas temporis cōgrua expectanda uobis eſt. Quid autem eſt, quòd eradicabitis ſimul cum iſtis etiam frumenta? Certè aut, quia ſi arma capietis, inquit, neceſſe eſt quum hæreticos trucidatis , multos ſanctorum ſimul interimere: aut quia ab iſtis zizanijs multa commutata, in frumenti conditionem ſe ipſa conuerterent. Si ergo præuenientes euellatis, ea frumenta deperibunt, quæ à commutatis zizanijs prouenirent. Non prohibet autem conciliabula hæreticorum diſſipare , ora obſtrucere, libertatem loquendi concidere : uerùm interficere & trucidare. Ex Homilia octaua, in caput Geneſeos ſecundū : Hæretici ſimili modo adfecti ſunt, ſicut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis cæcutiunt. Illi enim ob oculorum

*Hæreticorū
conſiliabula
diſſipari poſ-
ſunt.*

lorum suorum infirmitatem solis luci aduersantur, & ob aduersam corporis ualetudinem etiam optimos saluberrimosque cibos aspernantur: ita & hi anima ægrotantes, & mentis oculis capti, ad lumen ueritatis respicere non possunt. Idcirco nostro fungentes munere, manus eis porrigamus, magna eis mansuetudine loquamur. Nam & beatus Paulus ita nos admonuit dicens: Vt in mansuetudine erudiantur aduersarij, si fortè det eis Deus pœnitentiam in agnitionem ueritatis, & emergant è laqueo diaboli, capti ab ipso in illius uoluntatem. Vides quomodo uerbis declarauit, quòd quasi ebrietate obruti sint? Et iterum: Capti, inquit, à diabolo, quasi laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis gemina opus est mansuetudine & longanimitate, ut possimus eos eripere & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitur eis: Emergite & resipiscite paulisper, aspiciate lumen iusticiæ, &c. Idem in homelia de nomine Abrahami: Dogmata impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum.

Athanasius ad Antiocheneses tomo duodecimo: Omnes qui uobiscum pacificè agere uolunt, in primis autè illos qui in ueteris ecclesiæ communionem fuerunt, deinde qui ab Arrianis redierunt, elicite ad uos, eosque ut patres assumite, & ut magistri & tutores recipite, coaptantes uos interim dilecto nostro Paulino, eiusque socijs: nihilque ampliù ab illis exigatis, quàm ut e-

xcren-

recreantur Arrianorum hæresim, confiteanturque sanctorum patrum in Nicæa fidem. Socrates Sulpitius quoque D. Martinum noluisse hæreticos puniri, scribit in eius uita, libro 2. his uerbis: Maximus Imperator pridie ex episcoporum sententia decreuerat, tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis uitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset. Sed Martino illa præcipua erat cura, ne tribuni cum iure gladiatorum ad Hispanias mitterentur. Pia enim erat sollicitudo ipsi, ut non solum Christianos, qui sub illa occasione erant uexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.

Censura insignium Iurisconsultorum de Lamijs, quæ poenitentes, poenas euitant corporales: nec in criminalibus soli standum esse confessioni. Cap. 15.

AT in sagarum patrociniū annectā censuram eximij iurisconsulti Pauli Grillandi de sortileg. 10. uolumine Tractatum, quæst. 7. fol. 44. pa. 235. Nota, ait, unū ualde singulare, quòd istorū apostatarū duæ sunt species. una est, quæ simpliciter retrocedit à fide, & sequitur cultum & obedientiam dæmonis: altera est, quæ postquam Christi fidem abnegando reliquit, & deiecit ex corde suo, iterum se baptizat expressè in nomine diaboli, & aliud nomen sibi superimponit, licet utraque species sit damnata: prior tamen, si peccatum suum reuo-

Lamia poenitentes euitant poenas corporales.

cat,

cat, admittitur ad pœnitentiã, & euitat pœnas corporales: sicut hæretici, ut l. Manichæos. C. de hæreticis. Identidem theologi authores Mallei, in tertie partis initio, quæst. 35. his uerbis docent: Ex corde uerò apostatæ si nolunt resiliire, ut hæretici impœnitentes, tradentur curiæ seculari. Si autem uelint, recipiuntur prout hæretici pœnitentes. iuxta cap. ad abolendam. §. pœnitenti. de hæreticis li. 6. Concordat Raymun. tit. de apostolica. c. reuertentes. ubi dicit: Quòd reuertentes ab apostasiæ perfidia, cum fuerint hæretici, tanquam reuertentes ab hæresi sunt recipiendi & hic sumitur unum pro alio. Et in 2. parte Decretorum, caus. 26. quæst. 5. episcopi. Ex præmissis autoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores & sortilegi, atque cæteri huiusmodi sectatores ab Ecclesia sunt eliminandi: & nisi resipuerint, perpetuò excommunicandi. Sed quod in ultimo Acquirensi capitulo, ea quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed in spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de Ciuitate Dei idem uidetur asserere, ita dicens: Quæ magorum prælligijs fiunt, non uera, sed phantastica esse probantur. Quare criminali actioni hic nullus erit locus.

Si urgeatur hic denuò propria earum confessio: cum D. Ioãne Francisco Pontinibio Placentino, Tractatum uolumine decimo, de Lamijs, respondere audeo: Cum tales personæ sint illusæ, ut dictum est: ergo debere dici, earum confessionem etiam esse erroneam, nec admittendam. Lerror. & l. cum post. C. de iuris & fact. ignor.

No. in l. de ætate. §. fin. ff. de interroga. action.
 Confessio enim debet continere uerum & pos-
 sibile: ut per gl. Bald. & alios in l. 1. cap. de con-
 fess. per gl. in c. fi. de confess. in 6. ff. ad leg. Aquil.
 l. inde Neratius. §. fin. Sed ista respuunt ius &
 naturam, ergo non sequitur: Istæ mulieres sic
 confitentur, ergo sic est. Nam confessio longè
 distat ab actu (uel actus possibilitate) & quic-
 quid est contra naturam, deficit in suis princi-
 pijs, ergo naturaliter est impossibile. Præterea
 in criminalibus regulariter non statatur soli con-
 fessione rei, ut per Bald. & Ang. in l. 1. cap. de con-
 fess. & dicam infra in 2. no. Nec obstat, quod di-
 cit Bald. in d. l. si quis non dicam rapere: quia e-
 ius dictum procedit in hæresi, in quantum per-
 fitur in sola mēte ex cogitatione: quo casu be-
 ne, ut inquit ipse: quia cogitatio mentis, quam
 solus Deus nouit, non potest aliter probari,
 quàm per confessionem: ideo statatur soli confes-
 sioni. sed confessio de qua in casu nostro, conti-
 net actum ab extra, & minus possibilem de iure
 & natura, ac etiam minus uerisimilè: & ideo po-
 test dici, quòd licet, quoad ea quæ credunt, sit
 standum confessioni earum, quoad punitione:
 quia talis credulitas pendet ab animo & uolun-
 tate, non tamen quo ad hoc, ut quia sic sit, uel sic
 fiat, sicut asserunt. Hactenus ille. Nec est quòd
 hic lex Cornelia de sicarijs & ueneficis mihi ob-
 tradatur, quæ suum paulo post sortietur

locum ubi de ueneficorum pæ-
 nis agetur.

X

Præ-

*In criminali-
 bus non est stā-
 dum soli con-
 fessione.*

Præclara eximij Iuriconsulti Alciati sententia, de Lamiarum innocentia.

Cap. 16.

Lib. 8. Parergon miris, cap. 22.

NArrat item D. And. Alciatus, hæreticæ prauitatis (ut uocant) inquisitorē in subalpinis uallibus, aduersus hæreticas mulieres, quas ueteres Lamias, nos Striges uocamus, inquisuisse, & supra centum flammis consumpsisse: quotidieque ceu noua holocausta, alias super alias Vulcano obtulisse, è quibus non pauce helleboro potius quam igne purgandæ uidebâtur: donec rustici arreptis armis uim illam inhiherent, & negocium ad episcopi iudicium deferrent. Et post: Et quamuis aliqui ex maritis, magnæ fidei homines, asseuerarent eo potissimum tempore, quo illę in ludo & choreis sub Tellina arbore fuisse dicebantur, se exploratum habere, in lecto potius secum fuisse: tamen respondebatur, non illas, sed cacodæmonem potius, uxoris forma assumpta marito illu fuisse. Atqui ego replicabam: Cur non potius cacodæmonem cum suis dæmonibus, illam uerò cum marito fuisse, præsumis? Cur uerum corpus in fæto lusu, phantasticum in uero lecto comminisceris? Quid hic opus est usque adeo augere miracula, & non tam Theologum quam *magis* agere, sauioremque partem in pœnis eligere? Constabat ex illis actis, semel in eoludrico per quandam mulierculam nemine IBS V appellato, cinnamillum apparatus, omnes saltarices cum amasijs suis repente euanuisse:

iffe: qui fieri id potuit, si uera fuissent corpora, & non phantasmata, & Tantalii horti? quod apud Philostratum libro quarto, etiam Apollonius Tyaneus censuit: & apud Plutarchum in Bruti uita C. Cassius. Nam & medici maximos effectus corruptæ menti, imaginariæque ludificationi tribuunt: unde Ephialtici, afflati, superstitiosi, incubitati, amore furentes, imaginosi, Lycaones, Cynantropi, qui tamen medicamentis curantur: uidenturque hæc esse quæ Plinius & alij ueteres Faunorû ludibria appellant, proœniaque herba emendari censuerunt: ut etiam harum plerasque curari posse sit uerisimile, nisi quod pauperes & femellæ omnes sunt, quibus talis facultas non suppetit. Ego certè magis iuri Pontificio, communi que nostratium doctorum interpretationi hac in quæstione, quam Theologis istis tribuerim, maximè in re à synodo decisa in concilio Anquirens. cap. i. ubi talia phantasmata mentibus à maligno spiritu irrogari ait. & rursus: Infidelis, inquit, nõ in animo, sed in corpore euenire opinatur: quis enim in somnijs & nocturnis imaginibus non extra se ipsum deducitur? Quæ etiam uidetur fuisse Augustini sententia libro 18. de Ciuitate Dei, ca. 18. ubi: Verum, inquit, corpus nulla arte dæmonum conuerti potest, sed phantasticum: quod etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera uariatur: & cum corpus nõ sit, corporum tamen formã capit, sopitis aut oppressis corporeis sensibus, ita ut uera corpora alibi iaceant, sensibus obferatis. Nec refert

680 De præstigijs dæmonum

quòd ibi Herodiadi aut Dianæ honor exhibetur. Hactenus Alciatus.

Paulus Grillandus de fortil. 10. uolum. tract. Quidam maritus ex oppido agri Sabinensis habebat uxorem maleficam siue strigam, ut uulgò dicunt. De crimine autem solum erat suspicio, non certa noticia. Nam quum aliquoties à marito rogaretur, num eius esset professionis, negabat constanter. Crescente porrò rumore, & uiris fide dignis apud maritum eius flagitij uxorem insimulantibus, quòd ea familiariter uteretur alijs mulieribus huius criminis ratione cognitis, cum quibus etiam se turpibus miscere sceleribus, & nocturnos agere cætus uidebatur: decreuit maritus ipsam in eiusmodi operibus obseruare & apprehendere: & cœpit pluribus noctibus diligenter & attentè inuigilare, noctes quæ circiter duodecim egerat insomnes, attendens studiosè, num illa aliquò ad dæmonum lusum uel aliud maleficium noctu euagaretur, & num penes se in lecto permaneret nocte tota, quando lectum conscendisset: nihil quæ unquam fraudis comperit, sed manibus illam semper in lecto contrectauit. Quum uerò post dies paucos unà cum quibusdam alijs de eodè crimine accusatis in carcerem conijceretur, subderetur quæ questionibus, confessæ est demum, se tali interfuisse lusui unà cum alijs mulierculis incarcerationis, flagitij quæ huius reis, tali die, undecimo mensis, &c. tali nocte, hora tali, &c. Idem fatebantur & aliæ. Maritus uerò in coniugis patrocinium asserebat præstito iuramento grauisimo.

Simò, eã illa nocte designata, & maximè illa hora, secum decubuisse in eodem lecto: & se eam tum studiosè non semel tãtum tetigisse, sed pluries, ac cum ea loquutum fuisse.

Pœna, qua Lamias afficere solent Bononienses. Cap. 17.

Solent Bononiæ maleficos utriusq; sexus, quorũ damnatæ incantationes generi humano, uel uitæ bestiarũ minus nocuissent (quos muliebri in sexu lingua uulgarile strige Itali appellant) nudos ad umbilicum usque ueteri ex palatio educere, asino impositos inuerso corpore, ita ut ligatis manibus caudam asini, quem lento ductu præibat lictoris minister, retinerent. Capiti imponebatur mitra chartacea, in qua terrifici cacodæmones, qui forcipibus suis ignes infernales mouerët, depicti erant. Interea dum solenni hoc progressu circumducuntur, à lictore comitante uirgis egregiè in pectore & dorso cæduntur. Cum uerò è foro publico peruentum esset in cæmeterium ædis Dominicanæ, nobilis sepultura gentis Germanicæ, deponerentur ex asino, & à carnifice in conclaue quoddam superum deducebantur, cuius pergula firmata cancellis ferreis, ijsq;ue raris, cæmeterium uersus spectaret: quæ destinata pœnæ hæreticorum à monachis monasterij illius, inquisitoribus hæreticæ prauitatis, perhibetur. Hinc capite galeato sedi curuli, quæ rotis quatuor ferebatur, impositi, ter in pergulã prominentem detrudebantur, ubi & per horæ quadrantem

consistebant. Interim à spectante foris turba, ridente, clamanteque lapidibus impetebantur: frustra tamè ferè, ob interpositos cancellos ferreos. Tandem uinculis soluti, & pro delicti qualitate puniti, ablegabāntur in exilium.

In finitis certè modis præferri decet hanc moderationem magistratus Bononiensis, quæ nõnihil adhuc uetustatis Italicę prudentiam sapere uidetur, præ aliorum quorundam tyrannide, qui ad igneum illud holocaustum præcipites nimis feruntur: eoque non minus affici, quàm innocentis sanguinis effusi fumo dæmones, apparet:

⊙ *cæcas hominum mentes, ò pectora cæca.*

Mulieres minus puniendas esse uiris.

Cap. 18.

D Ici solet, mulieres in eodem delicti genere minus peccare, minus que puniendas esse quàm uiros, cæteris tamen per omnia paribus: nempe ob imbecillitatem animi, mentis & ingenij. l. sacrilegij pœnam. in prin. D. ad legem Iul. pecul. & l. si adulteriũ. §. stuprum. & §. fratres. & §. incestam. D. ad legem Iul. de adul. & c. sicut dignũ. in prin. extrã de homicid. & c. indignantur. 32. q. 6. ubi scribitur: tanto grauius uiros puniri oportere, quanto magis ad eos pertinet & uirtute uincere, & exẽplo regere fœminas. Et facit text. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maie. ibi: Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, &c. Et quod uoluit Bald. in l. quicumque. col. 3. uersic. *sed*

sed pone statuto. & uerlic. & in summa. C. de ser. fug. In quam sententiam apud Saxonem historię Danicę libro 6, Ericius uir quidam multę prudentię cōtendit, muliebribus erratis sepius ignoscēdum esse, nec pœnam infligendam, nisi correctio culpam corrigere non potuisset. Et illud Aenę apud Virgil. libro 2. Aeneidos,

— Nullum memorabile nomen

Fœmina in pœna est. Plinius libro 8. Natur. hist. scribit, leonem, ubi sæuit, in uiros plus quàm in fœminas fremere: ueluti natura eum docuerit, mulieres mitius, quàm uiros, esse tractandas. Aristot. lib. Problem. 2. 9. capite II. Cur, ait, mulierem interficere iniquius sit, quàm uirū, quam naturę ratione mas fœmina præstantior est: an quia mulier imbecillior est, minusq; pro inde iniuriam facere potest: etenim eniti aduersus id quod longè infirmius est, nihil uirile, imò stolidum atq; iniquissimum est. Hęc ille, q̄ tam ad animam quàm ad corpus referri possunt.

Tradit Vopiscus, Aurelianū imperatorē, cum Zenobia ad pœnā uocaretur à militibus, quòd sibi Imperiū usurpasset, illā uita donasse: quòd indignum existimaret, mulierem interimere. In quam sententiam Euripides in Hecuba, *ὡς ἀπὸ τῆς γυναικὸς γυναικὸς*: Quàm inuidiosum interficere feminas? Quandoquidem, ut idem in Hercule furente scribit, mulieres quodāmodo sunt masculis miserabiliores.

τὸ θύλυ γὰρ πλεῖστον ἀνδρῶν ἀρσένων. Cui astipulatur Bald. consil. 96. factum tale est: Carolus. lib. 2. quòd mulier miserabilior est uiro.

Quomodo Lamiæ mentis errore à diabolo affectæ, nec
 ulli noxiæ sint reducendæ, & quæ eis statuenda
 pœna: nec omnem uoluntatem esse pu-
 niendam. Cap. 19.

QUum ergo errore & phâtaſia Lamiæ de-
 luſæ, & ſatanę peruerſa inſtitutione ſedu-
 ctæ cognoſcantur: nec alicui ab ijs ma-
 lum reuera, at ſolum imaginatione illatum eſſe
 ſciatur: ſaniori doct̄rina informandæ erunt, ut
 repudiatis dæmonij ludibrijs, Chriſto ſacramē-
 tum ruruſus præſtent, atque ut luxata ex corpo-
 ris compage membra, debita ligatura reſtituan-
 tur pœnitentes. Quantopere hic fidelem myſte-
 riorum Dei diſpenſatorem eniti deceret, ut ad
 Chriſti ouile reduceretur ouis p̄dita, nemo nõ
 nouit. Suum quoque hic habebunt locum pu-
 blicæ & communes preces ex animo fuſæ. Ad-
 modum piè hîc D. Iacobus admonet: Fratres, ſi
 quis inter uos errauerit à ueritate, & cõuertet
 rit quis eum, ſciat, quòd qui cõuerti fecerit pec-
 catorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluâ faciet animam
 à morte, & operiet multitudinem peccatorum.
 Nec hæreſis ſolùm in errore, quòd quis dæmo-
 niorum doct̄rinæ adhæret, ſigitur: ſed in ſui con-
 fidentia quoque, concepto ſaſtu & præfracta
 pertinacia, ubi nulla admittitur admonitio: er-
 rorem etenim ſeductionemq̄ue mentis con-
 feſſus hæreticus, ſemper remiſſionem, ueniam-
 que, ex Patrum conſenſu & Chriſtiana manſue-
 tudine meretur. Nam, teſte Seneca, quem pœ-
 nitet peccaſſe, penè eſt innocens, & apud Ecce-
 ſiasticum

Iacob 1.

In Thyeste.

Eccleſ. 17.

fasticum legitur: Pœnitentibus dedit uiam iusticiæ. Eiusmodi itaque malè à dæmonio persuaasæ, & resipiscenti feminæ, rectius quæ iam in Christianæ fidei sanctissima basi cõfirmatæ, pœnitiarum quoque (si eius res ferant) mulcta in pauperum subsidium imponi potest. & quæcunquæ alia arbitraria, non tamen uitæ pœna, pro delicti ratione & magnitudine. Vel si iniungere uoles mulctam eiusmodi feminæ irrogatam à Romanis pontificibus in taxa sacræ pœnitentiariæ, ut ipsi uocant, per me licet. Ibi legitur: Mulierem incantatricem, postquam superstitiones abiurauit, in quolibet supradictorum casu taxari. Turon. 6. duc 2. Si etiam ex usu ob reipublicæ tranquillitatem conseruandâ uidebitur, ut exilio ad certum tempus puniatur, donec uitæ innocentia uerè se cõuersam esse, & fidelem, persistere quæ comprobet, ac deinde libertate hospitij pristina rursus donetur, non contraherim. Eiusmodi est pœna temeritatis, quòd dæmoniacæ suggestioni & ludibrijs non satis constanter resisterit, immò etiam consenserit fatua.

Quòd si quis contentiose uoluntatem seuerius puniendam defendat, is primùm distinguat inter uoluntatem hominis sani perfectam, quæ in actum uerè dirigi cœperit; & inter uitiatæ mentis sensum, uel (si uoles) corruptam amentis uoluntatem: cui suo opere, quasi alterius esset, colludit diabolus, nec alius insulsè uolentem subsequitur effectus.

*Non omnis
uoluntas puni
enda.*

Tale uoluntatis uitium impingi etiam possit

melancholicis, fatuis & pueris, qui facile inducuntur, ut uel hæc uel alia se designasse mala falsò imaginentur, fateanturque: qui tamen à Deo renes & corda scrutante, non æquè plecti permittuntur, ac alij mentis compotes: multa certè minus ab hominibus id fieri oportuit. De ijs quid sentiam, qui elementa commouisse, aerem turbasse, grandinem acciuisse calamitosum in frumenti & uinearum perniciem, & rerum aliarum stragem, creduntur, li. 2. ca. 30 explicui: ubi argumentum ea de re prosequi, ut còtinuum filum, ad certiore[m] intelligentiam malui, quàm eo diuulso lectorem suspendere.

Veneficarum pœnæ. Cap. 20.

Veneficarum
pœnæ.

NON aliò torquenda erit lex Cornelia, quàm in ueneficas. Quæcunque enim feminæ morbos, siue mortem, aut iacturam, alicuius ueneni potentia cuiquam induxerunt, Veneficarum nomen & punitionem merentur: atque his, pro criminis qualitate pœnam uel aggrauant, uel moderantur leges. Quem admodum si quæ philtro uel amatorio poculo apud procos, aut alios, amorem extorquere contendunt, eosque interim uel dementant, uel morbis excruciant, non tamen uita orbant: ijs noxæ magnitudinem & uoluntatis studium, pœnæ grauitatem uel moderationem præscribere iustum est. quod de quocunque illato rerum dispendio dictum semel uolo. Hic lex Cornelia de sicarijs & ueneficis celebratur: Qui uenenum malum necandi hominis causa fecerit, uel

Ex Corne-
lia.
f. lib. 45.
tit. 8.

rit, uel uendiderit, uel habuerit, plectitur. Eiusdem legis pœna afficitur, qui in publicum mala medicamenta uendiderit, uel hominis necandi causa habuerit. Et ex Senatusconsulto relegari ea est iussa, quæ nõ quidẽ malo animo, sed malo exemplo, medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quę cõceperat decessit. Alio Senatusconsulto effectum est, ut pigmentarij temerè cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dantes, pœna teneantur eiusdem legis. Hic Mosis quoque edictum habet locum, *καρμάνες ἐν ἰατρικίᾳ*, aliàs *ωσπίθιῶντι*. sic legis uoluntatem explicuerunt Septuaginta interpretes: Veneficos nõ patieris uiuere: aut, si mauis, ueneficas (genere feminino) ut uolunt Hebræorum interpretes. Eæ certè non aliæ erunt intelligendæ, quàm quas Moses & illud seculum nouit: Sagas autem uulgò nobis dictas, & à me descriptas, ne quidem Christi tempora norunt, multo minus Mosis, quorum uerò incantatorum Scriptura meminit, omnes sunt magi infames.

Porro feminas ab initio ad ueneficium fuisse procliuiiores uiris, grauissimi testantur auctores. Refert Diodorus libro quinto De antiquorum gestis, Hecatē feminam omniũ primũ aconitum inuenisse, & ad uenena mortifera conficienda summum studium operamque impendisse. Quin apud Romanos feminæ ueneficij primũ usæ sunt, ut testantur Liuius libro 8. & Valerius libro 2. tit. de Institutis antiquis.

Exod. 12.
Pœna ueneficarum à Mose constituta.

Femina ab initio ad ueneficium procliuiores.
Exod. 7.
Leuit. 19.
20. Deut. 18.
Esa. 8. 29. 47.
Psal. 57.
1. Paral. 35.
Eccles. 10.

& non-

688 De præstigijſ dæmonum

& nonnihil D. Auguſtinus libro de Ciuitate Dei 3. capite 17. Plinius autem libro uigefimo quinto, capite ſecundo ſcribit, ſcientiam feminarum in ueneficijs præualere. Quid enim (ut ſubdit) non repleuere fabulis Colchis Medea, aliaque in primis que Italica Circe, dijs etiam aſſcripta: Sed & præter iſtas, apud Horatiũ nunquam non uidebis magas & ueneficas mulieres memoratas; Gratiſiam, quam & Canidiã appellat, Saganã que & Veiam Neapolitanas, Folliam Ariminenſem, & alias: uiros autem neutiquam. Quin & apud alios ſcriptores, plures etiã alias reperies: Mycalen ſcilicet, Erichtho, Dypſadem, Eriphiam, Guthrunem, Gygen illam Paryſatis matris Cyri ſamulam, Martinã quandã Cornelio Tacito memoratã libro ſecundo Annalium, & Locuſtam apud eundem, ad fin. propemodũ lib. duodecimi, & alias ferẽ infinitas. Vetus eſt prouerbiũ de mulierum ueneficijs, *ἠσαλιὰ γυνή*, id eſt, Theſſala mulier, Suidæ memoratum, quo ſcilicet utimur in ueneficas mulieres: quoniam ea gens, & præſertim fœminæ, præ ceteris hoc nomine ſunt notatæ. Quintilianus lib. 5. Orator. inſtit. tit. de argumentis: Latrocinium, inquit, facilius in uiro, ueneficiũ in fœmina credam.

In Perſide ueneficos pleſti, ut in amplo lapide caput impingerent, ruruſque alio ſuperinducto lapide illud effringerent, fertur. Quid autem hic ſtatui debeat de ijs, qui uenena in hominum uel pecorum perniciem appararint, ſiue mares ſiue fœminæ ſint, prudentis Magiſtra:

gistratus æquitati & iudicio relinquendum censui: ne sibi extra professionis meæ limites quicquam præiudicari queratur ille, cuius ordinationem à Deo esse testantur literæ sacræ. Sententiam tamen incomparabilis prudentiæ Atheniensium Areopagitarum raram, consilioque certè maturo pronunciatam aduersus ueneficam, tanquam iudicij deliberati discretique exemplum, colophonis loco ex Aulo Gellio subiungere uolui: cuius hæc sunt uerba. Ad Cn. Dolabellam, procōsulari imperio prouinciam Asiã obtinentem, deducta mulier Smyrnæa est. Eadem mulier uirum & filium, eodem tempore, uenenis clam datis, uita interfecerat. Atque id fecisse confitebatur: dicebatque se habuisse faciendi causam, quoniam ille idem maritus & filius, alterum filium mulieris ex uiro priore genitum, adolescentem optimum & innocentissimum, insidijs exceptum occidissent. Idque ita factum esse, controuersia non erat. Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quòd & confesum ueneficium, quo maritus & filius necati forent, non admittendum impunitum uidebatur: & digna tamen pœna in homines sceleratos uindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagitas, ut ad iudices grauiores, exercitatioresque, reiecit. Areopagitæ cognita causa, accusatorem mulieris, & ipsam quæ accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic neque absolutum mu-

*Lib. 13. cap. 7.
Val. Publ. 5.*

licris ueneficium est, quod per leges non licuit neque nocens damnata punitaque est, quæ digna uenia fuit. Ex Valer. Max. libro 8. 23. scripta hæc historia.

Anacephaleosis de Lamijs.

Cap. 21.

ENim uero Lamiam horum omnium nec naturali ratione, nec in factu causam esse, comprobatum satis arbitror. Nam si quid eiusmodi efficiunt, utique possunt etiam. actus enim præsupponit potentiam. Si uerò posse concludere uolumus, definiendum omnino prius est quo modo, quaque ratione possint. At neque per se, neque per incantationes, neque per dæmonem, neque dæmones per ipsas ea præstare queunt. Per se quidem ipsas non posse, triplici ratione demonstrauius. Quæ enim ad omnem actionem, siue simplex illa sit, siue certo fine fiat, requiruntur, agentis facultas, aptitudo patientis & subiecti, conueniens & possibilis applicatio, tribus his planè carent. Quod enim ad ipsas spectat, mortales sunt: quorum omnis facultas cum ex analogia consonantiaque corporis & animi pendeat, hoc quidem nihil nisi intelligere & uelle: illo uerò tantum possunt, quantum terrenorum sensuum termini patiuntur. Itaque nec ad superiora sua potentia pertingunt, nec quicquam omnino possunt operari quod sensibus non respondeat. Sicut enim diximus, ad efficiendum aliquid, uel ad effectum producendum in ali-

quid,

quid, necessaria prorsus est uirtus ac potentia
causæ efficientis, haud secus atque *uirs vi.*

Nam quantum etiam attinet ad id in quod age-
re creduntur, hac ipsa ratione fieri non potest

ut terram concutiant, nubes dissoluant, gran-
dines prouocent, uentos cieant, imbres indu-

cant, fulmina euocent, tonitrua eliciant. Nul-
lus enim uel noster esse potest actus, uel alte-

rius agentis, nisi in patiente apto, bene que di-
sposito. Non est autem ea aut uniuersitatis ra-

tio, aut elementorum conditio, ut homines
in ea uel agere possint, uel ea ratione possint

qua lamia creduntur, ut superioribus libris la-
tius explicuimus. Per incantationes igitur

multo minus hæc consequentur. Nec uerò
causato, ut loquimur, plus uirtutis inesse po-

test, quàm ab influxu beneficio que suæ causæ
proficiscitur. Incantationum carminum que cau-

sæ sunt lamia, & eas esse qui ijs utuntur nemo no-
scit, quemadmodum uerborum omnium, quo-

rum quis sit effectus Aristoteles in secundo de
Anima subtilissimè docet. Lamias autem hæc a-

gendi nullam habere uim, nullam facultatè, iam
ostèdimus. Ergo nec incatatiões taliū effectiū

sunt causa, nec lamiarum potentiæ suffragatur
illa regula: Quicquid est causa causæ, etiam

est eius causa qd' causatū dicitur. Etenim licet
priora duo quæ in omni actione requiruntur,

non deessent, tertium tamen hic deficere uide-
mus. Incantationes enim non esse medium a-

ptum inter homines & corpora cælestia, multis
in locis docuimus. Itaque uel hoc ipso totum
negocium

l. si adrogator

D. de adopt.

l. iurisperitos.

§. cum oriun-

tu. D. de ex-

cus. tit. l. pu-

pill. D. de sub-

cur.

Alex. Conf.

128. uol. 1.

l. in emmb. 2.

D. de obliget

act. l. 1. C. de

her. instit. l. si

ego. 1. D. si

cert. per.

c. 1. §. hoc autè

qui feud.

dar. p. §.

l. est amictus

D. ad l. In

de adulter

D. de

*l. fi. D. de flu.
l. ius sella .6.
p. D. de fern.
rust.*

*Macrobi. in
Som. Scip.*

negocium non solum impediretur, sed nec institui posset. Medium enim inhabile & inconueniēs, impedit ut extrema uel coniungantur, uel in agendo quid consentiant. Nisi fortè cum Platonice constituamus, mundum hunc esse quoddam animal quod etiam sentiat, & aures oculosque habeat: cumque Pythagora, cantibus eum delectari & moueri. Sed nec per diabolum eas hæc præstare ostendemus. Nam ut concedam etiam, quòd aut diabolus incantationibus suis possint cogere, aut diabolus hæc sponte faciat, cum inuocatur ab illis: tamen nec ad id agendum compellere, nec illud per ipsum possunt efficere, quod in eius potestate non est. Licet enim ipse & omnia quæ commemorauimus & multa alia possit, quæ nobis miracula modò sunt, modò uidentur esse: non tamen ea præstare potest, quæ uel ipse, uel homo uellet: nec eo momento, quo uel ipse cuperet, uel clientes optarent & iuberent: sed ea quæ uult summus Deus, & tum demum cum illi placuerit. Itaque, si quando post incantationes id quod uolunt consequatur, quia non ex libito, imperioque dæmonis aut illarum procedit, sed ex uoluntate iubentis aut permittentis Dei, quæ nullius aut spiritus aut hominis non solum in potestate, sed etiam in scientia est: fortuitum id & hominibus & dæmonibus esse uidemus. Quare nec magis eorum causa sunt, quam omnium rerum quæ non à nobis fiunt, sed fortuito nobis licet optantibus accidunt, nec denique diabolicæ naturæ uis obiectionem illam nobis submi-

subministrat, idē esse siue per se, siue per ipsum ea quæ Lamij attribuantur faciant: nec differre, utrum effectum producant, aut causam immediatē præbeant. Postremum est, quod dici posset, dæmonem per anus hæcæ quæcunque suprâ diximus operari, ut miseræ Lamix causæ sint instrumentales. Quasi uerò mille artifex earum egeat opera? Sed ut hoc non sit, quis non uidet inepta prorsus ad cælum, aerem, nubes ac uentos cominouendos edentulas anus esse organa? Ne igitur illos nequam spiritus tantæ putemus & insipientiæ & inertix esse, ut has adæant: nec naturam eò recidisse, ut per eas moueatur. Ad agendum enim aliquid, instrumenti conueniētia requiritur, & habilitas. Quâquâ, etsi Lamix dæmonum ad ea quæ Deus opt. max. ijs permittit efficienda, necessaria essent, aptaq; organa, quam inde pœnam mererentur miseræ? Primum enim hoc eas pati uideremus: Ergo minimè facere. Simul enim hæc non concurrunt. Tum etiam certum est, ex causa instrumentali actiones non censerī, nec finem eorum quæ fiunt ab organo depēdere. argumēto l. q. mihi donatum. D. de donat. Finis autem in maleficijs tantummodo punitur. l. diuus. D. ad l. Cornel. de ficar. Atque his propemodum rationibus fusius explicatis, firmissimisque argumentis stabilitis, per naturam rerum, testem ueritatis optimam, fieri nō posse declarauimus, ut quicquam eorū quæ dicta sunt, Lamix uerè possint. quod primum est argumentum, eos quoque nihil eius modi facere. Secundum erat ex facto petitur,

Y quod

*l. is damnum.
D. de reg. iur.
l. i. §. de iussu.
D. de ui & ui
arm. l. nihil in
tereſt. D. ad l.
Corn. de sic.*

*l. i. §. ceterum.
D. de acq.
poss.*

*L. Vranus. D.
de fideiuss.*

*l. testium. C.
de test. Bald.
7. col.*

*gl. in auth. de
instr. cauel.
in prin.*

*l. adigere. q.
quantiu. D.
de iur. patrō.
c. cum cessan-
te. ext. de a. -
pell.
lin causa. D.
de procur.*

*l. crimen pa-
ternum. D. de
pen.*

*l. multam. C.
si quis alter
uel sibi.*

quod optimū ueritatis fundamentū est: quia uo-
ritas est certę rei noticia, habita maximē per ui-
sum. Vt autem ipso deprehendimus, hos effe-
ctus falsissimē lamijs tribui. Non solū enim
illę calamitates, quarū causę dicuntur esse, du-
rant, atq; adeò redeunt, postquam iam ē mediō
sublatę in cineres redactę sunt: sed ibi quoque
tam crebrę tamq; uehementes quandoq; sunt,
ubi lamiarum nec potentia nec nomen cogni-
ta sunt. Effectus autem non debet ascribi causę:
qua remota, idem nihilominus contingit. l. con-
ditionib. pupillus. in pr. D. de cond. et. & dem. ar-
gumento l. antep. D. ex quibus causis maior.
Cessante enim causa, necessariō quoq; cessat ef-
fectus. Cum ergo ex factō habeamus, lamijs ne-
que per se neq; per alium hæc efficere: sed alium
absq; illis, hoc est diabolū, summi & omnipo-
tētis Dei permissu: profectō nec equū est, ut aut
ex factō alieno onerentur, aut ibi pœna sit ubi
noxia non est. l. sançimus. C. de pœn. Satis est ut
unusquisq; ex suo admissō sorti subijciatur. Cū
uerō natura sit impossibile, ut nō modō lamię,
sed homines eiusmodi rerum causę sint efficiē-
tes: nostrum sanē non est, in præiudiciū alterius
id esse possibile defendere. Neque uerō de iure
quid est possibile, q̄ natura sit impossibile. l. i.
gl. l. filius. D. de condit. instit. Et nihil est certius,
quā defectum potentię non solum actum, sed
etiā actus præsumptionē impedire. Quā etiā ob
rem nō quę quis aut uoluisse dicitur, aut potuif-
se p̄batur, attendūt iudices: sed ea quę quis cō-
misisse & fecisse demōstratur, quęq; per naturā
rerum

rerum tam in potestatein quàm uoluntaté ho-
 minis cadūt. Quod adeò uerum est, ut etsi quis
 uel sponte uel aliter confiteretur delictū, quod
 aut simpliciter cōmittere non potuit, aut certis
 de caulis naturaliter cōmisisse non uidetur: tñ
 ex eo puniri nequeat. Confessionē enim & ue-
 rū & possibile continere debere, supra docui-
 mus. I. inde Neratius. D. ad l. Aquil. c. fin. de con-
 fess. in 6. & ibi gl. l. i. C. de confess. ibi Bal. Et An-
 gelus conf. ii 6. uol. 4. refert, mulierem quādam
 confessam, se marito uenenū ppinasse, ex eoq;
 illum interijisse, ex tali confessione condemnari
 non debere: quia iudicio medicorum non e-
 rant lethalia pharmaca, quæ se dedisse cōfiteba-
 tur. Anno quoque 1563, uiderunt filij mei Pata-
 uij puerum rapientem in foro poma ab inuita
 muliere, leuiter uirga in dorso percussum, sta-
 tim concidisse mortuum. Non tamen uerisimi-
 le erat, ex eo mortuum. difficillimum namque
 medicis uidebatur. Impossibile autem & ual-
 de difficilium idem propemodum est in iure iu-
 dicium. I. apud Iulianum. §. constat. D. de leg. i.
 Quod etiam ad lamiarum spectat patrocini-
 um. Vt enim fieri posse per eas concedamus,
 quæ posse creduntur: quid tamen ijs ipsis homi-
 ni esse posset difficilius? Vix igitur etiam uerō
 sunt similia. At quod uerisimile non est, atten-
 di non debet. c. quia uerisimile. de præsumpt. l.
 fin. in prin. D. quod in et. causa. Quod etsi de cau-
 sa calamitatū earū quas lamij impingimus, cet-
 tō nō cōstaret: tñ illę ipsę miseras uel eo releua-
 re possunt, & uarias ac diuersas habere possint.

696 De præstigijs dæmonum

Effectus enim qui multiplici ex causa colligi potest, iustiori semper ascribitur. c. estote. de reg. iur. in antiq. Nec in dubio delictum omnino præsumitur l. i. C. ad l. Corn. de sicar. Iam uerò cum & de remota constet, & de propinqua, quæ propriè causæ appellatione continetur, non solum innocentes affligerentur respectu nocētis, quo nihil est periculosius. (l. fin. infr. C. de his q̄ latr. l. prægnātis. D. de pœn.) sed ipsi quoq; Deo summam iniuriam inferremus, si manum eius non agnosceremus: hoc est, si quæ nobis uel ad pœnam, uel ad probationem, uel ad monitionē immittit, ea uel ab alio quàm ipso, uel ob alias causas quàm eas, uel per alia media quàm quibus à mundi primordijs usus fuit, proficisci, & nobis imponi crederemus. Nē obstat igitur l. eorū. nec l. multi. C. de maleficis & mathemathicis. nec earū auctoribus C. diuo Cōstantino Cōstantioque fit iniuria, licet alioquin legum emendationem summè uitandam esse non negemus, l. præcipimus. infr. C. de appell. Nam cessante ratione legis, cessat lex. l. qd̄ dictum. D. de pact. l. adigere. §. quāuis. D. de iur. patron. Ratio enim est anima legis. l. cum ratio. D. de bon. damn. ac ratio nulla. infr. ext. de præbend. Ex ratione lex omnis interpretationem accipit. l. cum pater. §. dulcissimis. D. de leg. 2. Doctores ibi. in l. multi, dicitur, multos artibus magicis elementa turbare, uitā infontiū labefactare, manes accire posse. In l. eorum, dicitur maleficos morbos, imbres, grandines, uentos & remouere posse, & auertere: nec eos esse puniendos, qui incantationibus

utun-

e catero. de ho
miciā. gl. 1. &
Pan.

Bart. Conf. 6.

utuntur ad finem boni, sed eos qui ad finem mali. Bart. & Salyc. in sum. Atqui iam & ratione, & experientia, & auctoritate probatum est, nihil istorum uerè per homines fieri. Correcta ergo ratione legis, correcta mihi uidetur lex. gl. ord. in l. i. in uerb. prouidentia. D. de legit. tut. & in l. qua ratione. §. literæ. uerb. directam. D. de acq. rer. dom. Rationes autem tum libro Primo retulimus, ubi declarauimus, an & quomodo demones ipsi tempestates & aerem commouere possint: tum lib. Secundo, cù Lamias id facere neuti quàm posse docuimus, ut suprà: tum lib. Quarto, qui de uerborum, characterum, figurarum, & aliarum rerum quas ad institutum suum necessarias existimant, tractat uanitate. Experientiam suprà attigimus, nec certiozem habere possumus quàm è libro Tertio, quem ex meris prope composuimus exemplis eorum qui cùm uel dæmoniis, uel naturalibus morbis ac uitijs laborabant, maleficio tamen Lamiarum affecti credebantur. Sed & illa clarissima est, quòd que posse uidentur inducere & accire, nulla ui remouere possint, atque abigere. Sicut in magis Pharaonis notauimus, qui nec cyniphe pelle. *Exod. 9.* re, nec cauere sibi potuerunt, quin ulceribus affecti, suarum artium uanitatem detegerent. Ut enim facere uidetur, qui cum possit non prohibet: l. adigere. in pr. D. de iur. patr. ubi gl. ita non facere, qui cum uelit non potest. Per spiritum Dei non poterant. Quod si per ipsos stetit quo minus abigeret, potuisse non inficiaremur. Idè hoc est, aliquè posse, uel stare per ipsum quo minus

Exod. 9.

l. si bona fidei.

D. de nox.

possit. Restat autoritas, quam habemus maximam ex concilio Ancyrensi, 26. q. 5. c. episcopi. nec minorem à sanctis patribus, eorumque canonibus. 26. quæst. 2. c. illos. c. ex tuarum. c. fin. ext. de fort. ubi Glossæ, & Doctores: qui omnes expresse testantur, hæreticum esse, qui credat huiusmodi per magos ac sortilegos fieri posse. 26. q. 4. c. igitur. & c. accusatus. §. planè. de hæret. in 6. quia tribuit creaturæ, quod uni soli que Deo conuenit. 26. q. 2. c. qui sine saluatore. Ioan. And. in rub. ext. de fort. & c. 1. eod. Panor. Andr. Sic. in cons. 55. Oldr. in cons. 210. Quæ cum ita sint, Christianum Imperatorem contrà sensisse, non est dicendum. Id quod ex l. nullus. eod. tit. alijsque ll. optimè patet. Etenim leges legibus conciliare modis omnibus debemus. l. uni. C. de inoff. dot. Quanquam si auctoritatem spectemus, quis est qui ambigat, in hoc negocia iuri diuino summam tribuendam & fidem & reuerentiam? In causis enim definiendis, ijs præsertim quæ spectant ad animum, cuiusmodi nostra est, dicta Patrum & Canonum legibus sunt præferenda. Pan. in c. super illa. de sec. nupt. neque leges ipsæ dedignatur sacros Canones imitari. Aut. ut cler. apud proprium ep. in fin. Cæterùm aduersus ea quæ diximus pro defensione duarum istarum ll. instabunt fortassis & Molitor & alij, licet eas nihil eorum quæ dictæ ll. exprimunt, aut posse aut efficere concedatur, cupere tamen & uelle efficere: eadem autem seueritate uoluntatem sceleris, qua exitum, esse puniendum. l. quisquis.

in prin

in prin. D. ad l. lul. maiest l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. Illud uerò primùm exceptione clarissima possem elidere, quòd nullam aliam ob causam miseris & infontes anus uel capi uel plecti fateantur oportet, quàm quòd eiusmodi quid uel fecisse uel procurasse credantur : alioquin proprio se iugularent gladio. Nec enim aliter legitimè non modò condemnari, sed etiam torqueri possent. Secundo respondeo, illam iuris regulam, In maleficijs uoluntatem spectari, non euentum. l. diuus. D. ad l. Corn. de sicar. præterquam quòd uarias habeat limitationes, hic quoque non adduci posse. Est enim uoluntas, illa potentia factò proxima : & malefìcium nihil aliud, quàm malum hominis factum. At facit, qui facere potest : & id facit demum, quod fieri per ipsum potest. Vnde nihil aliud illa definitio denotat, quàm paria esse, delinquere, uel delictum attentare. dictis ll. l. is qui cum telo. C. de sicarijs Lamias uerò nostras hæc non posse, satis credo sæpe multumque demonstrauimus. Itaque nec facere quid eiusmodi (defectus enim potentia impediat actum) nec uelle censendum est. Neque uerò quis id uelle uidetur, quod non potest. l. Lucius. §. Impp. D. ad municip. l. si tibi. §. unius. D. de opt. leg. c. cum à nobis. de sentent. excom. Quæ igitur horum facinorum uoluntas in Lamias cadit, si modò uoluntas iudicanda sit, non nisi uana potest esse. Inanis enim est uoluntas, nisi facultas adsit, &

*d. l. multum.
C. si quis al.
ner sib.*

potétia. l. nolle adire. in prin. D. de acq. her. & ibi notat Alex. l. pater Seuerinã. in prin. D. de cond. & demonst. Nihilque est aliud quàm uel puerilis animi persuasio, uel fallax opinio, uel simplex destinatio, quæ in uiuentium actionibus sola nihil efficit. l. si nondum. C. de furt. Vel cogitatio tantum, qua cū nihil sit liberius, eius nemo pœnam patitur. l. cogitationis. D. de pœnis. c. cogitatiois. dist. i. de pœnit. l. si fugitiuus. l. sæpe. in fin. de uerb. sig. d. l. inficiando. in prin. de furt. Propositum enim in mente retentum, nihil operatur aut in publicum, aut in priuatū alicuius detrimentum. Ideo cogitatio flagitiorum quorum libet impunita manet, quæ quis & aggredi & perficere potest. Bal. in l. non ideo minus. C. de accusat. cum suis terminis contenta est. c. cogitatio non meretur. dist. i. de pœnit. Quanto magis earum rerum quæ & naturaliter impossibiles sunt, & in nullius hominis potestatem cadere possunt? Enimvero huiusmodi cogitationes ac desideria non hominis sani, sed amentis reuera sunt. Sanæ mentis uoluntas, rei possibilis est uoluntas. In ea paria sunt, nolle, & non posse. l. 3. C. de her. inst. l. i. §. usus. D. de procur. Amens autē & ratione caret, & uoluntate. Itaque nec dolus in eo præsumi, nec culpa quidem ei qui suæ mentis nō est, imputari potest. l. sed etsi. §. i. D. ad l. Aqu. Lamijs autem nostris tum ætatem decrepitam, tum ex miseria desperationem, tum phantasiæ uitium, tum pharmaca furorem inducētia, tum dæmonem ita penitus omnem eripere mentē docuimus, ut quæ nec fecere, nec potuere, fecisse tamen

se tamen se confiteantur, seque ipsas in apertam præcipitent sua sponte mortem. Quod nemo sanus, quantumvis fortis, unquam fecerit: quia uoluntas eius talis est, qualis esse debet. Est autem omnium terribilium maximè terribile mors. l. ultimum. D. de pœnis. Furiosorum illud est, amentium, ac infantium. His nullum omnino delictum imputatur. l. infans. D. ad l. Corn. de sic. Non si committant quod perduellionis & maiestatis rei. l. famosi. D. ad l. Iul. maiest. Cur ita? quia iudicio carent: hoc est, ea uoluntate quæ in maleficijs spectatur & punitur. l. qui iniuriæ. l. f. l. uerum est. D. de furt. Quam etiam ob causam ut maximè Lamia nostræ possint quæ facere creduntur, & faciant quæ posse dicuntur: nihilo tamen magis puniri possent, quàm illi, quia non minus illa uoluntate carent malefaciendi, quæ pœnam meretur in maleficijs tantum, non etiam exitus. dictis ll. l. si seruus. §. etsi puerum. D. ad l. Aquil. l. si quis testamentum. in f. D. de furt. Hic enim locum haberet illa regula.

Veruntamen, quoniam initium cuiusque rei spectandum est, l. Pomponius. D. de neg. gest. & causa: nodus hic alter iniicietur, originem scilicet & causam huius siue uitiatæ uoluntatis, siue amentia attendi. Nam etsi necessitatis esse uideatur, tamen ab initio uoluntatis fuit. Deo etenim relicto, cum diabolo contraxere, eumque secutæ sunt, deuiantes à tramite Catholicæ religionis: quod non solum hæreticum est, l. 2. in f. C. de hæret. & Manich.

Bald. in l. 1.
col. 4. C. de
fac. eccl.

Aristot. in
Eth.

702 De præstigijs dæmonum

sed apostaticum etiam. l. 3. in prin. C. de apost. Denique delictis semper obligatio naturalis in est ex tacito consensu delinquentis: quia delinquendo ipso facto sequenti pœnæ consentire, ad eamque se obligare uideretur. gl. in l. 1. §. fin. D. de postul. & in l. si seruus. D. qui not. inf. l. Imp. D. de iure fisci. uers. tu huic pœnæ te subdidisti. Et sanè nulla potest inifellis alia imputari culpa, nullaque iustior earum puniendarum causa uel à Grillando uel à Molitore uel ab alijs Iureconsultis assignatur. Atqui rationibus innumeris ostendere possem, contractū ac fœdus hoc nullum esse: itaque nihil in alterutram partem operari posse, nihilque huc facere regulā, uniuscuiusque contractus initium spectādum esse, & causam. l. si procurator ē. in prin. ff. mandati. l. 1. §. non solum. de pos. l. si tamen. ad Maced. Ratione personarum: quia inter quos nulla est communio, inter eos quoque nullum potest esse ius, nullus naturaliter contractus. Ratione rerum: quia quæ dari fieriue nec de iure nec naturaliter possunt, eorum nulla penitus est obligatio. Ratione conditionis adiectæ stipulationi, pactōue: quia nec in stipulantium est potestate, nec ita in casu posita ut natura sit possibilis. Ratione formæ: quia nō ea fit quæ dat esse rei, cuiusque omisio uitiat actū. Ratione dissensus: quia semper & de alio & aliter sentit dæmō, quā in homo. Postremò nō nisi imaginariū est uniuersum negociū. Quæ aut in spiritu tantū fiūt, eorū per testes ueros ac certos, hoc est oculatos, non potest haberi ueritas. Itaque fœderis huiusmodi noticiā per experiētiā,

& ex

*l. nō solum. de
act. & oblig.*

*l. cum hi. & si
procurator. D. de
transf.*

& ex facto consequi nequimus. Eorū enim quæ non apparent, quæ uerò non sunt, nulla qualitas est. l. eius qui in prouincia, infra. D. si cert. pet. l. fin. D. pro soc. Ceterū quoniam non id solum libro Secundo satis declaratum est: sed etiam ipsas aniculas, quæ plerunque lamiæ dicuntur, dolo circumuentas, ui coactas, metu compulsas, errore inductas, ignorantia deceptas in hac credulitatis temeritatem incidisse: p̄fectò nec hoc obijci miseris poterit, quòd in cōtractibus attenditur, quæ ab initio sunt uolūtatis, ex p̄st facto fiunt necessitatis. l. sicut. C. d. act. & oblig. nec illud quod in hæresi, delictum hoc sola uoluntate, & in mente committi. c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. Bal. in l. si quis non dicam. C. de episc. & cler. & alij doctores. Nam ubi nullus est contractus, ibi nec contractus initium: ubi uerò dolus, uis, metus, error, ignorantia, ibi neq; uoluntas, ut dixi suprà, neq; consensus esse potest: quare nec hæreseos, nec alterius delicti, quòd à solo animo pendet, suspicio, aut pœna. Sunt. n. ea omnia uolūtati cōsensui q̄; cōtraria: in primis dolus ac uis. l. & elegāter. D. de dolo. l. in causę. §. i. de minor. l. 4. de reg. iur. l. i. q̄ metus causa, ibi: Propter necessitatē cōtrariā uolūtati. Labeo. n. dolū esse definit, calliditatē, fallaciā, machinationē ad circūueniēdū, fallendū, de cipiēdū alterū. l. i. §. i. D. de dolo. Quid aut̄ ad hæc tria graui⁹ efficacius q̄; lamijs simplicib. accedere potest, q̄ demōnis tētatio: cui lib. Primo docuim⁹ nec uolūtate deesse, ut totū orbē terrarū seducat; neq; diligētīā, q̄a alium actū non habet: neque

*l. i. de her. in-
stit. l. 4. §. fin.
de act. emp̄.
l. fin. de colli-
bon.*

*l. in commoda-
to. §. sicut. D.
commodati. l.
si quis argen-
tum §. cum
emp̄. C. de
don.*

*Apoc. 12.
1. Pet. 5.
Chrysoſt ſu-
per Matih.
lib. 1.*

neque technas artesque quibus circumuenire, fallere, decipere non modò feminam, sed constantissimum prudentissimumque quemque hominum potest. 3. Sent. dist. 19. q. 3. num. 22. 23. uerba S. Bonauenturæ. His illum nostris mulierculis imponere, mentemque earum capere, tum Canones docent, tum secunda libri secundi pars: partim intrinsecus, cum mala pro bonis, bona pro malis proponit, suadetque miris & inuisibilibus (ut diuus Aug. ait) modis, per illâ substantiam suorum corporum, miserrimarum corpora non sentientium penetrando, seque cogitationibus earum miscêdo: partim uerò extrinsecus, cum per imaginum simulandarum callidam operationem, ut idem inquit, se coram illis in angelum lucis transformat, & Deum mentitur. Quare quomodo sæpe homo hominem dolo inducit ad aliquid instituendum, quod alioquin cogitaret quidem: ita mirum non est, inquit Grillandus, ut mulier ex se pudica, dæmonum tentationibus ad eam quam alioquin odit, delabatur impudicitiam. Illecebras enim omnes & intus suggerunt, & foris ostentant, ut in libro Primo demonstrauius. Veniamus ad uim, quæ maioris rei impetus est, qui repelli non potest. l. 2. D. quòd metus causa. Quid autem dæmonis impetu uolentius? quo cum repêtinis & extraordinarios animæ infligat excessus, ut inquit Tertullianus, primùm mentem harum muliercularum ita subiugat, captiuamque ducit, teste concilio Ancyrano, & D. Augustino, ut credant ei quod nec est, nec esse potest. deinde cor-

pus

Gen. 3.

26. q. 5. episco-
pi.

Lib. de diuin.

dam. 3. & 5.

De Spirit. &

anima. c. 28.

36. q. 4. c. scien-

dum.

Ad Simplic.

lib. 2. quæst. 3.

d. c. episcopi.

2. Cor. 11.

Tract. de for-

tileg. q. 5

num. 5

d. q. 26. De Ci-

uit. Dist. 1. b.

2. c. 10.

pus uniuersum ita obsidet, ut contra corporis naturam moueatur: denique linguam earum sic occupat, ut non nisi quando uult ipse, nec aliud quàm quod ipsi placet, eloqui possint. Suppetit illis, ait Tertullianus, ad utramq; substantiã hominis lædendam subtilitas & tenuitas sua multum spiritualibus uiribus, quas uel eò magis attendere debemus in hac quæstione, quòd & inuisibiles & insensibiles in effectu poti⁹ quàm in actu appareant, eodem teste in Apologet. cont. gent. c. 22. Itaque neque culpa sua, neque uolentibus hæc accidunt, quæ uel in mente, uel opere corporis, uel in lingua committuntur. Primùm enim, cui uolenti fit uis ac iniuria: deinde quis uel resistere potest? l. ex conducto. §. 1. V. Seruius. D. lati, Deniq; qua custodia consequi posset hominum quisquã, ne damnũ iniuria dari possit? l. sed de damno. d. tit. l. si ea. de act. empti. Tertiũ erat merus: qui quid aliud est, quàm instãtis uel futuri periculi causa mentis trepidatio? l. i. D. quod metus. At lib. Secũdo & hoc docuimus, ea omnia quorum metus merito & in homine constantissimo cadat, l. 6. d. tit. pericula, cruciatum corporis, mortem & uiolentam & naturalẽ. l. in terpositã. de transact. partim reuera miseris animalis dæmonẽ intentare ac minari, partim ipsis etiam captis ac circũscriptis earum mentibus. ut ait Tertullianus, tanto terrore obijcere ac inferre, ut cum eorum omnium sibi potestatem esseingat, eas faciliẽ quiduis uideri facere ac pati cogat. Nam & præsentia mala quibus premuntur ac exercentur, paupertatem, odia hominũ, calamitates uel

*l. i. §. filij. de
iniurijs. l. cum
donationis. C.
de transact.*

706 De præstigijs dæmonum

tates uel se mentitur immisisse, uel etiam Deo permittente immittit, uel ita delusis earum sensibus imprimit: ut licet nihil eorum patiantur, tamen quasi perpetiantur doleant, ut aut amolitionem eorum ostentans, aut successuum meliorum spem iniiciens, fidem ac obsequium missellis extorqueat. Hic est certè illatus timor. l. metum autem. d. tit. Enim uero quoscumque superat dæmon, per mœrorem superat, teste Chrysofomo libro 3. de Prouident. Timor autem, & tristitia quædam est. Omnes enim ex malo æquè timemus, si immineat, ut affuturum: & dolemus, si præsens iam sit, & lædat. Nam quod lædit, naturæ contrarium, ac uoluntati est. Quicquid autem fit occasione alicuius inuoluntarij, inuoluntarium & est & dicitur. l. qui leuandæ. D. ad l. Rhod. Hoc est, propter quod credulitatis temeritatē in lamijs perfectæ uolūtati nequimus imputare. Restat error & ignorantia. Clarum autem est, errantis nullam esse uoluntatem, & ignorantis nullum consensum. l. si per errorem. de iurisd. omnium iud. l. sed hoc. D. de public. & rect. Quin & inuito similem esse, l. qui potest. §. 1. de reg. iur. & furioso. l. si à furioso. D. si cert. pet. cui parcitur in omnibus, ut dictum est supra. In lamijs aut nostris, error mentis ac cæcitas uolūtatis primū à morbo pendet nature, cuius factū æquo animo ferendū est. l. in summa. §. apud. De aqua plu. arc. Melancholicis enim morbis tam grauitè oēs plerunq; uexari, nos lib. Secūdo, & Alciasus supra singulari capite, docuim⁹, ut nec apprehēdere, nec dijudicare quicquā rectè possint,

7. Ethic. Aristor.

sint, multo minus eligere: quodq; electione cō
 sequitur uelle, q̄ omnino liberum denotat arbi
 triū. l. fideicomissa. §. quāquā. de leg. 3. Tanto ma
 ius mētis uitium est qd̄ patiūtur, quam amoris fu
 ror: quo tñ nihil esse uehementi⁹, dicitur in Aut.
 quib. mod. eff. leg. §. illud quoq; minusq; p̄ni
 endū. Secundò, diaboli ludibrijs in tantā men
 tis alienationē incidūt, quibus diximus & men
 tem earum capi, ut nesciant quid agant: & oculo
 s perstringi, ut scilicet uideant credantq; qd̄
 non est. Adeò facti quoq; non alieni modò, ue
 rum etiam sui, quod mirum est, probabili certa
 que laborant ignorantia. quo magis diuini iuris
 ignorantiam in ijs præsumendam & excusandā
 censeo. Nam si corruptum sensum omnib. ani
 mantib. communem habent, si deprauatam phā
 tasiā & apprehensionē, si diaboli tum internis tū
 externis fit ludificationib. ut id ipsum q̄ & agūt,
 & uelle uidentur, nesciāt: quū uel intelligēt, qua
 le sit id ipsum, in quo cōsentiunt: uel diiudicare
 poterūt, faciendū sit, an secus? Nam ut nec mor
 bus uitiatq; rationis, nec tantæ fraudes quantas
 adhibet dæmō interueniāt: fit quandoq; per ne
 glectā diuini iuris ac sermonis tum p̄mulgatio
 nē, tū interpretationē, eorumq; culpā ad quos
 ea pertinēt, ut in hāc credulitatis temeritatē in
 cidāt, nōnunquā ætatis infirmitate: semper aut̄
 sexus tum imprudētia, tum imbecillitate: cui p̄
 pter eas causas quas lib. Secundo retuli, specialiter
 indulgeri & faueri, suprā singulari capite do
 cuim⁹, præterquā q̄ generaliter deceptis subue
 niatur. l. & primo. §. uerba ad Vell. & impotētib.
 l. nō enim D. ex quib. caus. maior. Nunc

Nunc igitur satis arbitror constare, in animū harum muliercularum delictum omnino, quod in sola mente consistit, ac uoluntate, nulla ratione cadere posse: nec eandem earum in fide rationem esse, quam aut hæreticorum, aut apostatarum. Hæreticum enim schisma facere, & pertinaciam uoluntatis: apostatam, spontaneam ac uoluntariam animi maliciam, suprâ docuimus.

Etenim quęcunque iam summam diximus, eò recidunt omnia, ut quōd Grillandus & Molitor eas animo committere, & uoluntate facere uolunt, potius in mēte pati, quàm facere, uideamus. Nihil enim agit in seipsum. l. ille à quo. §. tempestiuum. D. ad Trebell. Nihil autem magis differt inter se, quàm agēs & patiens. l. Vranus. D. de fideiuss. argumento l. prætor. de tut. & cur. Quare commiseratione potius quàm pœna dignæ sunt, omniq; potius auxilio, quod dolum, metū pæsis, furiosis, deceptis, ignorantibus, impotentibus aut ipso iure cōpetit, aut ratione suadente tribuitur. Neque uerò pœna pœnę potest esse, nec afflictionē afflicto addere debem⁹. Nisi fortè replicent, eas pro meritis uoluntatū diuino iudicio tradi illudendas ac decipiendas, illudentibus ac decipientibus eas præuaricatis angelis, ut ait D. Augustinus lib. 2. de doct. Christ. c. 23. Atqui fateor, diuinam iusticiam generaliter hominis meritum præsupponere, diuerso tamen effectu: quia sanctis afflictiones, post peccatorum remissionem, certamina sunt, & exercitationes, ut probētur: reprobis, sine remissione supplicia, pœnæque iniquitatis. Itaq;

non

Augustinus
libro 2. de
pecc. mort. &
remiss. c. 33.
Iob. 23.

non solum improbi & in corpore & in animo affliguntur, sed etiam boni, quos Deus diligit: nec ex uirga Dei flagellantis aliquem, præsumendum statim est facinus aliquod eius, quod etiam ab hominibus puniri debeat. Nam ea ratione dæmoniacos quosque maiori pœna esse aggrauâdos à magistratu diceremus. Sed illa sibi relinquenda esse, uel uno hoc innuit Deus, quòd ipse puniat ac exerceat eos. Quod enim à magistratu puniri uult, id ipse uicissim illi deregat & relinquit, cuius opera sunt misericordia & iudicium. Etenim cum tribus tantum modis peccare possimus, quorum Primus complectitur omnem interiorem motû ac conceptum in intelligentia uel affectibus, etiamsi uoluntas non consentiat: Secundus tum incidit, quoties uoluntas cum motibus & affectibus consentit: Tertius, quoties re exequi conamur, quòd cogitamus & uolumus: magistratus nõ ulterius pro cedit ad animum aut uoluntatem puniendam, quàm si emerferit & constet: Deus autem in illa secretiora, inque animum ipsum ac cogitationem hominis animaduertit. Ea enim solus Deus cognoscit. In Clement. exiui. §. quamuis, de uerb. sign. Scrutator enim cordium ac renû est: & tota intelligentia, tota anima, toto corde uult à nobis diligi. Nos uerò animum probamus uerbi factiue præsumptione, nec alia habemus animi indicia. l. 15. qui. §. diuus. C. de tut. & cur. dat. l. Labeo. C. de sup. leg. l. reprehendêda. C. de instit. & subst. Neque iudex uel uoluntatem uel maleficium punire potest, nisi confide-

Z

ret prius,

ret prius, & habeat factum quod animo metitur. Alber. in l. aut facta. uers. qualitate. de pœn. Breuiter, non nisi extrinseca inter homines puniuntur. Per ea intrinseca probantur. l. fin. infra. C. de sicar. & passim DD. Sed illud etiã omittendum non est, etiã si uim hanc & metum ex præcedenti delicto patiantur: nec tamen facere posse quod pati miseris uidemus: nec ex eo quod nõ uoluntate faciunt, & animi iudicio, sed ex ipso præcedenti delicto puniendas esse. l. nec timorem. D. quod metus causa. Quin cum dæmon etiam eiusmodi nihil rectè possit inferre ut magistratus, l. 3. d. tit. uers. succurrendum illis esse potius, ex eo uidetur. Nam & contra dæmonis dolos officium sacerdotum sancti Patres in concilio Ancyrano requisituere, ut probent ea omnia esse falsa, quæ miseris persuadet: tum etiam singulorum Christianorum, ut commune faciãt se inuicem de tanti hostis fraudibus & potētibus ac profunditatibus, ut uocantur in Apocal. c. 2. Cõtra uim autem habemus in primis panopliã Christianã, quam supra descripsimus lib. Quarto, cap. 1 & 2. dein uerò preces & obsecrationes tum publicas, quibus Deus moueri se cõfirmat, tum priuatas. Multũ enim ualet oratio iusti, & oratio humilis penetrat cœlos. Cõtra morbum medicorũ opera, qui postquã unxerũt afflictas, hoc est, postquã adhibuerunt ea quę oportet, cõmendat eas Deo, sicut præcipit D. Augustinus: Oratio fidei saluabit infirmũ. Hoc est S. Iacobũ cõsiliũ. Contra metũ, diligēs ad toleratiã & constantiã admonitio, ut resistamus diabolo. quẽ ad modum

26. q. 5. c. epi-
scopi.

Coloss. 3.

Ephes. 6.

1. Tim. 2.

Matth. 18.

Iacobi 5.

Ecclesi. 35.

D. Nat &

grat. c. 26.

Iacob 5.

modum lib. Quarto, c. 23 præscriptimus. Contra *Iacobi 4.*
 errorē prædicādus sermo, instandū tempestiuè,
 intēpestiuè, arguendū cum omni lenitate & do-
 ctrina. Semp̄er aut̄ orandus est Deus, ut ipse in- *1. Tim. 5.*
 tellectū earum aperiat, cum proficiscūtur in E- *Augustinus*
 maus: hoc est, cum in hos errores animi iudicij- *in Ioan.*
 que delabūtur. Contra ignorantia aut̄, magistra-
 tus officiū postulandū, ut pastorum somnolen-
 tiā excutiat: ut quo tales oues & debiliores sūt,
 & incautę, magis p̄pter ætatē deliram, & sexum *Iacobi 1.*
 fœmineum: hoc diligentius ac melius ijs caue-
 ant à lupis, easq̄ue instruant de insidijs eorum.
 Hac demum ratione in integrum restituendę *Ephes. 6.*
 sunt. Quod etsi nec assidua spiritualium astutia
 rum tētatio, nec tanti aduersarij ineuitabilis im-
 petus, nec tam iustus metus, nec tantum corpo-
 ris mentisque uitium miseris omni uoluntatis
 culpa liberaret, etsi uel hæresi uel apostasia labo-
 rare concederem: unica tamen aut ætatis infir-
 mitas, aut sexus simplicitas, uel id ipsum præsta-
 ret illis, uel pœnam certè mitigaret. Sic enim &
 crimen quodlibet attenditur, & animus delin-
 quentis in quolibet crimine, ut expendatur an
 ignorantia quadā, imperitia, uel simplicitate, an
 uero dolo, malicia, pertinaciaq̄; delinquat: ut ijs
 perspectis, officio iudicis pœnæ tēperentur. l. re-
 spiciendū. l. aut facta. D. de pœn. l. q̄d ergo. de his
 q̄ not. infam. DD. in l. 1. §. diuus. l. in lege Cor. D.
 ad l. Cor. de sicar. l. pen. D. ad l. Póp. de parr. Qua-
 rū aut̄ causam agim⁹, secūdū plerūq; senectutis
 gradū, & eā attigēre partē q̄ decrepita dicitur &
 est. l. 3. §. ignoscitur. D. ad Syllon. & c. ult. dist. 80.

712 De præstigijs dæmonum

&c. quæ & ipsa morbus est, ut Menander ait, & ferè semper cum animi delirio & iudicij lapsu naturaliter coniuncta est. Itaque remouetur à republica gerenda, honoratur tamen. tit. C. qui se ætat. excus. l. maiores. l. semper. in prin. de iur. i. mun. l. non tamen. in prin. de mun. & hon. & in criminibus pœnæ relaxatione & ueniam meretur, ut quos premit, eos & culpæ suspitione liberet. d. §. ignoscitur. & tormentis eximat. Bart. in d. l. & in l. de minore. in prin. de quæst. Angel. in tractatu Malefic. gl. fama publica. uers. quæro quæ. Hippol. in l. edictum. 3. col. de quæst. Anus autem nostræ non modò tum delirant, cum uiri, hoc est, in secundo ac extremo senectutis gradu: sed etiam quia mulieres sunt, magis repuerascunt: uel certè non minus in primo, quàm uiri in secundo & ultimo. Primùm igitur uix est ut crimen in mente ac uoluntate magis committant, quàm pueri, qui què iudicio animi destituti sunt. Deinde uerò, ut tantum fauoris ac excusationis ætatis lapsus non præstet: propter eum tamè nec torqueri debent, ut nunc fit: nec ea pœna affici, qua pœssimus quilibet mulctatur. Quod etiam ad sexum pertinet, cuius, libro Secundo diximus, quanta sit tum simplicitas tum lubricitas, ut in eodè grauius peccet uir quàm mulier. l. in multis, de stat. hom. 22. q. 6. c. indignantur. & c. seq. c. forus de uerb. sig. Itaque leniorem etiam meretur pœnam: ut in adulterijs, uir ut sacrilegus punitur. l. quamuis adulterij. C. ad l. Iul. de adult. scœmina castigata uel mulieribus incarcerationa datur, uel in mo-

naste

nafterium condemnatur ad biénium. Ext. de te
 ftam. c. Rainutius. & Aut. sed hodie. quæ est. C.
 de off. ciuil. iud. & Nou. ut nulli iudic. §. adulte-
 ram uerò. §. necessarium. Aut. sed nouo iure.
 quæ est l. quamuis. C. ad l. Iul. de adult. sed & in
 crimine maiestatis: subuenitur enim simplicita-
 ti & ignorantia. l. 3. de iur. & fact. ignor. l. iuris i-
 gnorantia. C. qui admitti. DD. & Bartolus in l.
 si quis id quòd. d. iurisd. omnium iud. latissimè
 docent, quomodo propter etatem & sexum mu-
 liebrem doli præsumptio cesset, etiamsi in iure
 ciuili errent. Alex. conf. 103. uol. 1. Cepol. conf.
 21. col. 6. & conf. 24. Bald. in l. error. C. de iur. &
 fact. ignor. Nec obstat hisce fauoribus ætatis ac
 sexus, primùm quòd longè grauius sit æternam
 quàm temporalem offendere maiestatem. l. hi
 qui sanctam. C. d. her. Aut. gazaros. c. ubicunq;
 de pœn. Secundò, quòd eam ob causam nulla se-
 xus aut ætatis habeatur ratio in hæresi. DD. in
 l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Canonistæ in c.
 uergentis. de her. in antiq. & in c. tum secundū
 leges. eod. tit. lib. 6. Tertiò, quòd in crimine ma-
 leficiorum ac sortilegiorum specialiter excipi-
 antur. l. etsi excepta. C. de mal. & math. quia in
 ijs omnes sine exceptione torqueri, notat Hip-
 pol. in l. edictum. 3. col. D. de quæst. Nam ut à po-
 steriori incipiam, magis ac maleficis hic aduoca-
 tus non sum: sed delusis lamijs, quasi multum
 tum à magis infamibus, tum à maleficis distare
 declarauì in principio libri Secundi. Ad al-
 terū primò respondeo, quòd illi textus specialē
 prærogatiuam sexus & ætatis limitant tantum,

Consil. 210.

quoad torturam, ut & in crimine lesæ maiestatis. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. non etiam causam criminum. Semper enim hoc manet, qui iudicio animi caret, eum malè facere nō posse. Secundò respondeo, satis magnum inter lamias & hæreticas esse discrimen, quòd singulari capite demonstrauimus. Demum cū Oldrado dico, quòd etiam l. in his quæ formaliter, ac secundum leges canonesque non sunt hæretica, licet hæresim sapiant, detrahèdum sit ob eam quam diximus mulierum simplicitatem & lubricitatem. l. i. C. de iur. & fact. ign. l. ult. §. fin. de iure de lib. l. pen. de his quæ sibi ascr. Et hoc, etiam si in articulo fidei errent, ut idiotæ ac rustici. Sufficit enim ijs, ut loquantur, implicita fides, & ne pertinacia contumaciaque quadam errorem suum defendant. Bald. in l. error. C. de iur. & fact. ign. Atque hac etiam ratione prima cadit obiectio. Quanquam ut grauius esse non inficior, in maiestatem diuinam delinquere: sic illud quoque sciendū est, & facilius & citius homines in hoc delictum incidere. Incomprehensibilis est enim, & longè à nostris remota sensibus, illa æterna, infinita ac spiritualis maiestas ac uoluntas. Quare qui in terrenis negocijs lamia sumus, in spiritualibus & ijs quæ ad Deum spectant talpæ statim efficimur: non secus atque ij qui cum summa se putent oculorum acie præditos, cum in terris ea quæ sensu percipi possunt, acerrimè contuentur: si solem aspicere uelint, omnem illam aciem extremam esse præ tanto fulgore sentiunt caliginem. Duabus igitur

cur de causis facilius hominum in spiritualibus est lapsus. primum, ob diuinorum naturam omni cogitatione humana superiorem : deinde, propter nostræ tum intelligentiæ cæcitatem, tum uoluntatis deprauationem. Quare si quis hæc in parte delinquat & erret, mitior esse debet pœna, ac iustior uenia : & id quidem hoc magis, si mulier, magisque, si decrepita muliercula cadat.

Epilogus Operis.

Non dubium mihi est, candide Lector, *Epilogus.* purimos fore, apud quos inalam iniero gratiam, calumniam mihi pro opera qualicunque præstita reposituros : quorum plerique, ut iniquorum est iudicium, id quod non intelligunt, criminabuntur : alij, opinioni longa annorum serie, hominum animis irradicatæ, & uelut iure consuetudinario obfirmatæ, quacunque ratione patrocinari uolent : nec deerunt qui dentis Theonini pruriginem insolescentes ex more, mordendi occasionem auidius quærent. Ad causas naturales quarumcunque rerum miracula & monstra referent pugnaces Peripatetici ac sacrosanctæ Scripturæ religioni, Aristotelis Platonisque rationes præscribere, uehementipertinacia contendunt. Hic Petri Pomponati Mantuani, summi & clarissimi suo tempore philosophi, de Naturalium effectuum causis, siue de incantamentis Opus, abstrusioris philosophiæ plenum, requiretur, accuratiusque euoluetur, ut oppugner, pessum quem nisi in inuictis Christianæ philosophiæ fundamentis

damentis constabilitus, sermonis probabilitatem contemnam: ex D. Pauli, uasis electionis, consilio, qui studiosè præmonuit, uidentum *Coloss. 1.* se, ne quis sit qui nos deprædetur per philosophiam, & inanein deceptionem, iuxta constitutionem hominum, iuxta elementa mundi, & iō iuxta Christum. Quoniā in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Pomponatiū quoq; ante redditum spiritus extremi halitum resipuisse ex singulari Dei miseratione, nec permansisse *ἀπιστῶν*, sperare uolo. talem etenim fuisse, à clarissimo medicinæ ornamento D. Helderæ Foroliuensi, eius olim discipulo, non semel auditum est.

At sibi iniuriam fieri à medico, quædam Scripturæ sacræ loca excutiente, & suæ uocationis metas transiliente, acclamabūt morosiores plerique Theologi: Ne sutor ultra crepidam, modacius oblatrantes. His nihil aliud responsum uolo, quàm, D. Lucam euangelistam medicum Antiochensem fuisse: ac me ex eorum esse numero, quorum huc spectat studium, ut si quomodo tandem ex immensa Dei misericordia atque ineffabili Christi gratia, ad regale illud sacerdotium pertingere queant, cuius D. Petrus apostolus & propheta Esaias meminerunt.

Regale sacerdotium.
1. Pet. 2.
Esaiæ 61.

Quòd maleficij quosdam Ecclesiastici collegij homines impuros insimularim, si quoque egrè ferant, id non debui non facere, argumentatione: atque apertius etiam nominibus eorū expressis potuissem, nisi modestiam hanc ex Theologia edoctus, hos Christianæ fidei euerfore

fores ac reipublicæ sedate turbatores, ut adhuc desistant, statuissem præmonere. Cum magicorum flagitiorum reis mihi controuersia est, non cum uiris pijs, quos unice ueneror & colo, ut si quis alius. Si iniuste se traductos illi conquerantur, ut in theatrum palam mecum prodeant, suamque tueantur causam, non detrecto.

Doctioribus quibusdam nostri ordinis uiris, uel etiam delicatioribus, si à me non sit factum fatis (quod equidem libenter fateor: quam sit mihi curta supellex, non ignarus) ijs tamen re exactius perpendendi, altiusque perscrutandi, ac methodo doctiore, ordine magis cohærente, oratione dilucidiore, uerbis aptioribus, & ueritatis argumentis ualidioribus describendi, qualemcunque subministrasse occasionem pro ingenij tenuitate (quam certè magnam agnosco) uideor. à quibus si alicuius lapsus etiã admonear, conuincarque, plurimum à me reportabunt gratiæ: quemadmodum reliqui omnes, eodem me prosequuti studio: nec me errata retractasse pudebit unquam. nō mihi usque adeo Suffenus sum, nec ita *φιλανθρία* afficit libido. Est aliqua prodire tenus, si non datur ultra.

Quod contra legum duodecim Tabularum authoritatem, de ijs qui messes excantarunt, à uulgari opinione & poetarum figmentis dissentiam, si grauiter tolerant Iurisperiti, mala mihi pro beneficio reponitur gratia: quod ueritatis in hoc argumenti genere ab alijs inquirendę, & criminalis sententię hic non secundum placita cæci in religione Christiana seculi, uerum ex i-

plis ueritatis mysterijs, debito ordine eruendę, pronuciandęque ansam porrigere qualemcūque uoluerim. Enimuerō si alicui in legitima sua uocatione præiudicandi animus mihi fuerit, temerarij hominis notam meo quodam merito haud recuso. Cæterum si hac mea purgatione non contentis mordacibus inuidisquę ingenijs, me conuicijs proscindere, imperitię redarguere, flagitij iniquę insimulare, & calamum petulanter in me stringere lubeat: ea me Deum omnipotentem confirmaturum tolerantia confido, ut quoscunque aduersariorum dentes & infultus, patiendō sim exuperaturus.

Irritas præterea suas apud me uident machinationes impij sacrilegięque magi, quorum nec præstigijs, nec terri culamentis culmum quidem latum moueor, etiamsi me diris suis imprecationibus aut diabolicis exorcismis transformare studeant, aut *ἀποκαταστασῶν*, uel (si malint) cloacas execrandis suis artibus compellere nitantur monstrifici malefici. Delphica in me diuinorum oracula, quibus nihil nō sinistri mihi in Pythij templo cacati, & ob id a Pisistrato tyranno statutę pœnæ subijciendo, uaticinabuntur homines perditī, prorsus contemno. Incassum me nocturnis lemuribus, aut defunctorū manibus uel laruis terrebit tenebricosus necromantes. Nec cōtra Geoticorū umbras aquæ lustralis asperginem, uel tedarum ignem iuxta sepulchra arcesso: suis hi spectris me neutiquam fatigabūt. Tartarearum uocum barbarie aut murmurum ludibrijs si me laceſſat nefarius exorcista,

non mihi curæ est. In cantatorum ligaturas, quibus prodigiosos accersere morbos, cōgressum impedire naturalem, imò eius organa pro suo arbitrio auferre & restituere posse creduntur, ne pili quidem facio, rideo quæ. Si quid maligna imprecatione aut uitiatæ uoluntatis affectu in me possunt deliræ sage, eis & permitto, & remitto. breuiter, ut Horatius ait:

*Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, portenta quæ; Thessala risu*

Excipio. —

Vnicam solummodo ueneficarum pertimesco artem, quæ suis uenenis uel propinatis, uel admotis, uel spiritus attractiōe ferientibus plurima uerè, non phantasticè inferre nocumenta ualent: harum causam defendendam hic cœpi minimè, sed iusta magistratus cēsura discutendam decidendam quæ relinquo.

At ex labyrintho præstigiarum demoniacarum incantamentorum quæ non nihil extricatus, finem dicendo faciam de monstrosis his ludibrijs: excogitatis certè ut gloriam Dei, & doctrinæ utriusque, sacræ & physicæ, ueritatem obscurèt, atque maleficas diaboli artes occultent, uestiant quæ, quæ Domino Deo *βαδύματα* siue abominationes sunt: has auersemur, fugiamus & execremur, quacunque etiam artificiosa proponantur specie. Repugnemus & earum illecebris & occasionibus obiectis, quæ prima fronte blandiri & allubescere uidentur. Nec solum corpora nostra, non sponte mancipia & domicilia satanæ faciamus: uerùm etiam illi, licet astu-

cer altutissimo *ἡγὴ πᾶσι πρῆταίτω*, uera fide & uitæ sanctimonia omnes adoriundi nos aditus præcludamus, auxilium à Dei filio assiduè ardenti bus uotis implorantes, nosq; uiuo Dei uerbo & Spiritus sancti ope uigilanter, ueluti in excubijs sedulò constituti, ita munientes, quò etiam si huiusmodi munimento tanquam firmissimo uallo undiquaque obseptos audacius insultet iuratus ille hostis, non tamen ualida hæc septa perfringat, expugnetq;ue.

Qualescunque etiam afflictiones nobis impositas, æquo animo cum Iobo fortiter tolere mus, aduersus Deum neutiquam cum gētibus frementes, nec uetitam opem cum Saule inqui rentes. Neque etiam curiosi, cum Ephesijs, uel *Iob. 1. 2.* *Psal. 2.* *1. Regum 28.* *Astor. 19.* lasciuī, quæ nouisse nos aut non interest, aut nō licet, siue minus expedit, anxie indagemus: uel exijs, à quibus exquiri seuerè inhibuit Deus, sciscitemur: sed illis quas Euangelij ueritas cōmonstrat, semitis insistamus, inhæreamusq;ue, furiosas diaboli præstigias & lubrica triuia declinantes, ne quemadmodum Iamnes & Mambres resistebant ueritati, nos quoque Dei præcepto recalcitrantes, cū his qui à sinistris erunt, horrendam olim Christi sentētiam audiamus: *Matth. 25.* Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

Nihil autem hic ita assertum uolo, quod æquiori iudicio catholicæ Christi ecclesiæ non omnino submittam: palinodia mox spontanea emendaturus, si erroris alicubi conuincar.

FINIS.

CENSURA QUORUNDAM DOCTORUM
 piorumq; uirorum de hoc Opere, explicata literis
 ad D. Ioannem Vuierum datis. quarū hæc prima Theo-
 logi cuiusdam eximij est, & abbatis doctrina, uirtute
 atque existimatione clarissimi: cuius nomen supprime-
 re, ob quorundam qui se Theologorum nomine
 pallio pileoq; exornant, morosita-
 tem, malui.

S Alue uir, ut erudissime, ita multis nomini-
 bus mihi commendatissime.

Miraberis, fat scio, quid mihi in mentem
 ueniat, quòd cum te ne de facie quidem noue-
 rim, aliquid ausus sim ad te literarum dare. Ve-
 rùm non te lateat uelim, me huc uel inuitum, ac
 manibus pedibusque reluctantem esse addu-
 ctum, ingenij tui pulcherrimis monumentis:
 quæ profectò eiusmodi sunt, ut uel saxa muta,
 nedum bruta animalia, in amorè pariter ac ad-
 mirationem tui raperes. Nam liber ille tuus de
 Dæmonum præstigijs, Deus bone, quantum
 habet solidæ doctrinæ, acris ingenij, ac iudicij
 consummati? Quis putaret tam longè lateque
 patère uestram Physicam? Nunquam mihi ina-
 gis arrisit de uobis, quàm in præsentia, grauis-
 simum Homeri testimonium:

Vir medicus multis alijs præstantior unus.

Certè librum illum nescio quo cum fructu, sum-
 ma cum animi uoluptate, non tam legi, quàm
 penitus deuorauì. Quem equidem uideo talem
 esse, ut haud dubiè nomen tuū immortali cum
 gloria

gloria ad posteros transmittat. O' scelicé Cluiã, quę tantos habet literarum heroas: sceliciorẽ, quę, ueluti eam decet, eos amplis stipendijs alit, meritissimisquę auget fortunis: scelicissimã, cui præest Princeps non modò doctus, pius, ingeniosus: sed etiam doctrinæ, ueræ pietati, nobilibusquę ac sceliciter natis ingenijs mirè, & utroq; (quod aiunt) pollice fauens. Nam quãquam hic princeps ob præstantes cum corporis tum animi dotes, ubiq; terrarum optimè audit: tamen inter cæteras clarissimas eius uirtutes, clariorem existimo nullam, quàm quòd ut ipse doctus est, ita ad euehendos, quos singularis aliqua eruditio commendat, fictus, natus & educatus uideatur, iuxta illud clarissimi uatis: *Principis est uirtus maxima, nosse suos.*

Gaudeo mehercule, & ex animo gaudeo, te diuine uir primum hanc glaciẽ perfregisse, & miserã aniculas ab atroci quadam tyrannide uindicasse. Cardanus quidem nonnihil uelitaratus fuerat in scycophantas illos: tu autem apertis uelis eos ipsos inuasisti.

Macte ô ingenio, macte uirtutibus istis:

Ritè uiueris eris, nunquam tua fama peribit.

Crede mi uiere, non modò hac opera multos sani iudicij uiros, quasi Herculeo nodo tibi deuinxisti, sed optimè de religione Christiana meritis es. An non erat in detrimentum nostrę Reipublicę, plus concedere diabolo, & nescio quibus malis genijs, quàm unigenito filio Dei? Paulus, ut uir prudens ac circûspectus, non aude se dicere, cum ad tertium usq; cœlum à Deo esset.

esset sublatus, raptum extra corpus: sed siue in corpore, siue extra corpus, inquit, nescio: Deus

2 Cor. 12.

scit. & hoc in spiritu tantummodo accidisse, uel Lucas amplissimus in Gestis Apostolicis est testis. At nostri maiores (si dijs placet) credebant ope dæmonum mulierculas uolitare per aera, ingétia corporaliter spacia regionum transmittère, subinde in feles mutari: atque adeò, sit honos auribus, cum ipsis malis genijs actu uenero congregari, ac quali permisceri.

Differit hæc de re plurimis D. Hieronymus, in prelogo Daniæ.

O cæcas hominum mentes, o pectora cæca.

Quis fascinauit quæso insensatum hunc mundum, ut tam imprudenter fabulis anilibus adherentes, à nuda ueritate aberrarent? Sed dicet mihi quispiam: Num tu H. credis, quæ ipsæ tormentis exagitate, ingenuè confitentur? Certè tormentis fidem non esse adhibendam, doctissimi atque grauissimi quique dicunt. Nam in torminibus inquitur qui pati multa potest, mentitur qui nihil pati potest: dum hic non uult fateri quæ fecit, alter plura fatetur se perpetrasse quam unquam uel per somnium cogitauit. At quid sentiendum quæso, de mulierculis illis, quæ ea se fecisse aiunt, quæ in rerum natura sunt nusquam? Accidit hic intra triennium, huius ferè rei memorabile exemplum. Omnes monachi ex uino pessimo & pendulo, quo nimium sese ingurgitauerant, ad unum intra annum ferè perierunt. Sacrificulus quidam persuasit prædecessori, ut uocant, meo G. in causa esse pau-perculâ quandam aniculâ, quæ certis sub gradibus posuisset præsentissima ueneficia, ubi monachis

Cum demones spiritus sint, spiritusque, ipsa ueritate teste, carnem & ossa non habeat. Luca 24.

chis

(nondum enim, uti suspicor, supremam manum iam imposuerat) de Dæmonum præstigijs: quod certè multo mihi gratissimum erat, tum quòd D. Daniel noster Brouchusius Reipub. Gorcomièsi à medicinis, aliquando eius apud me mētionem fecisset, & singularem supra communem hominum conditionem ingenij tui dexteritatem prædicasset: tum quòd sperarem, aliquando detectis huiusmodi muliercularū neruis, idolomaniam; quæ multis abhinc seculis hominū mentes occupauit, penitus erudicatum iri. Nam quantumuis annis abhinc uiginti Iacobus Sauagius, Ando-uerpianus medicus, eiusdē argumenti mihi adhuc dum iuueni librū cōmunicasset, quem aliquando, ni mors inopina uirum inuassisset, typis commendare decreuerat: non uidebatur tamē is esse talis; qui insitam iamdudum opinionem euellere posset. siquidem, etsi physicis quibusdam demonstrationibus deliramēta quædam esse declararet: concessit tamen multa, quæ tu argutissimè & maxima cum ratione refellis, neq; is (ut bona uenia uiri alioqui doctissimi dicā) usque ad eò Scripturæ sacre testimonio innitebatur, ut qui sua professione cōtentus, medicis physicisq; argumentis tantum stabat. Tu contrà, antiquissimorum Theologorum, Iurisperitorum, atq; eorum qui de magia scripserūt (ut interim medicos taceam) argumētis innixus, quem aliquid se iam egisse putant, nihil profus iam actum cōuincis; & ut habet Græcorum diuèrbium, *νυντρωφίαν*; Dignum meherculè cedio opus, dignum quod omnium manibus sceleratissimo hoc tēpore circumferatur, dignum quod omnium mentibus im-

primatur, &c. Scriberem aliquanto accuratius, ni Brouchusij nostri propera quædam festinatio, dicere simul ac scribere cœgisset. Vale in eo qui cuncta potest. Gaudæ, nonis Maij, Anno 1563.

D. IOANNIS EVVICHII, MEDICI
& eruditissimi & excellentissimi,
sententia.

Quantum voluptatis cœperim ex tuis libris de Præitigijs dæmonū, ἡ ἀγαθὴς ἡ ἀδύστητος ἀδύστητος ἐν τῷ χροῦνι πρὸς τὸν ἀνθρώπου. Viuere, uix satis uerbis explicare possum. Video enim singularem in ijs prudentiam, iudicium solidum, copiam rerum necessariarū, ordinē mirificum, sedulitatem incredibilem, deniq; animi pietatem (absit adulationis suspicio) & religionis Christianæ puritatem: eamq; passim propugnādi aduersus omnes impiorum hominū insultus, & dæmonum fraudes animo sitatem infractam. Deinde nō solum, quod ipse sepe mecum cogitauī, sed etiam quod unice & optauī & expectauī, in illis abundē sum consecutus. illud autē est præcipuē, quid de Lamijis (quas uocant) nostri temporis sentiendum sit, quid uanæ illarū incantationes efficere possint: & tandem, an pœna illarum ad mortem usque extendi debeat. Quæ tria tam uelim hodie omnib. esse rectē cognita, persuasāq; quā plerunque indoctis doctisq; temerē credita. Pudet autem me propemodū nostri seculi, quod tantō ueterno sopitum res tam utiles necessariasq; non diligentius inuestigarit, & maturius in lucē ediderit. Omnes enim ferē tam Medici quā Iurisci & Theologi (quorum tamen maximē intererat,

intererat, hæc ad unguem cognoscere) contenti
maiorum consuetudine, nimis faciles aures præ-
buerunt fabulis: nimisq; temerariè, ne dicã iniquè,
de uita morteq; multorum pronunciarunt. Sed
cum cogito, idem hodie & ante ætatem nostram
in illis obseruatum esse, qui iudicabantur hære-
tici (scilicet quod à Rom. ecclesia in interpreta-
tione quorundam articulorum doctrinæ, uel usû
ceremoniarû, nulla seditione dissentirent) quo-
rum tamen, uel aduersarijs testibus, mens Deo
deuota, uitæq; inculcata fuit: minus mirum ui-
detur, quod in hac Lamiarum causa, quæ plena
semper fuit tenebris & dæmonum ludibrijs, cæ-
cutiant, cæcutiendq; insontes sæpe feriat. Equi-
dem ab eo tempore, quo ætatis maturitate, acce-
dente qualicunq; institutione, usq; res humanas
cœpi intueri, ualde semper deplorare soleo ho-
minum ignorationem. Nam ea mihi causa uide-
batur uniuersi mali, quod tam multiplex in uita
nostra grassatur. Quod etsi ipsius maximè adhuc
ignorans, Dei tamen gratia cognouerim & de-
fleuerim: nihilominus communi cæcitate impe-
ditus in presenti materia, oculos altius adhuc at-
tollere, & ueritatem ipsam intueri nondum po-
tui. Quare quando ingenij mei exiguitatem pro-
bè scirem, nec negare nec asseuerare statueram.
At nunc iudicio tuo confirmatus, lucem mihi ui-
dere uideor, & qua eundum & ubi sistendum sit,
satis intelligo: agoq; immortalis Deo gratias,
quod tua opera eas res nobis patefecerit, quæ nō
eruditis modò & titulo doctoribus, sed etiam
omnibus hominibus, multò uerò maximè Chri-
stianis cognitu necessariae sunt. Proinde nequit:

quam credã posthac illis, qui ita presentĩ cuicũq; usui inhærescendũ putãt oportere, ut nullo modo aliorum quamuis piorum eruditorumq; uirorũ modestè proposita sententiã audiendam, cognoscendam, recipiendamq; esse uelint: longè à principis illius consilio dissentientes, qui cũ necessitas postularet, *Νῦν δ' ἔτι, αἰτ, ὅς ἂν δὲ γ' ἀμάρτυρα μῆτιν ἐνίσπει, ἢ υἱὸς ἢ παλαιὸς, ἐμοὶ δὲ καὶ ἀσμελὲς ἔτι.* Nam cum, ut dixi, omnis mali origo & fons ab ignorantia oriatur, & hæc primũ à peccato, peccatum porro à diabolo (qui est uerè pater tenebrarum, falsitatis & confusionis) principium suũ ducat, meritò omnis boni causa uideri debet sapientiã & cognitio: quippe quæ lucem, ueritatem, & ordinem in tota uita & omnibus actionibus nostris pariat, conseruetq;. Faceat ergo omnis pertinacia & morositas: sitq; libera ut audiendi, ita & dicendi scribendiq; facultas: eatenus tamen, ut is labor utriusq; reip. insignem utilitatem spectet, & ad Christi Seruatoris nostri regnũ propagandum, diaboli uerò & Antichristi tyrannidem labefactandam præclare faciat. Vale clarissime *Vuier e*, monstrorum opinionũ nostri cui non minime Hercules. Vale inquã: & perge porro esse, quod fœliciter glorioseq; cœpisti, *πατρί τι τῷ μίγα χαρὰ πικρῆ τι, πάντι τι δύμω, δυσμελέσι μὲν πῆμα, κακῆσι δ' ἀπὸ δαίμοσι αὐτοῖς.* Duisbergi, anno 1563. ipsis Calend. Iunij.

C A R O,

CAROLVS GALLVS ARNHE-
 mius D. Ioanni Vuiero Medico, & a-
 mico suo

S. P. Per Christum. Vt tui codicis doctrinam diligentius perlegerē, singulaq; accuratius pro iudicij mei tenuitate examinarem, ponderareq; effecit horribilis ea Satanæ rabies, quæ superioribus annis in hac ecclesia Hammonēsi grassata est, & multos aliquantisper exercuit. Nosti mi Domine Vuiere, uir præstantissime, huic malo multiplicia excogitata adhibitaq; esse remedia, variaq; de eo iudicia, tam in nostra Republ. quam inter moniales uirgines uicini monasterij Kenterpen, unde hoc ipsum initio ad nos dimanauit. Interposuit suum iudicium quidam Simon exorcista cæcus infœlicissimè, qui mox à propria coniuge dæmoniaca miserabiliter interfectus, suæ impiæ audaciæ pœnas dedit. Ad eundem modum quidam senex monachus Franciscanus, cui nomen frater Lindemannus, tentauit cōfidēter suis exorcismis: sed & ipse mox, dum etiam instructus ad Missam celebrandā iret, repentina morte percussus, interiit. Hos secuti sunt & alij duo eiusdem ordinis in hac ciuitate fratres, palàm in nomine mille dæmoniorum excitantes diabolicā tragediam, longè omnium terribilissimam, cuius historiam te accepisse arbitror. Nec defuit quidam suffraganeus episcopi, cum pastore quodam, adiunctis etiam medicis, omnes ab antiqui serpentis solertia delusi. Tandem etiam per Vulcanū ablatae sunt, quæ has dæmonū laruas suis incantationibus peperisse credebantur. Sed neq; hæc seue-

itas medicamentum, quod expectabatur, attulit. Quod etiamnum præfens calamitas inter uirgines eiusdem cœnobij Kenterpen heu nimium testatur. Porro tuus codex mirum in modum exprimit Satanae naturam, ingenium, solertiam, curam, studium & rabiem, quibus grassatur mille artifex fallax & potens in incredulis: quorum aspectibus, varijs artibus illudit, prout merentur eorum peccata. Et ego sanè iam experientia compertum habeo, eius generis diabolicis præstigijs & demeritationibus, non aliter quàm iuxta sententiam in tuo libro pulchrè expressam occurrendum. Nam nostri energumeni omnes, nēpe quindecim numero, iā Christo propitio liberati sunt, non exorcismis, aut externis ceremonijs elementorum, sed uirtute fidei in Spiritu sancto, per fidem uerbi Dei instructionem, per assiduas preces & ieiunia, quibus ceu ueræ ad Deum conuersionis optimis medijs usi sumus sedulo. Huc accessit manifestissima experientia de incantationum uanitate, quam etiam in tuo libro urges argumentis grauissimis, & meo iudicio demonstrationibus certissimis, quantumuis illæ à communi ueterū sententia dissentire uideantur. Ego namq̄ iam aliquoties deprehēdi ex ipsis lamijs & sagis, artes, quas præsertim de carminibus & impossibilitatibus incantationibus & fascinationibus iactitare solent, meras esse ineptias, delirationes, & somnia, quibus se admiscet Satan. Et anno superiori cognoui multas ineptias ex priuata confessione cuiusdam uetulae incantatricis, quæ cum audisset in mea concione explicari locum exactis Apost. Cap. 19. quod multi Ephesiorum, ex eis qui cu-

riosas

flosas artes exercuerant, cōportatos libros exu-
 ferunt corā omnibus, &c. protinus accessit ani-
 mo planè consternato: & cum lachrymis arcana
 sui pectoris in sinum meum effundens, institu-
 tionem Christianam admisit. & cum diabolicarū
 imposturarum uanitatem Dei beneficio intelle-
 xisset, & apertis oculis spectasset, facilè relictis
 mendaciorum fumis, ad ueritatis lucem conuer-
 sa est. Nec semel, admissa ueritate, sibi meridiana
 luce clarius eam apparere, satanamq; suorū man-
 cipiorum oculos tantum perstringere, & nihil in
 ueritate geri confessa est constantissimè, cū dete-
 statione diabolicę suę artis. Huius exempli histo-
 riam contexere plenius cum suis circumstantijs.
 fortè operę precium foret: sed non ita tutum, pro-
 pterea lubens supersedeo. Vno uerbo dicam, me
 satis experientia didicisse, bonam partem incan-
 tationum mera esse insomnia. Quod cognoskit
 clarius, quisquis saltem uel doctrinam de insom-
 nijs penitus introspexerit. Probatur ex Aristote-
 le, Hippocrate, Galeno, alijsq; philosophis,
 imò & quotidiana experientia cōstat, insomnium
 naturaliter esse in homine simul & brutis, & uisa
 uersari plerunq; circa phantasiam: quod maximè
 præ cæteris experiuntur uel cæci, uel dormientes,
 uel melancholici, uel phrenetici, & alij qui sunt
 in sensu communi & mente uitiati. Quod si ue-
 rò sacras literas de insomnijs tradentes inspe-
 ximus, deprehendemus etiam præter naturam se-
 pissimè immissa esse insomnia: idq; uel per bonū
 spiritum, uel malum, aliquando obscurius, inter-
 dum clarius. Et aliquoties in ijs tam manifestas
 uisiones, imagines & spectra obijci, ut etiā sanctè

iurares omnia sic uisibiliter, corporaliter, & in ueritate agi. Obscurius & extra naturę ordinem à Deo propositas habuerunt rerum futurarum formas Pharao, & eius pincerna, & pistor, nec non Nabucadnezer Babyloniorum rex, Iosepho & Daniele eorūdem interpretibus Euidētiōres autem formas & species conspexerunt Ieremias, cui olla feruens ostenditur ad Aquilonem conuersa, & alia quā plurima. Item Ezechiel, & impius Baltazar, successor Nabucadnezar, dum cernit in pariete manus scribētis articulos. Omitto insomniā & uisiones sanctorum in nouo Testamēto, Iosephi uiri Marię uirginis, Petri, Pauli, Ioannis, coniugis Pilati, & aliorum. Porro caco-dæmon imitatur Deum ceu simia, in suis mancipijs: quod præter quōtidiana nostrarum Lamiarū exēpla, etiā priscorū ethnicorū monumēta abūdē testantur. Nunquid Satan olim sua oracula edidit in illis locis, ubi homines ad impetranda insomniā & uisiones pernoctabant? quale fuit Amphiarai, Amphilochi, Trophonij & Æsculapij. profectō ijs in locis dormientibus malignus spiritus monstrabat pharmaca & remedia, quibus iuuarentur infirmi, simulq; de alijs negocijs respondebat. Et ad obtinendū huiusmodi insomniā & uisiones, mandabantur sciscitātibus nescio qui delectus ciborum, & secubationes, & puri quidam castiq; dies. Pythagorei fabis abstinebant, eo quod turbulenta somniā gignant. Hęc & similia, mi Domine Uuere, quisquis exactē cōsiderauerit, intellexeritq; facillimē iudicabit lamiarū artiū uanitatē, probabitq; tuū iudiciū. Manet enim satan semper sui similis, & quas olim inter

infideles,

infideles operatus est illusiones, & dementationes, easdem etiamnum exercet: perpetuos nempe fumos, & uanissimas umbras, somnia rectè dixeris, pro ueritate uendens. Habes breuiter, mi Domine Viuere, sententiam meam. Probo diuinum collyrium tui codicis, quo multorum caliginosos oculos purgasti. Diuinitus hoc datum esse, facillè iudicabunt, obuijsq; uulnibus complectentur, quin & magicarum artium incantationes minus formidabunt, quotquot librum tuum cum sano iudicio legerint, & intellexerint. Vale per Christum: Datum Hammonæ, 26. Decembris, Anno 1565.

CLARISSIMO VIRO BARTOLO
Richio, LL. Doctori, ac Illustrissimi Principis Henrici
Ducis Brunswuicensis ac Lunenburgensis consi-
liario, Domino suo obseruando, Caspar
Borcholt S.

CUm nuper, clarissime uir, de Lamiarū uel
sagarum fraude, quas ueteres Striges uo-
cabant, quæ iam à Magistratibus sine di-
scrimine ad flammam rapiuntur, inter nos ser-
mo erat: tua excellentia uerè grauiterq; iudicauit,
magnam in hoc maleficio dijudicando pruden-
tiam adhibendam, ne temerè ac leuiter in pœnis
infligendis aliquid statuamus: cum & leges ciui-
les proniores ad lenitatem nos esse iubent, ita ut
etiam in grauioribus pœnis benignitatis respec-
tum habeamus. L. respiciendum. & l. absentem.
de pœnis. Quàm uerò in hoc maleficii nego-
cio multa nunc cōfusè, turbulenterq; ex sinistra,
fanatica ac pestilenti solum suspitione agantur,

ex hoc liquet, quòd laudabile illud discrimen inter prophanos uel infames magos, Lamias, & ueneficos, qui ueneno uel propinato, uel illito, uel in eo loco ubi terram inficiat posito, bestias et homines lædunt, & propterea meritò lege Cornelia gladio feriuntur, sit confusum, & hæcenus confusè de his actum & pronūciatum. Ut autem præclarius hæc differentia, unde pro qualitate delicti pœna inferitur, magis magisq; tuæ excellentiæ innotesceret: promissi me transmissurum tibi librū clarissimi hominis, doctoris Ioannis Wieri, ante annos aliquot de Præstigijs dæmonum, incantationibus ac ueneficijs, tã ingeniosè, acutè & doctè scriptū, ut ab omnibus doctissimis uiris in Burgundia & toto Belgico numinis loco habebatur. Ego profectò quoties præstantissimi huius æui Iurisconsulti Iacobi Cuiacij, olim præceptoris mei Biturigib. in Gallia, mihi omnibus modis obseruãdi, recordor(recordor autem sæpe) tum cogor cum eo hoc fateri, nullum me librum maiori cū uoluptate percurrisse: & nœnias fabulasq; nostros legū Glossatores, si posito affectu cū hoc scriptore cõferantur, nobis reliquisse, quoties hoc negocium tractãdum susceperunt. Cum autem & tuam excellentiam optimi iudicij esse non ignorem, peto, ut quantū temporis publicis negocijs suffurari queas, huic libro præsentim per legèdo impendas. Et mihi per occasionē tuã de hoc libro sententiã, quæ magni apud me ponderis est, rescribas. Si uerò quid toto hoc libro perlecto, ad propositam quæstionem de sagis uel Lamijs non ita sine discrimine crudeliter cõbu-
rendis, quod nunctanta contentione in Repu-
blica

blica agitur, rectè iusteq; dictum inueneris: tu illud amplectere, ac quantum potes, innoxium sanguinem defende. Ac utinam talem omnes irerent, qualem Illustrissimus, experientia ac literis doctissimus Princeps **GVILHELMVS** Iulix & Cluix Dux: cuius Principe uiro digna sententia de Lamijs, in Proœmio libri annexa est. Non etiam uereor, cum sis (uti Cicero de Catone refert) librorum helluo maximus, ut tædium aliquod in legendo tibi obueniat. nam ita historijs, & iucundis narrationibus liber est refertus, ut uix ullum librum hoc iucundiozem extrare, affirmare auisim. Vale: Datum in castro

Sturuuolt, 7. die Augusti,

Anno 64.

ADDITIONES, AB AVTORE,
*absoluto iam typis libro, demùm missæ: quas hoc loco
 subijcere potius, quàm omittere, opere præ-
 cium duximus.*

Pag 75. uers. ult. Marcus. Tritemius nullam figuram magis quàm hominis, dæmones sibi coaptare docet. Cæterùm quando ad hanc non inuenerint convenientem aeris materiam, apparentem formam sibi eos inducere ait, prout contrarius uel humor uel uapor effingat: & sic in forma plerunq; conspiciantur leonis, lupi, suis, asini, hippocentauri, hominis cornuti, etiam caprinis pedibus, quales uarijs in locis quandoq; apparuere.

180. 6. itidemq; adiuratione facta per sex uerba, nec sibiipsis, nec alijs intellecta, dies, nubes, ieschet, benedocet, douuina, enitemaus: deinde suspectorum nominibus,

198. 27. imprimunt. Nomen illius Paracelsi, cuius memini, qui Nobilem in ducatu Iuliacensi tam decepit miserè, est Georgius Fedro uon Rhodoch. Memoriam.

484. antepen. incredulis. Hic & saluberrima Terrulliani exhortatio suam habebit locum, qui nos, uelut Iobum (fortissimùm Dei athletam) aduersus tentationum insultus pugnare uult: item serico uestiri probitatis, purpura pudicitiam, chlamyde patientiam. in animum quoq; inducendum suadet, cuncta quæ dæmon ad nostræ integritatis euerisionem machinatur, in gloriam constantis casura: & eius machinamenta in hunc finem à Deo permissa esse, ut qua constantia perferre aduersa uelimus, experiatur. quemadmodum apud Hieremiam prophetam quoq; legimus: Dominus exercituum iusti probator est. D. Maximus in libro de Charitate, dæmones nos infringere interficereq; iubet:

iubet: atq; illud haud dubiè perfici, quando cum præceptorum Dei obseruatione affectus in nobis efferuescentes uincimus: hoc uerò, quum prorsus affectibus carentes, illis uniuersam calumniandi occasionè præscindimus, cum propheta dicentes: Vade homicida, Dominus tecum est, bellator fortis: tu cades, & deleberis apud me in æternum. Olympiodorus cap. 10. in Ecclesiasticæ historiæ interpretatione, omnes sensuum aditus occludendos censet, sic ut neq; per oculorum illecebras, neq; per aurium pruriginem, neq; per nocentis linguæ petulantiam dæmon admittatur. hoc enim signatulū contra dæmones absolutissimum habeatur. Quidam duobus in pugnam progrediendum armis monent: precatione quidem pura, quæ in cælum subuehat affectus: & scientia uera, quæ salutaribus opinionibus communiat intellectum, & suggerat quid sit orandum, ut ardanter oremus, non hæsitantes. Rectè ergo

632. 24. retrudi. Hoc modo factum est, quod haud ita pridem aniculam tormentis eò adegerint, ut iam Vulcano litanda, fateretur, se hyemis proxime anni sexagesimi quinti supra sesquimillesimum, asperitatem incredibilem, frigus extremū, & durantissimam glaciem genuisse. Nec desuere uiri graues, qui ueris ueriora hæc crederent, quum in tota rerum natura nihil extet insulsius: quemadmodum ad me scripsit D. Antonius Houæus, uir doctrina, pietate atq; exultimatione amplissimus, abbas Echternacensis, nominibus multis mihi unice & semper obseruandus.

686. 13 suspendere.

CONFUTATIO SENTENTIAE
Georgij Pictorij, qua Lamias crudeli morte punien-
das esse defendit. Cap. 10.

Argumenta, quibus Georgius Pictorius medicus,
A in libello de Sublunarib. dæmonibus, defendit,
Lamias

Lamias inclementer uel igne uel alio quouis tormen-
 to esse tollendas, sparsim in his nostris libris tam so-
 lidè confutata esse arbitror, ut superuacaneum certè
 iudicem, illi uel paucis respondere, uel plura his adij-
 cere. Enimuerò earum phantasiam à dæmone uitia-
 tam esse, ut neminem nisi opinione læserint, satis su-
 perq; demonstratum est. quemadmodum etiam mani-
 festè ostendi, dæmonem, uti spiritum, ossib. & carne,
 quæ in actû uenereû requirûtur, carentè, cum femina
 congrèdi neutiquâ posse. Quod tamen Pictorius hic
 negat, & se Augustini & Conciliatoris sententiæ præ-
 ferre ait cuiusdam Marci testimonium, qui insignis sa-
 tanae cultor, in Chersoneso uitam egit solitaria, Mi-
 chaeli Psello familiaris: atque dæmones genitalia ha-
 bere, & fœcûdos esse semine, docuerit: quod hi salu-
 ces istis deformosissimis pecoribus (sic Lamias appel-
 lat) generâdi studio in locellos infundunt, & proles
 excitant, sed nostris dissimiles, & nanos semè simias
 referentes. Vnde hæc Marcus nouisse potuit, nisi
 quod, dum familiariter dæmonum cõsortio uteretur,
 in ea forma ab ipso descripta, oculos illius deluserint,
 & præstigijs umbram pro re obiecerint, aut eius phan-
 tasiam, ut & Lamiarum, huiusmodi suggestione uitia-
 rint. Debit adhæc, ut philosophus, considerasse, om-
 ne semen generare suum simile. Quorsum ergo nani
 ex dæmonum, qui spiritus sunt; semine gignentur? &
 quæ eorum similitudo? & in quibus conueniunt? in
 quantitate ne, aut in substantia? simias ne itidem re-
 ferunt in generando dæmones, qui formam norunt
 mentiri quamcunq; etiam angelorum lucis? Si pro-
 treandi his potentiam tribuere uoles, malos gignent
 genios uel spiritus. analogiam etenim rerum hic sta-
 tuere oportet. Accedet quoq; immortalitas, qua ra-
 tione à creationis primordijs in tã numerosam excre-
 uerint sobolem ad hoc usque seculum, ut nihil i rater

has larvas nostris sedulo obuersari oculis, nec usquã hominem ab harum infinitis myriadibus securũ fore, non inirum sit. Huic sententiã qui contraire uolet, rationes adducat, quibus, ut nugis his, imò apertissimis mendacijs credam, compellat. Demiror sanè, doctum uirum hic sibi illud, sensusq; perstringi sineres. Aliam insuper punitionis occasionẽ nimis friuolam adiungit, quòd harum Erynnarũ numerus in tam immensum excresceret pelagus, ut ab earum incantationibus tutus degere queat nemo, si non comburentur. Imò nusquã securius ab ijs uiuitur, quàm ubi hæc uictima locum habet nullum, nec ea igni mandantur: nimirum ubi diaboli dolus, artes & prestigiã, quibus nocte diuq; in suam illicere nassam homines incredulos uel modicæ fidei satagit, innotuere: ubi in cunctis afflictionibus Deus omnipotès, iustus & misericors cognoscitur, imploraturq;: ubi ad Christum, unicum diaboli supplantatorẽ, eiusq; regni strenuam euerforem cõtagitur: ubi ordinata à Deo media non negliguntur: ubi quod folius diuinæ maiestatis est, satanæ aut maleuolæ anui non attribuitur.

Ad Ludouici Mýcilli censuram de Lamiarum pœnis, uti quoq; ad Iacobi domini in Luchtanburch iudicium, quemadmodum & illi qui legem allegauit, & Mosem cap. 22. Exodi produxit, abundè toto hoc libro responsum esse existimaui, ut frequentiori repetitione minimè opus sit.

Veneficarum, &c.

708. 22. Nec afflictionẽ afflicto addere debemus: I. uanis. D. ad l. Rhod. de iact. Atq; hæc sanè naturalis est ratio, cur neq; furiosi, neq; phrenetici puniendi sint ex aliquo delicto, quod satis suo furore torqueantur, & sua calamitate puniantur. I. diuus. D. de off. præf. l. pœna. 6. sanè. D. ad l. Pomp: de parric: Itaque fati ut illos, sic & nostros, infelicitas excusari
Animæ

Animo enim ac rationis ui destituti sunt, nec ullum habent aut mentis aut uoluntatis consensum, ut satis est ac super dictum. l. 2. C. de contrah. empr. Atqui neq; delictum sine consensu potest committi, ac proposito. l. 1. ff. si quadrupes paup. fec. dic. neq; iniuria inferri sine animo iniuriandi. l. illud. §. sanè. D. de iniur. Ergo nullo modo ex delicto uel Canones eos irregularitate puniunt. Clem. un. de homicid. neque leges suis pœnis. l. infans. ff. ad l. Corn. de sicar. nullo modo ob parricidium commissum culeo insuuntur. d. l. pœna. §. fin. nullo modo inferunt iniuriam, sed eam patiuntur. d. §. sanè. nullo modo tenentur Aquilia, ob damnum datum. l. sed etsi quemcunq;. §. igitur iniuriam. ff. ad l. Aquil. nullo modo eorum factis leges uel præmium uel pœnam proponunt: sed pro talibus habent, ac si fortuita sint, in quibus nullius spectari possit hominis uel deliberatio, uel actio, uel conscientia. l. fin. in fin. ff. de administ. tut. At & nostros, quibus de agimus, animo (sine quo delinqui, usucapi, possideri nequit) item mente, uoluntate, ratione, consensu, deliberatione, βελία, consilio carere, iam ad nauseam ostendimus. Quid igitur grauius delinquunt, quàm furiosi, quàm phrenetici, quàm dormientes, qui illis æquiparantur? c. maiores. §. fin. extr. de baptis. Neq; profectò absimiles sunt nostrarum muliercularum actiones; seu potius passiones, illis dormientium, quas Bartol. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. recenset, & Cardinal. Zabar. in d. Clem. un. de ijs qui de nocte surgentes homicidia commiserunt. Et tamen ille legum Coryphæus, talia commissa rectè excusat, tanquam ea hominis peracta operatione, quæ sensu, quæ uoluntate careat. Dd. l. pœna. ff. ad l. Pomp. de parr. non secus atq; à furiosis ac inspidis patrata. l. fluminum. §. uitium. ff. de dam. infect. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. Cur ergo nostræ, quarum similis est ratio;

est ratio, magis peccent illis? qui dicuntur non peccare, Gl. in c. testamentum. 6. dist. Quid magis illarum urgetur confessio, quam furiosorum, quibus calamitate non pares, sed superiores sunt? cum tamen illorum confessio nulla sit, uti probauimus ex l. in uogocijs. D. de reg. iur. l. 2. §. furiosus. D. de iur. codicil. c. fin. extr. de succ. ab intest.

**AUTHORES IN HOC
opere citati.**

A

Alchindus Arabs.	Pet. Argelas.
Aelius Spartianus.	Aristoteles.
Augerius Ferrerius.	Augustinus.
Ambrosius.	Apuleius.
Alciatus.	Anastasius.
Albertus de Rosat.	Alexander ab Alex.
Actius.	Athenagoras.
Alexander Trallianus.	Aristophanes.
Henr. Cornel. Agrippa.	Georg. Agricola.
Aias.	Andreas Theuet. Añgou- lesine hist.
Alexand. Benedict.	Athenæus.
Antonius Beniuenius.	Apollonius Molon.
Almansor.	Apion Grammaticus.
Augustinus Steuchus Fü- gubinus episc. Kysmi.	Albertus Teutonicus.
Aelianus.	Arnoldus de Villanouâ.
Auerrhoes.	Anselinus Parmensis.
Aloysius Cadamustus.	Abdias Bab. episcop.
Athanasius.	B
	Boetius.

Bb

Baldus

Baldus.	David Kimbi.
Bonaventura.	Duris.
Brino Carp.	Decretalia.
Bass. Zandus.	Dioscorides.
Berosus.	Damon.
Basilius.	Diodorus.
Bonifacius de Vital.	Democrit. Abderites.
C	E
Hier. Cardanus.	Eusebius Caesariensis.
Columella.	Eustathius.
Caesar Constantinus.	Empedocles.
Costaben Luca Hebr.	Eurycles.
M. Cato.	Eusebius.
Carolus Bouillus.	F
Chrysostomus.	Ioan. Fernellius.
Iul. Caesar Scaligerius.	Franc. Miranda.
Cicero.	G
Cicehus Asculus Florenti.	Gordonius.
Cyprianus.	Gaudentius Merula.
Coelius.	Gotfridus Reinerius.
Cassianus.	Galenus.
Celsus.	Gellius.
Cassiodorus.	Gregorius.
Clemens.	Guillelmus Melmes hist.
Celius Ludouicus.	Gregor. Nazianzenus.
Caprio.	Guillelm ⁹ Brabatin ⁹ hist.
Casp. Peucerus.	Gotfridus Antisiod.
D	H
Dionysius.	Hilarius.

Hippo-

- | | |
|-------------------------|----------------------|
| Hippocrates. | Iosephus. |
| Herodotus. | Iul. Caesar. |
| Horatius. | Ioan. Franc. Picus. |
| Homerus. | Iustinus. |
| Hector Boethius hist. | L |
| Henricus Instit. | Lucanus. |
| Helinandus. | Liuius. |
| Hieronimus. | Ludouicus Rom. Patri |
| Heliodorus. | hist. |
| Hermes. | Lucianus. |
| I | Lactantius. |
| Irenæus. | Laertius. |
| Igmarus Remensis archie | Lysimachus. |
| piscop. | M |
| Ioannes Franc. Panzini- | C. Manilius. |
| bis Placentinus. | Marsil. Ficinus. |
| Ioan. And. | Martinus de Arles. |
| Io. Guinterius Ander: | Menander. |
| Isidorus. | Maximus Tyrius. |
| Ioan. Grammaticus. | Memphodorus. |
| Ioan Baptista Porta. | Matthæus Curtius. |
| Iulianus apostata. | Matthiolus. |
| Ioan. Reuchlinus. | Mich. Psellus. |
| Iason Pratenfis. | N |
| Iacobus Sprenger. | Naclerus. |
| Isogonus. | O |
| Iauchalis. | Octavianus. |
| Ioan. Langius. | Olaus Magnus. |
| Iamblichus. | Ouidius. |
| | Bb 2 Origenes. |

Origines.

R

P

Petrus Præmonstratensis.

Philostratus.

Pamphilus.

Petrus Lombardus.

Petrus Bellonius.

Petrus Pomponatius.

Propertius.

Priscianus Phi.

Pontanius.

Paulus Venetus.

Philarchus.

Paul. Grillandus.

Plato.

Porphyrius.

Proclus.

Plotinus.

Pherecydes.

Pausanias.

Pythagoras.

Possidonius.

Plutarchus.

Philo.

Plinius.

Platina.

Petrus Aponens.

Picatrix Hispanus.

Rabi Moses.

Rhases.

Raymundus.

Ruffinus.

Robertus Anglicus.

Rogerius Bachon.

S

Saxo Grammaticus.

Q. Sercnus.

Seneca.

Speculator.

Suetonius.

Synesius.

Solinus.

Sabellicus.

Suidas.

Sigebertus.

Strabo.

T

Al. Trallianus.

Ioan. Tritemius.

Tibullus.

Theophrastus.

Theodorus Byzant.

Theocritus.

Mercur. Trismegistus.

Tertullianus.

Tatianus

Tatianus.
 Thomas Aquin.
 Tacitus.

V

Vegetius.
 Vlpianus.
 Vtricus Molitor.
 Varignana.

Virgilius.
 Vincentius.
 Varro.
 Valerius Max.

Z

Zonaras hist.
 Zoroaster.
 Zozimus.

Bb 8

ERRATA OPERARVM INCVRIA
commissa sic emendabis.

Pag. 48. uers. 16. admini-
 stris ad ea Ibid. in
 marg. seipsum. 55.
 12. credulitatem 60.
 17. respondit 62. 28.
 fortè, Athanasius, pro
 Anastasius: & ult. pro
 mulgaret: 67. 23. ille-
 ctos. 69. 2. procliue
 72. 28. fortè mollio-
 rem, pro meliorem 74.
 16. Hermotimi 90.
 27. sunt 119. 20. adi-
 gendi 130. 17. apud
 Assyrios 133. 5. Israe-
 liticè 136. 14. exu-
 lanti. 138. 2. ordina-
 uit 151. 13. portento-
 sas 164. 29. lycæo
 174. 20. enim 175. 17.
 Endor 182. 11. mor-
 dum 189. 1. instituti
 210. 26. palleat 213. 1.
 monuerit 222. in marg.
 uerba inutilia 224. 7.
 paredris 230. ult. or-
 gana 253. 18. non læ-
 sisse 157. ult. suppli-
 cium 269. 17. quan-
 docunq; 271. 22. con-
 fessæ sint (quemad.
 288. 6. Redijt tandem

295. 29. hymene 300.
 25. elemèta, & uet. test.
 libri numerantur) 320.
 28. Tyranni, & penult.
 Tyrannum 322. 11.
 itaq; 339. 9. unaquæ-
 que 343. 12. est utina
 348 13. conspecta 349.
 21 cladem 367. 18. na-
 turæ 374. 1. recre-
 menticum ue & 6. to-
 lerare 376. ult. fue-
 runt 377. 10. in illo-
 rum 385. 22. fugere
 387. 12. singulare 394.
 7. egrota 400. 9. no-
 tata mulier, 408. ult
 eachinno 441. 7. se-
 calis 456. 6. Lustra-
 nus 457. 25. ruffo 472.
 penult. cōcinere 491.
 10. eius 493. 25. cura-
 tionem 506. 15. ca-
 dere 516. in marg.
 dele punctum post no-
 tat. 522. 12. dele, post
 ducatis: itè post noticiã
 530. 1. suggerente 539.
 29. exposuit, miraculo.
 540. 12. credulitate
 548. 11. diffidentè 554.
 3. oliuam à 554. 19.
 scilicet

I N D E X.

scilicet & 20. ramo-
fiore 555. 6. gestatur
568. 1. quorundam 579.
20. fuerit instructus.
585. 18. dele re,
587. 24. ut nos 598.
15. iniusto 603. 3. si-
mulachrorū 605. 8.
Angelica 611. 2. The-
seum: 655. 12. impe-

titi 657. 26. libero &
ult. redituri 660. 1.
somnia & 19.
tolerantes? 670. 17.
prorsus 677. 16. & co-
gitatione 678. 5. in-
quisitorem & 23. pra-
sumis? & ult. saltatri-
ces 713. 28. quas mul-
tum.

R E R V M E T V E R B O R V M I N

libris I. Vueri de Præstigijs memorabilium

I N D E X.

A Aronis liber 134
Abacuci prophe-
tę uera per aerē
trāslatio 247-249
Abaddon 95-98
Abbarus magus 130
abbates tres amatorio po-
culo necari 363
Abdiæ Babylonij locus
535
Abelis cædes 37
Abelis liber 134
Aben Ezra 119
Aberdonia 589
Abirion 42
abnegationis ueræ exem-
plum 596
abominatio desolationis
96
Abracadabra uox magica
547

Abrahæ liber 134
Abrahamus Ninæ con-
temporaneus 130
abyssi angelus 96 98
Accaronitæ 40
in Accusatione ob male-
fium, singularis quo-
rundam principū pru-
dentia 665
accusator sanctorum fra-
trum 96
achemenis herba 151
Actorum Apostol. locus
122
acus deglutita cum lotio
reddita 433-434
acus deglutitæ noxa 376.
inde
Adæ angelus 140
Adæ liber 134
adamantus herba 151
Bb 4 Adol-

I N D E X.

Adolphus Comes à Nas- sau	668	Aethiopum dij	42
Adonis idolum	42	Aecij superstitio	547
adorationem à Christo petit diabolus	65	afflictio qualiscunque pa- tienter ferenda	583. 584
Adramelech idolum	40	cun. Afflictis uariè, uariè etiam agendum	593
D. Adrianus Marius	618	Aganice Hegetoris F. cur lunam cœlo deducere credita	210
aduersarius noster diabo- lus	95	aglaophotis herba	150
adulterij delusorij exem- plum	327	Agnan dæmon	105
Aegeria nympha Numæ consultrix	103	agrorum lustratio impia	607
Aegyptij natura supersti- tiosi	132	agrum à Lamijs excanta- ri aut lædi non posse	270. inde
Aegyptiorum dij	42	Arix rabini de Samuelis apparitione sententia	171
Aegyptiorum mos	489	albæ mulieres, dæmonum ludibria	104
Aegyptiorum sacrorum numerus	45	albandar	457
Aegyptus errorum ma- ter	550	albathara. ibid.	(292
Aegypti spiritus	95	albedilon, Auicénæ quid	
Aenæ necromantia	175	Albertus Teutonicus	136
Aenobarborum cogno- men unde	157	Alberti annuli	516
Aegyptidarum familia	47	Alberti scholiastæ error	323
aeræ potestates	107	Albucas chirurgus A- rabs	304
aeris potestatem se habe- re iactitantes, impij	201	alcaibum	292
asrem turbari à lamijs nõ posse	268. inde	Alchindus magus	130
aerem turbari diuinitus	279. 280	Arabs	530
æthiopsis herba	517	Alciati sententia, de La- miarum	

I N D E X.

marum innocētia	678	amor an arte magica con-	
ἀλκυον, Nereus	43	cilietur	363
Alcoranus Franciscano-		amoris conciliandi mo-	
rum	86	dus magicus	519
alcratum Auicennæ quid		amoris conciliandi uera	
Aldenhouia	568(292)	philtera quæ	365
alex inuētor dæmon	107	amoris uis ac preciū	317
Alexandri Benedicti lo-		amoris uis in pingendis	
cus	433	imaginibus	233
de Alexandro M. uaticini		amori dissoluendo magi-	
60. & prodigia.		cum remedium	516
ibid.		Amorrhœorū simulacra,	
Alex Trallianus etiā ma-		nymphæ sanctæ	42
gicis curationib. usus		Amphioraus Bæotorum	
546		deus.	ibid.
alissum	554	Amphion magus	131
ἀλυσίππος dæmon	99	amuleta phytica	550.551
Almadelars	149	anachitides	555
Almadal magus	130	anagallidis uis	551
alratica	304	Anamelech idolum	40
Alrunæ à Faunis cōpres-		Anastasi locus	62
se	316	Andreas Masius	118
amatoria pharmaca quæ		Andreas Theuet	105
359		And. Vesalij locus	297
amatorium poculum	357	angelus abyssi	96.98
amatoria pocula citius fu-		angelus crudelis	96
rorem inducere, quàm		angelus Domini.	ibid.
amorem cōciliare	361.	angelus lucis	585
& mortem	362.	angelus uel nuncius sata	
amatoriæ incantationes		næ.	96
uanissimæ	363	angeli quid, & quādo cre-	
Americorum dæmon	105	ati	32
amor amore concilian-		angeli, qui & Heroes	309
dus, non philteris	364.	anima nostra finita	254.
365.366.		255	
		B b	5
		animas,	

I N D E X.

Appionis Grāmatici ma-	tus	137
gia	136. 175. 176	argentum uiuū ab uxore
aproxis herba	151	marito datum
L. Apuleius magus	131 ne	argentū uiuū humidum,
chromanticus	620	& tenuium partiū
Apuleij aſini nugæ	211.	argenti uiui ad ligatos u-
449 de Deo Socratis		ſus
liber	103	ariolorum pœna
Apuleij locus	155. 184	616. 617
Apulcorus magus	130	de Ariolis quid leges &
aquę cribro hauſta	156	decreta ſtatuāt
aquę baptiſmatis ad ma-		620. indo
gica ab uſus	144	Ariſtæi anima ex ore euo-
aquę exorcifatio	559	lare uiſa
aqua luſtralis dēmoni in-		74
uiſa	650	Ariſtodemi in patriam a-
aquę luſtralis confecra-		mor
tio	559. uſus	48 interitus cum
493		filia.
aquę in ſanguinem mu-		ibid.
tatæ miraculum Moſis		ariſtologiæ radix
quale	161	554
aquam ſacratā ſe formi-		Ariſtot. locus
dare ſimulat diabo-		307.
lus	70. 486	Ariſtoteli dæmones eſſe
Arabum dij	42	nullos in rerū natura
Arcadum in lupos muta-		armatura Dei
tio	450. 452	482 (32
Arcadum ſacrificium	164	Arnoldus de uilla noua
arena per aluum mulieris		136
reddita	394	ars Almadel, Artephij,
Areopagitarum ſentētia		Bulaphiæ, Notoria,
in ueneticam	689	Paulina, Reuelationū,
Areſcuſa in Areſcontem		magicæ omnes
uerſa	455	149
Arfaxatis magi interi-		arſenicū uino iniectū
		351
		in iure exhibitū
		353. indo
		Arſinoes crocodilorum
		oraculum
		66
		artemiſia rubra
		532
		artemiſiæ ſuperſtitioſus
		uſus
		557
		Artephius magus
		131. 136
		ſiuſdē incantationū ri-
		tas

I N D E X.

tus	156	auguria obseruare	120
Arcepij ars	149	augurijs fides quo' nam à	
arteria aspera	373	diabolo paretur	60
Asina idolum	41	Augusti Cæsaris oculi	
iq Asinum mutati iuue-		347	
nis figmentum	241	Augustini de diabolo sen-	
Asinodæus	94	tentia	33
asphaltus usus	553	Augustini locus. 57. 58. 59.	
aspis pro diabolo	97	90. 324. 537. de dzmo-	
aspis surda	121	nis imposturis & tēra	
assessores dzmones qui		tionibus, &c. 566. de	
99		uero Samuele à soga	
Assur, diaboli typus	98	non euocato sententia	
Assueri regis lex	15	171. 173	
de Assyriorū monarchia		Augustini Steuchi de fi-	
diaboli prædictiones		lij Dei sententia	308
61		Auicennæ locus	296
Astarothidolū 41. etiam		auis pro diabolo	98
urbis nomen. ibid. 63.		Aureliana necromantia	
535		321	
Astarte idolum 42. Syro-		Aurelianēsis spiritus, pro	
rum dea	42	uerb.	575
Athanasij locus	52. 515.	Aurelianensium mona-	
Athenagoræ de dzmo-		chorum exorcistarum	
nis tentatione senten-		historia 571. 572. 573.	
tia	91	inde	
Athenarū dea Pallas	43	Aureliani in Zenobiam	
Athenodori philosophi		clementia	683
obfirmatus contra de-		Ausonij error	456. 458
monis terriculamenta		authoris libellus supplex	
animus	77	27	
ἀσπίδα	304.	ἀσπίδα	179
Auerrois locus	323	B	
Augerius Fenerius	547	B Asl idolum	40
augurari	120	B Baalberith	42
		baalim	

I N D E X.

baalim	41	benedictæ radix	554
baares radix	561	benedictionis formula	
Babylonica meretrix	96	uulgo in maleficij cura	
Babylonis rex diaboli ty		ratione usurpata	384
pus	98	Benedictus Berna	336
bachar herba	554	Benedictus VIII. Pont.	
Bacchus Aethiopū deus		equo nigro post mor-	
42 & Arabum. ibid.		tem uehi uisus	84. 85
D. Balduini Ronsei me-		Benedictus IX. Pont. Ro-	
dici epistola	724	man. magus	490
Balis herba	176	Male	
balsami consecratio	559.	dictus postea dictus.	
560		ibid. à diabolo iugu-	
baptismi abusus	53	latus	85
baptismi sanctificatio ac		Beniuenij superstitio	547
uis	217	Berich idolum	63
Bartholomæus Pauç.	390	Bernatium monachorum	
<i>Βαρνάβης</i>	127	tragœdia uenefica	290
basiliscus pro diabolo	97	bestia habens septem ca-	
Balsianus Landus	351	pita	96
<i>Βάλσιανος</i>	167	bestiarum maleficij cu-	
Beclerbecus	287	randi modus uulgaris	
Beelphegor idolum	40	ineptus	604. 605
Beelzebub 40 Accaroni-		bestiola ex militis dor-	
tarum idolum dæmo-		mientis ore egredi,	
niorum princeps. ibid.		rursūq; ingredi uisa	73
Behemoth	93. 94	Biecht	568
Bel, Babyloniorum deus,		blasphemia, frequens au-	
quid	40	lis uitium, Cliuensi Du-	
bella donna herba, faba		ci exosa	15
inuersa	286	Boccatij fabella de Lom-	
Bellona dea 44 eius sacra		bardo quodam nobi-	
49		li	250
Bellonij obseruationes		Boetij carmen	446
289		Bœotorū deus Amphia-	
		raus	43
		Bononienses	

I N D E X.

Bononiēses quā pœnala mias afficere soliti	681	Caini fratricidium	37
Bontenbroucharx	390	Calchantis uaticinia	47
Bothnici	153	calculustussi eiectus	428
boum pestis	478	calculi ex thorare & in- testinis expulsi	428
breuiola cōtra febres	516	calculi mulierū setarum instar	428
Brigitæ sacræ uirgines dæmoniacæ	401	Caldenbroearx	69
Brisiacum opp.	213	Calechur Indiꝝ empōriū, eiusq; dæmon	105
M. Bruti contra diaboli spectrum magnanimi- tas	79	Caligula Imp. ab uxore philtro potionatus	362
bruti dæmones	102	callicia herba	151
Bruxæ	245	Callisthenes ueneficus	362
bryoniæ radix	554	campanarum baptismus	53-54
busonis in hydropo cu- rando uis	352	campanarū cōsecratio in ter grauamina Germa- niæ à Maximiliano Imp. numerata	54
busonis usti puluis uene- nosus	352	campanarū pulsu nō pro- figari dæmones	494
Bulaphizars	149	cāpanas nō baptizatas à diabolo auferri	53
Buscidūris puella à dæ- mona uexata	421	Canadæ dæmon	105
Bythiæ fascinoatrices	346	candelarum consecrata- rum superstitio	557
C		cādelarū purificatiōis se- sto consecratarū usus	494
Abala à magia infa- mi conspurcata	134	Candia uenefica	688
tacodæmon	94	canis nigri fellis & sangui- nis usus	554
tacodæmon Cassio Pæ- mēsi apparet	78	canis rabidi morsus cura tio	
itē Dio- nyso tyranno, & M. Bruto	79 (122)		
Cælij Rhodigini locus tæremoniꝝ, inania rerum simulacra	565		
Cæsonia uenefica	362		

I N D E X.

bio an diuis adscriben	rum autor 223 (358)
da 199	Casalis urbis ueneficiunt
canis rabidi morsum cur	casco tempestatem arceñ
ranti modus magicus	di superstitio 558
510	Cassiani locus 328
cannabinus puluis 290	castitatis laus 589
cantharidum uenenū 352	catalepsis exemplū 474
capillorum globi in uen-	cataractæ 452 (607)
triculo inuenti 396	M. Catonis idololatria
carceris & custodiæ di-	causa sublata tollitur affe-
scrimen 632	ctus. Canon. 397
Cardani contra Duffi hi-	celitudo quæ extollitur
storiæ sententia 260	aduersus cognitionem
de fure inuestigando	Dei 95
per incantationem, lo-	Censura doctorum quo-
cus 502. inde	rundam de hoc opere
Cardani locus 337	721. inde
cardui cnebisij usus 552	cento hymenis 297
Carlorum nomē per con-	de Cerasorum nucleis à
temptum obijci solit-	muliere pharmaco ex-
tum 16	pulis commētum 189
carmen 127	ceraunia lapis 558
carminum superstitio &	Cerdoniani hæretici 136
celebribus medicis u-	cerei paschalis usus 493
surpata 547	ceremonijs occidi pue-
car nibus uesci diebus à	ros non posse 218
pont. Rom. prohibitis	cerua Q. Sertorij numi-
quando liceat 221	ne afflata 103
car nificis mulier trium ui-	Cethim terra, Macedo-
rorum capita detrun-	nia 61
care ausa 355. inde	Chaldæi magi & male-
car nificis pertinacia 524	fici 621
Caroli Bouilli de Stega-	Chaldæorum religio phi-
nographia Tritemij	losophica 131. 132
sententia 145	Cham Noæ F. qui & Zo-
Carpocrates Gnostico-	roastres 129
	Chamæ

I N D E X.

Chami execratio	38	D. Christophorus Prô à	
Chamos idolum	41	bus Palatini cancella-	
Chanān	42	rius	667
Chanancæ mulieris fi-		Christus à diabolo in pin-	
des	487	na templi constitutus	
channes piscis an ex sei-		'248	
pſa concipiat	315	Christus ad quid missus	
characteres astronomici		51	
& magici	528.529	Christus quomodo clau-	
characterum nugæ	515.	ſis ianuis ad discipu-	
uanitas in imaginibus		los suos ingreſſus	254
magicis	528	Christus ſolus ex uirgine	
charadij uirtus	348	abſq; uiri ſemine na-	
Charoibes dæmoniorum		tus	315
sacerdotes	105	Chriſti miracula diabolo	
Charondes magus	130	impoſſibilia	115
chartula inanis collo ap-		Chriſti uomen dæmoni-	
penſa	543	bus horribile	603
Chafaph Hebræis quid		Chriſto nato ceſſarūt ora-	
118.119		cula	51
chatrab melâcholicæ ſpê		Chriſtum aggredi, aſſu-	
cies	453	mere & tentare auſus	
chirocineta herba	151	dæmon	426
chirurgorum inſcitiam		Chriſtum, & ad quid eſ-	
& errores temerè di-		ſet miſſus, prius nouiſ-	
uis imputari	192	ſe dæmones, quàm A-	
cholæræ morus	375	poſtolos	62.64
chriſtinatis uim, ſi qua eſt,		Chriſtum etiã perdere	
non poſſe externa exē		conatus diabolus	65
ptione tolli	217	Chriſtum quare tentarit	
Chryſoſtomi locus	224	diabolus	64 65
488.499 de anima-		Chriſtū tentare cur per-	
rum ſpectris ſententia		miſſam diabolo	113
157 de uerbi Dei abu-		<i>χρῆσις μαρτύρια</i>	178
ſu locus	314	chymia non leuis medici	
		æ pars	

I N D E X.

næ pars	194.198	cogitationes hominũ de	
Ciceronis locus	133	moni incognite	423
Cicchus Asculus	136	colicis do'orib. me den-	
Cicæ uenefica	206. 208.	tia	551
446. 688 Vlyfsem arte		Colimãnus Franciscanus	
sua retinere nequit	209		572
Circes incantameta	164	collationũ inter doctos	
Circenses ludi	538	fructus	11
circulatorũ prestigię	415	Comethonis immolatio	
Citretæ dæmones	327		47
claustrorũ apertio magi-		commixtionis diabolicæ	
ca	517	figmentum cõproban-	
clausura uteri	304	tes historias, animas	
clauus ferreus, sub illæsa		esse fabulosas	329
cute latens, cuidã uiuo		communes dij,	44
exectus	395	Conciliator	136
Clementis locus 59 de		concupitus cum dæmo-	
diabolorũ studijs sen-		ne imaginarius	638
tentia	88	eiusdem uanitas	295
Cleopatrz liber	442	concupitus impotentia	
Cluensis Ducjs de la-		quomodo efficiatur	
miarum potestate sen-		441. inde	
tentia 14. pietatis stu-		concupitus impotentiã	
diũ 15 temperantia	23	à dæmone etiam na-	
Cluiz principis laus		turali modo inuehi	
722			439
Cluensium ducum ue-		de Concupitus maleficio	
tustas	333	decretum	398
cnebisj cardui usus	552	in Concupitus maleficio	
κνέβισς dæmones 99.102		quid faciendum. ibid:	
cum Cœli imaginib. an		confessio debet continere	
ullæ uoces conueni-		re uerum & possibi-	
ant	512	le	677
cœlibatum cur è Rep. sua		confessio eorum qui se	
Plato exterminarit	314	in lupos esse mutatos	
		Cc	trédiz

I N D E X.

- crediderunt 647. inde
 confessio fallaciter à fa-
 ciliulo ebládita 664
 confessioni mente laxi
 ubi esse standum 635
 confessioni non soli stan-
 dum in criminalibus
 675 677
 in Confessione. celare
 crimina 222
 confessiones trium mu-
 liercularum de male-
 ficio suspectarum 633.
 inde.
 confidentiæ uis in mbr-
 borum curatione 539.
 548 549
 Conformitatum liber
 86
 contumelias bestiis &
 reb. inanimatis super-
 stitiosæ adhibitæ 605
 Connubialis lex 366
 Constantes dii 44
 Cõstantinus à Lyskerken
 Colonienf. cõsul. 409
 Consultius esse, decem
 nocentes dimittere,
 quàm infontem unum
 punire: præclara sen-
 tentia 663
 contrariorum esse medi-
 cinam 385
 Conybrica urbs 456
 coracelia herba 151
 coralli rubri uis 558
 corinthas herba 515
 Cornelia lex de sicarijs
 & ueneficis 686
 D. Cornelij caluaria 404
 Cornelij eleemosyna 591
 H. Cornelius Agrippa
 Vuieri præceptor 141
 falsò eidem inscribili
 brū 4 de Occulta phi-
 losophia. ibid. &
 343
 Cornuti cuiusdam à Pe-
 tro Brabantio dece-
 pti historia 182. 183
 Corona rosacea, specus
 Annebergæ 168
 corpus quid 255
 corpus non nisi per iu-
 sta spacia ferri, nec eo-
 dem tempore diuersis
 in locis existere posse
 253
 corpus unum duobus in
 locis non est 254
 sine Corpore an dæmon
 corpora ferat 249
 corpora per aerem ferre,
 & quomodo, & quâdo
 possit diabolus 247
 corpora quomodo trans-
 portet dæmon 249. &
 quâdo, & an lamiatũ 252
 corporũ penetratio 254
 coruini felis inuicem
 555

I N D E X.

555 uis.	442	crux Christi à S. Helena
coruus, diabolus	97	inuenta
Cosmas Slotena principi-		501
pis Iuliacensis chirurgus	197	crux cœlestiũ fortitudo
L. Coscitius ex femina in		Arabibus philosophis
marem mutatus	455	382
Castaben Luca de ligaturis	500	crucis sermo, potentia
Craca saga	264	Dei
create, solius Dei est	162	381
create nihil dæmonem		crucis signi abusus
posse	440	inde.
creaturam posse fieri aut		crucis signaculo frons
mutari ab alio quàm		muniri solita
creatore, qui credit, esse		382
impium	115	non Crucis signum, sed
credulitas, deceptionum		ipsam crucẽ timet dæ-
mater	226	mon
credulitatis cõstantis ef-		381
ficacia	541. 542. 548.	crucẽ calcare secretò
549		222
Creontis F. uictima	47	in Crystallo furem inue-
Cratæ de Diana	43	stigandi modus
cribro hausta aqua	156	502
in Criminalibus nõ stan-		cultri è latere puellæ ex-
dum soli confelsioni		ei historia
675. 677		410. eiusdẽ
criminales, dæmones		explicatio
107		413
de Cræso diuinationes		cultri in uentriculo in-
diaboli unde	61	uenti
crux ab Aegyptijs etiam		396
inter hieroglyphica		Cupidinis cũ psyche ue-
telata	382	neræ uelitatio
		330
		curationis eorũ qui ma-
		lesicio afficiuntur ra-
		tio
		481
		Curtio Ruse dæmon
		mulieris forma uisus
		76
		cuspis ferrea in thorace
		relicta, post biẽniũ iu-
		xta aluum excidit
		432
		custodiæ & carceris di-
		Ce 2 scri

I N D E X.

scrimen	632	dæmon militi apud iudi-
Cuus	552	cem patrociniatus 437
Cybele	43	dæmon monacho appa-
Cygnæa turris Cliuensis		ret 82.85
333		dæmmon mulieris forma
cigni nauiculam argen-		Curtio Rufo apparet
tea trahentis catena,		76
fabula.	ibid.	dæmō nullū simulacrū me
cynocephalia	554	tuit, qui Christū ipsum
de Cynoglossa pilulæ	423	etiā tentare, Paulū cola
Cynops magus 136 eius		phis cedere, Iobū affli
interitus	137. 602	gere, &c. est ausus 426
Cynopis magi cum Ioan		dæmonis congressus cum
ne euangelista confli-		muliere imaginarius
ctus	601	292
Cypriani liber magicus		dæmonis idolo infamis
134		domus Athenis 76
Cypriani locus	89. 90	dæmonis institutū præ-
Cyprij, terra Cethim	61	cipuum quale 645
Cyri nominatim Esaias		dæmonis ludibriis qui ma-
meninit.	ibid.	gis expositi 244
D		dæmonis pellēdi modus
<i>Δατυλιμαυτία</i>	178	futilis 531. inde. metho-
D Dæmogorgon ma-		dus certissima 577. 598
gus	130	dæmonis proprietas, &
dæmon. Dæmonium	94	hominis, diuersa 275
uide Diabolus		dæmoni corpora ingre-
dæmon cur benedictio-		di pro sua libidine, nō
nis formula à sagis re-		licitum 435
citata, cedat	386. 387	dæmoni licere se in ange-
dæmon idem incubus &		lum lucis transformā-
succubus an trāsferre		re, nedum animarū de
semen possit	322	functorum spectra ef-
dæmon in alus, <i>βλαβήρωτα</i>		ingere 168
118	94	dæmonē captiuū circū-
		ferentes,

I N D E X,

ferentes quã pœnam mereantur 616. 618	dæmones quomodo præ- sidere locis, tanquam dij tutelares, uolue- rint 39
dæmonē nihil posse con- dere 440. 455	dæmones quomodo pro- dijs haberi uoluerint 39 eorūq; nomina 40
dæmonem nulla radice extrahi 560	dæmones quomodo ter- renis reb. se allici aut fugari simulent 552
à Dæmone maleficio affe- ctorum exempla 367. 369. inde	dæmones rogati nomina sibi dant ridicula 106
dæmones an homines ue- here per aerē possint 248	dæmones tres uisi 81
dæmones bruti qui 102	dæmones unde res tā ad- mirādas, & uaticinari etiam possint 58. 59
dæmones cur se hominū corporib. inferere cupi- ant 88 quomodo lo- cus eis ad hoc detur. ibid. & 89	dæmonū bonorū & ma- lorum distinctio 108
dæmones familiares cui- usmodi 103	dæmonum cultus apud Aegyptios 132
dæmones ficticij & poe- tici 99	dæmonum differētia se- cū dū philosophos 108
dæmones hominib. fami- liares cuiusmodi 104	dæmonum distinctio se- cū dum Theologos & philos. 106. 107. inde
dæmones in rerum natu- ra nulli, Aristoteli & Peripateticis 31	dæmonum diuinationes unde 59
dæmones latronib. simi- les 537	dæmonum gradus no- uem 106
dæmones montani qua- les 102. 103	dæmonū illusionibus qui homines magis expo- siti 224
dæmones quomodo cu- rent morbos in male- ficio affectis 535. 536. 539	dæmonū insultū strepitu & maleolētia etiā ar- ceri 556

I N D E X.

- dæmonum lapsus etiam
philosophis assertus 33
- dæmonum ludibria ante
renatum Euangelium
crebriora 104
- contra Dæmonum ma-
chiniaméta consilium
saluberrium 488
- dæmonum maleficio pel-
lendo stultarum cere-
moniarum usus 494
- dæmonum malorum na-
tura qualis 109
- dæmonum miracula cu-
iusmodi 537
- dæmonum nomenclatu-
ris studia eorundē pro-
di 40
- dæmonum nomina ex ar-
titionis varietate 98.
inde.ex officijs 99
- dæmonum operatio, ho-
minis euerfio 71
- dæmonum origo 32
- dæmonum sanatio ficta,
& curâ Deo interdum
admittatur 539.544
- dæmonum præstigiæ 451
- de Dæmonū studijs, pa-
trum sententiæ 88
- dæmonum varia apud di-
uerfos distinctio 107
- dæmonibus quatenus in
magos potestas data
140
- dæmonas alicui impre-
cando immittere, ne-
mini licitum 435
- dæmones esse spiritus,
carnem igitur & ossa
non habere 723
- dæmones expauescere uc-
rè credentes 486
- dæmones metuere iustos
603
- dæmones non coire 311
- dæmones quib. materijs
arceri crediderit anti-
quitas 553
- de Dæmonibus, Platoni-
corum sententia 31
- dæmoniacę naturę uis 94
- dæmoniacę puellæ hi-
storia mirabilis 380
- dæmoniacarū actionum
exempla 76.inde.
- dæmoniacarū impreca-
tionum punitarum e-
xempla 436
- dæmoniacarū uirginum
Vuerteri oclularum
historia 398
- dæmoniacus apud Geda-
ranos maleficio affe-
ctus 369
- dæmoniaci curandi e-
xemplum infigne 596
- dæmoniaci, ferè omnes
melancholici 459
- dæmoniaci ficti stulta e-

I N D E X.

xorcisatio	466	Dauidi insidiatus diabo-	
dæmoniacy omnes male-		lus	39
ficio correpti	372	Decius Mundus	317
dæmoniacorum, qui à la-		decreta de magis & ario-	
mijs affligi credebantur, historia	389	lis	620.621. inde.
dæmoniacorum sympto-		Decretorum locus, de	
mata ratio	443.445	præstigijs magorum	
inde		164	
dæmoniacorum transla-		defensionis parandę mo-	
tionones	157	duş magicus	518
à Dæmoniacis sæpe falli		<i>ditius</i>	93
medicos etiam doctif-		Delphi opp. aliàs <i>núbas</i>	
simos	422	166	
dæmonium meridianum		Delphis Apollo cultus	
585		43	
dæmonij simulati reme-		Delphicum oraciu per	
diu opt. quale	472.473	Pythiæ pudeda edi lo-	
dæmonioru genus quod-		hicum	122
dam ieiunio tantum &		delusionis ueneræ dia-	
precaione eijci	589	boli historia	336
dæmoniorum sacerdotes		delusiones diaboli quo-	
uel uates	105	modo inuestigandę	345
dæmoniorum spiritus	96	Democritus magus	131
Dagon idolum	41	iusdem magię studium	
<i>id. id. id.</i>		ibid.	
Damasci dij	45	Democriti dictum	11
Damigeron magus	130	dentis mortui hominis	
Damæ à Ioue compres-		suffitus	555
sa	317	dentius dolori remediũ	
Danielis ieiunium	591	magicum	498
Danielis liber	134	ad Dentium dolorem in-	
Danielis locus	119	cantatio magica	511
Dardanus magus	130.131	Desuat	142
Darij somnia	60	Deumus dæmon, qualis	
		105	

I N D E X.

Deus cur nos tentet	584	dij maiorum gentium	43.
deus huius seculi	95		44
Deus unus ubiq; est	254	dij populorū, terrarum,	
Dei filij apud Mosen qui		terre, montium	45
308.309.310		dij prouinciarum	42
Dei nominis per incan-		deorum cōmenticiorum	
rationes abusus sacri-		numerus	47
legium	506. inde	deorum gentiliū series	
Dei nominum abusus in		43 cultus à diaboo	
curationibus morbo-		institutus.	ibid.
rum magicis	497	deorum libidines ab eo-	
Dei uoluntati in omni		rum sacerdotib. ex-	
tentatione acquiescen-		ceri solitæ	319.20
dum	582. 583. 584	deos ac dæmones nō coi-	
à Deo defectio, crimen		re	311
non lamij tantum, sed		diabolus	94 uide Dæmō
omnibus ferè homini-		diabolus an proijci ab a-	
bus nimis commune		lio in alterius corpus	
638		possit	434. inde
Dæm ab impio gloriam		diabolus cur Christum	
suam prædicari nolle		tentarit	64.55
386		diabolus, mille artifex	
Dæm ex homine non na-		spiritus	159
sci, & contra	313	diabolus monstrosa spe-	
dij alieni	45	cie uisus	80
dij consentes, selecti, cō-		diabolus non formidan-	
munes, geniales, in-		dus	582
digetes, præstites, pa-		diabolus qualis aduersa-	
trij, penates, tutelares		rius	486
44		diabolus quare & quo-	
dij Damasci	45	modo Euam decepe-	
dij filiorum Seir.	ibid.	rit, & mundum corru-	
dij gentium, dæmonia.		perit	34
ibid.		diabolus quid	36 unde
dij inferiores	44	33 quid in Nohæ so-	
		bole	

I N D E X.

bole fit machinatus	utatur	584
37.38	diaboli filij, qui peccant	638
diabolus quomodo &	diaboli futurorum prædi-	
qua substantiæ cõmo-	ctiones quatenus ue-	
ditate tam uaria ma-	riæ	172
chinetur	diaboli imbecillitas	581.
72	582	
diabolus quomodo rerũ	diaboli lingua uenenata	
futararum præscijs lu-	& fallax	90
dibria faciat	diaboli lingua eos loqui,	
101	quorũ corpora is sub-	
diabolus quomodo uati-	intrauit	381
cinetur	diaboli ludibrijs etiam pi-	
66 aut uaticini-	os infestari	53
nari uideatur	diaboli machinationum	
237	finis	110
diabolus simia Dei	diaboli mēbra & expres-	
247	se imaginationes	98
diaboli cibus	diaboli memoria, acumē	
92	ingenij, & rerum pru-	
contra Diaboli conatus	dentia unde	59.63
præseruans curatio o-	in Diaboli nomine nihil	
ptima, qualis	boni fieri	385
481.	diaboli nomina, ipsius	
482. inde	studiũ prodentia, qui	
diaboli cultus in cuius-	bus nuncupatur in sa-	
cunq; materiæ uel no-	cris literis	93.94.95.
minis idolis	indec	
52. etiam	in Diaboli permissa à	
in uero Dei templo	Deo potentia quid po-	
35	tiss. considerandum	
diaboli delusiones quo-	113	
modo inuestigandæ	diaboli potentia	65.66.
345	67. inde 71 uoluntate	
diaboli diuinationes ex	Cc	5
prophetis desumptæ	Dei	
60.61		
diaboli è cœlo casus		
32.		
33		
diaboli erga Deum odiũ		
immedicabile		
34. inde		
diaboli & angelorũ eius		
ministerio cur Deus		

I N D E X.

Dei limitata	583	diabolum etiá egisse exorcistam	571.576
diaboli præcipuum studium cuiusmodi	414.	diabolum etiam miracula edere	56
417		diabolum in omni opere humano zizania seminasse	58
diaboli præstigiæ	116	contra Diabolum M. Brutii magna nimitas	79
diaboli simulationes	70.	diabolum nihil posse, nisi à Deo permissum	110.
studia	57	111. inde. & 581. 582	
diaboli studia & opera multa breuiter cõprehensa	65. inde	diabolum nõ semper corpora per aerem ferre posse	250
diaboli tentationes	89.	diabolum per se maleficia operari, neq; lamiarum opera opus habere	371
90. 91. inde		diabolum prius Christũ nouisse, quàm Apostolos	62
diaboli uates	50	diaboli cur ueritatem interdũ confiteantur	63
diaboli uim neminẽ posse per dimidium paterno ster sustinere, D. Francisci dictum	587	diaboli quales spiritus	57
diaboli unus idemq; cultus etiam in longè distitis regionibus	52	Diana Cretæ dea	43
diabolo impossibilia quẽ 114. inde		Diana Ephesiorum dea.	ibid.
diabolo quare Deus multa promittat, constitutis limitibus	110. 111	Diasares Arabum deus	42
inde		Didij Iuliani catoptromãtia	178
diabolo quatenus liceat nerum dicere	174	die mar ryden	293
diabolo resistendum, nec locus ei dandus	585	diffidentiz uis	541
diabolo unde illudendi neruus accrescat	383	digitus	
diabolum cur homini ad uersarium constituerit Deus	92		

I N D E X.

digitus Dei 163. fa-	borum curatio 199.
thanz. ibid.	diuis temerè imputari
diluuiio mundus interiit	morbos quosdam 192:
37	201
Diomedes pro deo cul-	Dodanim Nox F. 38.
tus. Diomedea inf. 43.	Dodana, Epirus. ibid.
Diomedis aues. ibid.	Dodonæum oraculum
451. 452	38. 66
Diomedis socij quomo-	dolus quid 703
do in aues conuersi	Dominicæ diei ieiunium
451	220
Dionysiaci dæmones 99	Dominicani inquisitores
Dionysius Syracusanus	hæreticæ prauitatis
dæmonis spectro terri-	262
tus 78	L. Domitio barba quo-
S. Dionysij de Apollo-	modo mutata 157
phane iudicium 146	domus dæmonis idolo in-
Diophanes diuinus 184	famis quomodo pur-
diuinandi ars apud Tur-	gata Athenis 77
cos profiteri solita 183	Doneualdus 258
diuinare 120	dormientes testes exacti
diuination ex mactatorum	287
hominum uisceribus	Dorpij mercatores 354
50	draco pro diabolo 97.
diuinationis spiritus 96	draco magnus. ibid.
diuinationes dæmonum	Druides Gallorum 48.
unde 58. 59	earum religio 133
diuinationes magicæ 177	Duffi regis historia 256.
diuinationum imposturæ	inde
185	Durvveifs pagus 268
diuinus 123 diuini	Dusij dæmones 324
183	Dypsas uenefica 688
diuini quam pœnam me-	E
reantur 616. 617	E Bandus Henrici Re-
diuis non ascribenda mor-	mensis archie-
	pisco pi

I N D E X.

piscopi cubicularius	73	diabolo cieri	69
Æboracensis liber magi-		empusa	98
cus	134	enectis lapis	555
ebrios intrepidius peri-		Enchadarum ludus	49
culis sese obijcere	288	<i>ἰγγαστήριμοι. ἰγγαστήρι</i>	
Ecelesiæ minister in male-		121.122.181	
ficij suspicione confu-		Engelbertus Holter chi-	
lendus: & qualis	577.	rurgus	440
578.579		Enochi liber	134
Eckerken	664	enthusiastæ	50
ecnephas	253	<i>ἐπιδαν</i> 120. 127 <i>ἐπαίδε.</i>	
<i>ἐπγατινοί</i>	243	ibid. <i>ἐπαίδε</i>	123
effascinare	127	Æphesiorū dea Diana	43
effigies astronomicæ quid		<i>ἐφιάλτης</i>	292
differant à magicis		ephialtici.	ibid.
528		epilepsia, morbus sacer	
effigies damnosæ	518.519	199	
effigiarum nugæ	515	epilepsia morb. nulla ra-	
Elath	42	tione diuinior ceteris	
elemosynarum uirtus		203	
591.592		epilepsia curandæ rhy-	
Elemēta magica Petri de		thmi magici	509
Abano	144	epilepsia curatio diuis	
elephas, diabolus cur in		non adscribenda	199
Iobo dictus	93	epilepsia remedium	551
elgadum	292	epilepsia uarias species	
Elicius Iupiter	43	uarijs diuis perperam	
Elsa Kamensis	404.406	adscribi	201
Elten pagus	664	Epirus, Dodona prius	38
Empedoclis de dæmonū		<i>ἐπιδε</i> 127 <i>ἐπιδος</i> 126	
lapsu sententia	33	Ephphata Christi uox	
Empedoclis magiæ stu-		656	
dium	131	<i>ἐπιπυ</i>	428
Empedusæ	99	equæ in Lusitania Fauo-	
<i>ἐμπροδύτων</i> interdum à		nio obuersæ an conci-	
		piant	

I N D E X.

piant	315	quomodo	514. 530
de Equo furto subtrahito,		Euangelij Ioannis super-	
Pythij cuiusdam sacri		stitiosus abusus	513.
fici falsa assertio	191.	inde	
inde		Euágelio renato sublata	
ad Equorum morbos in		lemurū præstigie	104
cantationes	500	Euchetarum sacra nefan-	
equestris ordinis quidam		da	223
dæmoniacus	425	Eucharis Rosenbader	
Erici & Rolleri historia		396	
ex Saxonia Grammat.		Eudemi annuli	516
264. inde		Eudoxus magus	130
ericius, diabolus	97	eugion	297
Erichtho uenefica	688	Eutycles Aristophanis	
Erichthone malefica	175	181 magus	122
Eriphia uenefica	688	ἐρυκλῆται	122
amore seductos non esse		exorcismi ficti historia in	
interficiendos	669	signis	571
de Errone seductis non		exorcismi in obsessis non	
interficiendis, patrum		adhibendi	595
sententiæ.	ibid.	exorcismi quando, quo-	
Esaie locus	32	modo, & à quibus ad-	
Esau à diabolo de fratris		hibendi	599
cæde sollicitatus	39	exorcismorum abusus	
Esguerra opp.	456	564 superstitio	558
Eluvveiler	568	exorcismis cur Christi	
Eua quare & quomodo à		nomen admixtum	566
diabolo decepta	34.	exorcista qualis esse de-	
inde	426	beat	599
Euam cur potius, quàm		exorcistæ	564
Adamum, aggressus sa-		exorcistæ prisca princi-	
than.	226	piò ab atra bile obses-	
euangelium, Dei poten-		sos euacuare soliti	
tia	580	578	
euangelij efficacia ubi, &		exorcistarum quorundã	
		historiã	

I N D E X.

at	485	stum uexilliferum	27
fidei Christianæ abnegatio	216. 217	gere	86
fidei scutum	599	D. Franciscum non factis nouisse pij hominis uires in toleranda dæmonis afflictione	
fide dæmonem exturbari	558	587	
filij Dei ad filias hominum ingressi, apud Mosens qui	308. 309. 310	in S. Francisco unde quinq; uulnerū Christi stigmata appareāt	88
Filumirus rex	316	Franciscanorum Alcornus	86
figurato nullā inesse uim ratione figuræ	525. 527	Franciscanorū cœtu nullum ordinem monasticum Christo esse uiciniorum	86
Finnorum superstitio	154	Fran. de Pergula	478
Florina dæmon	336	Fran. Mirandula	336
Folia uenefica	688	Friderici Electoris palatini prudentia	667.
folleti	99	Frigga Gothorum nomen	44
Forres oppid.	257	Frisimelicæ medico collis doloribus laboranti tophus deiectus	430
Fortalicium fidei liber	245	Froe, Vpsalensis deus	49
fortes uiros spectra non uidere	232	fruges excantati à la- mijis non posse	268.
S. Franciscus dæmonis quoq; præstigijs delusus	391	270	
S. Francisci in fugando dæmone modus	569	frugum sterilitas ob peccata nostra	47
S. Francisci sanctitas	87.	Fulgentij de Heroibus sententiæ	
locus in cœlis cuiusmodi	86. 87		
S. Francisci uita qualis historia	569		
S. Franciscum luciferi sedem occupare, & Christi			

I N D E X.

sententia	312	gallarum pestis	478
funerū apparatus in Gal- lia	571.572.	Gallorum superstitio	48
furis inuestigandi modus		uictrinae humanae	49
magicus	501.505	gariophylata	554
furis laedendi per incan- tationem modus	506	Gasparis Peuceri de di- uinationib. liber	177
furi quomodo oculus ex- cutiatur per incanta- tionem	506	γαστρομαυτάα 178 γασρι- μαυτάα γαστριμυθάα 181	
furiae, daemones	107	Gaudentius Merula	556
C. Furiij Cresini præclarū factum	270	Gehennon uallis	46
furoris uasa, daemones	107	Gellij locus	186
fututa praesagientes ui- randi, & cur	187	gelotophyllis	290
futurorum praedictio so- lius Dei opus	186	gemma stuporem indu- cens	288
G		Geneuae ueneficium ten- tatum	351
G Abirus Macedonū		gemmarum uires	555
G deus	42	Geniales dij	44
Gabriel Fallopius anato- micus	298.430	genij	ibid.
Gadarenorum porci	480	genij mali	99.107
è Gagate oleum	555	genij, daemones	110
Galacia	99	gentium minorum dij	44
Galeni dictum 10 super- stitio	547	Georgiana fodina	101
Galeno etiam derisq̃ in- cantationes	512	Georg. Agricola	101.354
Galgaradus medicus	578	Gerardus Faber Cadur- canus medicus	571
galguli auiculæ occulta uis	348	Gerardus Strailgen Mor- senis abbas	597
gallina uulpi erepta	111	Germa magus	130
		de S. Germano historia	255.256
		Gigantes unde	309. 310
		& qui	311
		Gilbertus magus in spe- culigatus	145
		Gisber-	

I N D E X.

Gisbertus Horstius me- dicus	352	Guilielmus Malmes 220
gladius spiritus	482	Guilielmus Meineri.
γυωγυς	123	Clatsij famulus dæmo- niacus 390 quomodo curatus 392
Gnostici	136	Guilielmus Montensis
Gnosticorum nefanda sa- crificia	223	Comes 668
Godhardus ab Hagen e- xorcista	570	Guineæ dæmon 105
γός 126. γουτύμ. γουτέα. 127. 128		D. Gundulæ reliquiæ 467
Gog magus	130	guteli dæmones opales 102
Gomorrhæ exitium	38	Guthrune uenefica 688
Gordonij superstitio	547	Gyge uenefica. ibid.
Gothorum dij	44	Gygis annulus 516
Græcorū idololatriæ 43		H
gradinis ex maleficio or- tæ sedatio superstitio- sa	605	H Abar quid Hebræis 120. 121
Gratidia uenefica	688	Hadrianus Turnebus 181
grauedo	292	hæreticus quis 630
Graua Vuieri patria	355	hæretici ex magis orti 135
gravidarū mulierū ima- ginationis uis	232	hæretici lippientibus si- miles 673 674
Gregorius v i i pont. Ro. magus	491	hæretici quid à lamijs di- stent 24
Gregorij de diabolo sen- tentia	111	hæreticorum cōciliabu- la dissipanda 673
Grigri dæmonium	105	de Hæreticis non inter- ficiendis, Patrum sen- tentix 669
Grugnæ Stryacis Carof- sæ libri	208	Hammonenses ciues dæ- moniaci 406
Guilielmus Brabantinus 453		Hammonis ora culum 38
Guilielmi Ducis Cliuiæ, &c. prudentia	665	

I N D E X.

Hans Vuatter fictè demo niacus	461	Helidrus Paduanus ma- dicus	352
hariolari	120	Helinandi locus	73
hariolus	123	Heliogabali diuinatio ex mactatorum homi- num uiscerib. 50 eius- dem	
Hartumim quid Hebræ- is	124	Heliotropius lapis	555
Hebræorum deliria qua- lia	123	Helisæi miraculum quale	114
Hebraicæ uoces rem magicam spectantes, quæ & quot	118	D. Henricus Barzius Olislegerus	17
Hecate Enodia 202 ue- nifica	687	D. Henricus Barzius Cli- uenfis Cancellarius	665
Hecates insidiæ	202	Henricus Institorius	13. 322.363
Hecatæ terriculamen- ta	98	Henricus Vvierus me- dicus	181. 409
Hectoris Boethij de Dusso rege historia 256 à Cardano refu- tata	250	Henricus Vvesius LL. Doctor	268
Hectoris Boethii, nar- ratio de succuba qua- dam	589	Hephæstium Mem- phis quale	489
S. Helena Constantini Imp. mater: eiusque in furis inuestigandi magico modo inuo- catio	501	Heptameron libri uam- tas	144
Helæ Thespitz ieiuniū	591	de Herbarum facultati- bus superstitio uetu- statis	176
Helæ Thespitz preces	587	herbarum in ferijs Di- ui Ioannis consecrata rum usus	494
Helidrus Foroliuiensis medicus	716	herbis an uis insit magi- ca	518

Hercules

I N D E X.

Hercules cōmunis deus cur dictus 313	Hieronymus Luchesi- mus 427
Herculis Boethij fabu- losa narratio 329.330. 332	Hieronymi liber magi- cus 134
per Herculem iuramen- tum 313	D. Hieronymi locus 104. 525.526
D. Hermanno Comes à Ninuuenar 668	D. Hilarij cum dæmoni- bus lucta 586
Hermanno Vuolfract- gen monacho te- stes quomodo exesti 440	Hipocus magus 130
Hermolina dæmon, a- mania sacerdotis 336	Hippocrates de epilepti- curatione dijs non ad- scribenda sententia 199.200
Hermes magus 130	Hippocratis de incanta- tionum uanitate locus 210
Hermetis libri magici 131	Hippocratis in sacerdo- tes magos sententia 490
Hermippus magus 130	Hippolytus de Marsilijs 523
Hermogenes magus 620	Hippomanes 357. unde dictum 359
Hermotiniij Clazome- nij anima relicto cor- pore errare solita 74	hippomanes furorem ci- tius inducere, quàm a- morem conciliate 361
Heroes 99. 312	hippophanas herba 151
Heroes unde dicti 309	ex Hirundinū pullis phil- trum 360
Hetruscorum fascinatri- ces 346	Hispani uirginitatis signa diligentius obseruare soliti 299
hieran luc puluis 289	historiæ uariæ cur huius operi insertæ 12
Hieremias Brachelius 285	Dd 2 Holles
Hierichuntis aqua quo- modo salubris ab Eli- zeo reddita 559	

I N D E X.

Holleri magi interitus	138	Hubertus Faber medicus	532
Homerica medicatio	546.547	ad D. Hubertum Arden-	
homo Dei hostis ex ino-		natem dæmoniaci du-	
bedientia factus	35	ci soliti	464
homini cur aduersarium		Huisberch castrum	662
constituerit Deus dia-		Hunnorum ortus	316
bolum	92	hyæna an sine mare pa-	
homines in bestias trans-		riat	315
formari nullius rei po-		hyæna frontis coriū	554
tentia posse	446	hyæna uteri philtrū	360
hominum in bestias trās-		hydrargyrum humidum,	
formatio phantastica,		& tenuium partium	
240		461	
hominum corporib. cur		<i>ὑδρομανθία</i>	179
se immergere cupiant		hydropis curatio ex buf-	
dæmones	88.89. &	fonis usti puluere	352
quomodo id conse-		quatur.	ibid.
homicida ab initio	95	hymen	296.297 mem-
homunculus ex mnadra-		brana aliàs crassior &	
goræ & alijs radicibus		ualidior, aliàs fragili-	
quo pacto effingatur		or	303
562		hymene omnes uirgines	
Honorij liber	134	dotatæ	295.298.302
Horatij locus	207-210	hypericon herba, fuga de	
Horunar dæmon	106	monis nuncupata	196
hospes in militē iniurius,		hypericonis uis	551
& diabolo se deuouēs,		<i>ὑπερίσις</i>	437
ab eodem abreptus		I	
438		Iacobi de rosa magi	
Houel pagi dæmoniaci		pæna	618
407		Iacobi liberi libellus	
Houioulsira dæmon	105	420	
		Iacobi locus	584
		Iacobus Milichius	420
		Iacobus Ruslus	335
		Iacob-	

I N D E X.

Jacobus Sprenger 13.322.	170	Igmarus Remensis	598
363		ignis cultus apud Persas	
Iada, & Iadua quid He-		unde	129
breis	123	igni dānatus quidam pro	
Iamblichus magus 130.		malefico, respicit ab	
eiisdem de dæmoni-		amentia meliore uictu	
bus sententia	108.	647	
160.328		Iidoni quid Hebræis	123
iaspidis uis	555	Iidonijm.	ibid.
ibis, diabolus	97	imaginatio formarū per	
Idanthresus Gotth. rex		sensum conceptarum	
316		thesaurus	233
Ide liberta Mundi	318.	imaginatio intensa sana-	
necata	319	tionis efficax	540
idola nationum	45	imaginationis uis ac ra-	
idolorum diuersa nomi-		tio	231.232
mina	40.41. inde	imaginatricis facultatis	
idololatria in populo Dei		corruptio in melan-	
45		cholicis cuiusmodi	
idololatria, Nohæ ætate		228.230	
38		imagines damnosæ	518
ieiuniū & oratio coniun-		imagines, earum rerum	
cta	221	nominibus, quarum	
ieiunij in operibus diabo-		imagines, appellari so-	
li uincendis energia		litæ	174
589		imaginum superstitio ua-	
ieiunij uirtus & encomiū		na	527
590		immundus spiritus	96
Iesus Christus in sacerdo-		ab Impio gloriam suam	
tum ordinem apud Iu-		prædicari Deum uol-	
dæos cooptatus	302	le	386
Iesu Christi nominis ad		impossibile, & ualde	
expellendos dæmo-		difficile, idem in	
nes uis	600.601	iure iudicium	695
Iesu Syrachii autoritas		Dd 3	impo-

I N D E X

impostor spiritus	96	di	149. 151. 152.
imprecandi mala, consue- tudo vulgaris	435	incantationum uerba ni- hil posse	269
imprecationis bonæ ma- iorem esse uim, quàm malæ, debere & cur	436	Incubus dæmon	293.
imprecationis malæ exē- plum horrendum	438	morbus	292
imprecatione neminē pos- se laedi	645	incubi dæmoniaci illusio	291
imprecatione parentis ni- hil periculosius filijs	436	incubi dæmonis uexatio periciunium & preca- tionem sublata	590
imprecationum damo- niacarum punitarum exempla.	ibid.	incubi & succubi dæmo- nis præstigię	322. 324.
incantamenta muliercu- larum fragmenta	646	incubi illusionem infesta- re quandoque probas etiã matronas	327
incantamentorum laby- rinthus	20	incubi imaginari passio, in somno	331
incantare	120	incubum dæmonem ap- probantes historiæ o- mnes fabulosæ	329
incantare. incantatio	127	incubū in somno patien- tes, quales eudant	659
incantationis uis 207. e- iusdem uanitas	208.	incubum passii sacrifici hi- storia	293
209		indusium necessitatis	548
incantationum Arrephij ritus	156	indigetes dij	44
incantationum opinio nō minima religiōis ueræ pestis 7. fecundissi- ma calamitatum mater	8	infantes à sepulchris ef- fodi à lamijs, uanum	218
incantationum uarij mo- di		inimicus	96
		iniquitatis uasa	167
		initium cuiusque rei spe- ctandum	791
			inf.

I N D E X.

Infidiatores, dæmones		Ioan. Franc. Ponziuibius	
107		I.C.	246
inuidus	96	Ioan. Langius medicus	
Ioannes ab Ettenflet		395.423	
396		Ioan. Legereti historia	
Ioannes Altenanus		259	
409		Ioan. Lithodius medi-	
Ioan. Baptistæ portæ		cus	328
Neapolitani Magia na-		Ioannes Maria Betthus	
turalis	283	medicus	352
Ioan. Brachzlij carmen		Ioannes Nider	494
30		Ioannis patris cōmenta.	
Ioan. Bom	648	& ficta ligatura	461.
Ioannes Echthius medi-		462	
cus	352.409.513.	Ioannes Reuchlinus	137
532		Ioannes Sertorius	569
Ioannes euangelista in		Ioannes Steidanus	572
Pathmon relegatus		Ioannes Sohetius Eduro	
601		medicus	444
Ioannis euāgelistæ in fu-		Ioannes Sturmius	572
gando dæmone con-		Ioannes Tritemius	
tra magum Cynopa		13	
miracula	601	Ioannes Tritemij Stega-	
Ioan. Euuichius medi-		nographia	145
cus 427 eius carmē	29	Ioannes Vernetus	572
Ioan. Fernelius medicus		Ioannes xx. & xxi pon-	
424		tifex Romanus magi	
Ioan. Fernelij de spectris		490	
in speculo exhibitis re-		Ioannes Vuindelius	
flimonium	152	563	
Ioan. Franciscus Picus		Iobus à dæmone affi-	
13		ctus	426
Ioan. Franc. Pici de Præ-		Iobus maleficio affectus	
notione libri	186	368	

I N D E X.

Iobi à diabolo tentati ex-	in Tyberim mersa ibid.
xemplū diligenter ex-	Israelitarum idola 46
pendēdum 582.583.585	Iſſim 312
Iobi patientia uelut ſpe-	iſchiadicos carmine ſa-
culum, mentis oculis	nandi modus 519
proponenda 607	Italorū blaſphemix 642
in Iobum ſæuire quate-	Italorū faſcinatrices 346
nus diabolo permis-	Iuba Maurorum deus 42
ſum 112	Iudas, diabolus Chriſto
Ionibus peſte laboranti-	diſtus 98
bis humana uiſtima li-	iudicis iniqui pœna 663
tandum reſpondet o-	Iudith puella à dæmone
raculum 47	uexata 421
Ioſeph Iſraelis F. an ma-	Iudith Vuieri uxor 543
giæ peritus fuerit 135	Iulianus apoſtata magus
Ioſepho inſidiatus diabo-	136
lus 39	Iuliani catoptromantia
Ioſephi locus reſutatus	178
560	Iulij ſimulacrū C. Caſſio
Ioſephus Niger 504	interſectori ſuo appa-
Ioſuæ aſſiſtere ad dextrā	ret 78
cur permiſſum diabo-	Iulius Scaliger 328 eiuf-
lo 113	dem locus 499 de ma-
Iouiales mallei 557	leſicijs ſententia 281
Iphigeniæ uiſtima 47	iumentū pro diabolo 97
pro Iphigenia maſtanda,	iumenta ſi quid præter
cerua ſuppoſita 451	naturam pati uidean-
iræ ſpiritus 96	tur, quid faciendū 607
iræ uafa, dæmones 107	iunioribus magis inſidia-
Iſgonus 346	ri diabolum 594
Iſis Aegyptiorum dea 42	Iuniperus Chriſti naua
Iſidis ſacerdotes lenones	569
318	Iuno 99 Sami culta 42
Iſidis ſacerdotes in cru-	Spartę culta 43
çem acti 319 & ſtatua	Iupiter 99 Aethiopibus
	cultus

I N D E X.

cultus 42 cœlo præfe-	Kafam quid Hebræis	118
ctus 43	Katarina Bilandia	474
Iupiter Elicius, ibid.	κατοπτρομαντεία	178
Iouis Hammonis oracu-	Kentorpiū cœnobiū	106
lum à Chamo dedu-	Kentorpij monialiū ue-	
ctum 38.66	xatio diabolica	403
Iupiter imbre aureo Da-	κισκλινομαντεία	180
naæ congressus 317	κίττοι	61
ob Iuramēta nefaria mu-	Kimhi rabini de Samue-	
lierà dēmonē abrepta,	lis apparitione senten-	
item hospes quidam	tia	171
438	κληρομαντεία	150
iurandi temerè consue-	κλιτωρις. κλιτωρίζω	457
tudo uitanda 437	Knechtēstein abbatia	54
Iurisconsultorū insigniū	κροκινεμαντεία	179
cenfura de lamijs 675	κωκυθραπία	454
Iustini de Iosephi magia	L	
locus 135	Abani dij	41
Iustus mendicus fictè dē-	Lacertæ in hominum	
moniacus 460	corporib. inuenta	430
iusti deprecatio efficax	lacertæ, philtum	359
587	lac ductile & filatum sic-	
iusti, ueri Dei cultores,	cum etiam absque in-	
diabolo esse formidini	cantatione quomodo	
603	fiat	407. 408
Iuuamen palatium 333	lactis tres substantiæ. ibi.	
Iuuenalis locus 357. 359	lactis uaccini restitutio	
Iuuenis parentib. immo-	per incantationē	608
rigeri, & ab iisdē exe-	Lactatij locus 55. 90. 91.	
crati, insigne exem-	92. 110. 311. 312	
plum 82. 84	lachus quid Hebræis	111
K	lami a delusa	114
K Arentinæ urbis ob-	lamiæ, diabolus	97
scœnum diaboli lu-	lamię opera usum dēmo-	
dibrium 56		
	D d 5	nem

I N D E X.

- nem in affligendis ho-
 minibus ea nusquam
 in toto Bibliorum o-
 pere reperiri 371
 lamix 21 quid à magis in
 famibus differât. ibid.
 inde. 22
 lamix de maleficio su-
 specte non statim in te-
 tros carceres abijcien-
 da 631
 lamix hereticis non annu-
 merandæ 630
 lamix mentis errore affe-
 ctæ, & nulli noxiæ, quo
 modo puniendæ 684
 lamix qua pœna apud
 Bononienfes affici so-
 litæ 681
 lamix quales esse plerun-
 que soleant 646
 lamix quomodo delusæ
 dæmonis opera putet
 esse sua 630
 lamix quomodo & qua-
 re à dæmonio demen-
 tentur, ut quæ non po-
 tuere, fecisse se fate-
 antur & credant 243
 lamix quomodo in aere
 concitando illudantur
 à dæmone 268
 lamiarum appellatio 125
 lamiarum confessionem
 esse phantasticam 239
 lamiarum dignoscenda-
 rum experimenta fal-
 lacissima 532. 633
 lamiarum doctor, corru-
 pta phantasia 342
 de Lamiarum innocentia
 Alciati sententia 678
 lamiarum phantasiâ quo-
 modo regia dæmon-
 246
 de Lamiarum potestate
 concepta opinio, fœ-
 cundissima calamita-
 tom mater 8
 lamiarum professio di-
 luitur 215. inde.
 lamiarum professionis mo-
 dus ineptus, nec co-
 hærens 212. inde.
 lamiarum stulta phanta-
 sia 263
 lamiarum uana de sua po-
 tentia persuasio 14. 21
 lamiarum unguenta 283
 lamias delusas à dæmone,
 sua opera illum usum
 falso credere 371. 372
 lamias esse amentes 645
 lamias in spiritu, nō cor-
 pore equitare 246
 lamias naturalibus inter-
 dum pharmacis delu-
 di à satana 282
 lamias nemini nocere
 posse 14
 lamias

I N D E X.

Iamias non esse domi si- mul, & alibi 255	Iarynx 373
Iamias non inuehere eos morbos, quorum se fa- rentur effectrices esse 256	Latij deus Mars 44
Iamias pœnitentes evita- re pœnas corporales 675	latinè respondet exorci- stæ dæmon 569
Iamias puniendi modus 24	T. Latinus 533
de Lamij anacephalæo- sis 690	Λατινομαχία 177
Iapillus, tussi reiectus 374	legio 95 (43)
Iapilli ex epate excisi 428	Læmni Vulcanus deus
Iapis angularis philoso- phicus, &c. 602	Lemures 44 99
Iapidum pluuia 253	Lemures quomodo pel- lant Theophrasti 91
Iapsus hominum in spi- ritualib. duab. de cau- sis facilior 715	racelsi affectæ 534
Iares 44. 99. Iares fami- liares 100	Lemurum choreæ 104
Iares familiares Viuero in paternis ædib. ob- seruati. ibid.	Lemurum præstigiæ re- nato Euangelio subla- tæ 104
Iarium familiare præ- significationes rerû fu- turarum 100. 101	Leo pro diabolo 97
Iaruæ 99	Lenocinij pœna 319
Iaruarum genus puerpe- ris & infantibus le- ctantibus potiss. infe- stum 104	leonē in mulieres minus quàm in uiros scire 683
Iaruarum uariæ formæ e- xempla 76	lepores an sine mare gi- gnant 315
	Leuensis et pagus 410
	Leui Gersonis F. Hebræ- us philosophus 119
	Leuiathan 94
	lex duodecim Tabularû de agro non excantâ- do 270
	leges Imperatorû contra magos & ariolos 620. 621. inde.
	liber Naxi deus 43
	libri huius argumentum theologi-

I N D E X.

theologicū, philosophi- cum, medicum & iuri- dicum	11.12	filiabus	38.39
libri huius argumētum, & suscepti operis occa- sio	19.20	Lothi uxor in salis petrā conuersa	114
libri magici palām exu- rendi	620	Lucani locus	207.208
Liua uenefica	362	Lucas euangelista, medi- cus	194.716
ligatos curantia	555	Luciani metamorphosis	448
ligaturæ physicæ	550	lucifer apud Esaiam quis	32
uariæ earum ratio	443. 445	Lucilla Lucretij uxor ue- nefica	361.362
ligaturarum usus magi- cus	513	Lucretius amatorio pocu- lo interemptus	361
lignum in uentriculo in- uentum	396	Lucretij locus	311.312
linguam cur non semper diabolus impediāt	521	L. Lucullus philtro neca- tus	362
lintheaminum peste infe- ctorum contagio	351	ludi inuentor dæmon	107
lipparis suffitus	555	Ludouicus Rom. patri- cius	105
lippitudinis oculorū cu- ratio magica	542	lunam cælo deduci car- minib. non posse	210. & unde hæc opinio na- ta.
Lissetta ficta dæmonis ob- sessio	469	ibid.	
locale loco suo conueni- re debet	253	lunaticus in Euangelio, maleficio affectus	370
locusta uenefica	688	lupi stercus in præsepi po- situm	480.609
locustæ pro diabolis	98	lupi stercoris & intestini usus	551
Loen pagus	568.569	lupi stercore aut cauda in præsepi positus iu- menta exagitari	367
lolij usu amentia & som- num induci	286		
loliorum seminator	96		
Loth ebrius incestus cum			

lupi

I N D E X.

M

lupi uirga, & è caudapi- lus, amatoria pharma- ca	359	M	Acaronicorum li- bri	208
lupi uirgæ uis	442	Macedones	Μακεδόνες, Ma- cedonia, terra Cethin	61
in Lupum conuersionis modus	651	Macedonum deus Gabi- rus		42
lupi Liuonici ex homini- bus conuerfi	241	Machassephin		119
luporum capita ianuis af- fixa	552	Magdalena famula Con- stantiæ à demone com- pressa		303-335
in Lupos conuerti homi- nes se putare, morbus	453	magarum fœderis cum dæmone uanitas		218
eorû qui in Lupos se mu- tatos crediderunt, confessio	647.	magia. magia infamis. ma- gicè. magica ars		127
inde		magia Aegyptiorum du- plex		126
lupina infania, & melan- cholia	454	magia Cabalistica		134
ante Luustralis aquæ con- secratione sagas ingre- di templum, die Domi- minico	223	magia Græcorû quorun- dam qualis		128
Lutheranismus ab exor- cista monacho inui- sus redditus	573	magia infamis quâdo cœ- perit		38
lutræ in hominum cor- poribus inuentæ	430	magia naturalis quid, & eius commendatio.		132
λυκάουθρωποι 241. λυκάου- θρωπία morbus	242.	magia uenefica		348
453-454		magiæ artes quædam		149
λυκάου morbus.	ibid.	magiæ infamis cultores		136. eorûq; interitus, ibid. inde
lycaonis fabula.	ibid.	magiæ præstigijs & Theo- logia & Medicina con- spurcata		134
lyncurius lispis	555	magiæ origo		128. pri- mâ

- mi eius cultores 129.
 inde
 magica organa etiam pef-
 fundanda 619
 magica res feptem uoci-
 bus apud Hebręos ex-
 preffa, & quibus 118.
 inde
 magicę diuinationes
 177
 magicę morborum cura-
 tionis fuperftitiofa &
 impię 509
 magicarum artium uani-
 tas 203.204 à Mo-
 fe interdicta. ibid.
 magicarum delufionum
 ratio ac modus cuiuf-
 modi 245. inde
 magicis actionibus qua-
 tenus colludat & coo-
 peretur dæmon 150
 Magicus dæmon, liber
 Germanicus 420
 magici libri 134.140
 improbatę lectionis,
 & igni abfumendi
 149
 magici libri patribus fal-
 fo infcripti 128.134
 magicorum medicorum
 punitio 615
 magicorum uatum oracu-
 lis non efle credendū,
 nec eos aduendos 18.
- inde
 magus, qui & Python 121
 magus à dẽmone oppref-
 fus 139. à ferpente
 necatus. ibid.
 magus illufor 124
 magus infamis quid 124.
 125. inde à lamia & ue-
 nefica quid differat 124
 magi nomine quem hoc
 fcripto intelligat Vuie-
 rus 126
 magi uiui à diabolo abla-
 ti exemplum 139
 magi, qui & malefici uul-
 gò 165
 magi celebriores qui 130.
 inde
 magi Chaldæis, qui Græ-
 cis fophi 132
 magi ecclefiaftici quibus
 rebus in dæmoniaci
 mali curatione deci-
 piant 493
 magi infames 21. quid à
 lamijs differant. ibi. 22
 quibus nominibus in
 ueteri teft. fignificen-
 tur 117. inde
 magi infames uarij non
 eadem omnes pœna
 afficiendi 610.611.612
 magi malefici ff profani
 135
 magorum alios nō ualde
 laudentium

I N D E X.

ludentium pœna	613	magnetis uis quib. impe-	
magorum artem omnem		diatur	551
aspirationib. dæmonū		maiorum gentium dij	43
constare	126	maleficæ accusatrici fal-	
magorum carminib. non		sa pœna	652
obedire animas defun-		maleficæ capillis suspen-	
ctorum	167	dendæ modus magi-	
magorum funestus inter-		cus	519
ritus	137. inde.	maleficæ & diuinatrici	
magorum libri palam e-		quid post mortem ac-	
xurendi	619 (133	ciderit	628
magorū Persarum religio		maleficæ lege Mosis tolli	
magorum Pharaonis a-		iussæ	118
ctiones præstigiolæ	159.	maleficium	55
inde.		malefici	118. 127. 699
magorū præstigiæ nõ ue-		maleficij amoliendi mo-	
riæ, sed phâtasticæ	676	dus magicus	506 & sa-
magorum puniendorum		crilegus	508 formula su-
modus	24	perstitiosa	531. 564. me-
magorum religiosorum		thodus certissima	577.
multa	614	580. 598	
magis quomodo Chri-		maleficij materies	208
sti natiuitas depre-		in Maleficij perpetrati in-	
hensa	133	quisitione quæ facien-	
magis respiscentib. pro-		da	634
ponitur Syluestris	11	maleficio affecti qui	367.
pont. historia	626	369. inde.	
magos benedicere non		maleficio affecti, quô post	
posse, cur	386	restitutionē de demō-	
magos transferri etiã		nis p̄stigijs & imbecil-	
interdum	157	litate instituēdi	581 &
ex Magis heretici orti	135	ad tolerantiam exci-	
de Magis quid leges &		tandi	583
decreta statuant	620.	maleficio læsa mulier cla-	
inde.		uos & acus uomit	389
		maleficijs	

I N D E X.

maleficia quib. materijs		dibrio	
arceri crediderit anti-		Margareta comitissa B	
quitas	553	rensis.	35
In Maleficijs uoluntatem		Margarita Henningi	
spectari, non euentum		chils F. maleficio affe	
699		cta	41
malleus, diabolus	97	Maria Christi mater la	
Malleus maleficarū qua-		mijis extensa mulier d	
lis liber, eiusq; auto-		ci solita	21
res 13. 212 eiusdem fa-		Maria etiam post partum,	
bulae	345	& Iosephū mortuum,	
mallei Iouiales	557	uirgo	30
malus. malus ille	96	Maria Patheca in marem	
mali esu quidam factus		uersa	456
dæmoniacus	424	Mariæ arbor cœnobium	
mali Genij	107	monalium prope Xan	
Mammona	94	ctos	594
Manassis flagitia	128	marinæ aquæ ablutio	553
mandragoræ radicis ho-		Marmaridius magus	130
munculus	562	marmaritis herba	151
manes	99	Mars, Baal	40
manium ciendorum &		Mars Latij deus	44
interrogâdorum con-		Marfi	347
suetudo nostra etiam		Marsilij Ficini locus	231
etate usurpata 176.177		Martina uenefica	688
Manilij locus	207.208	Martinus de Arles	322.
<i>μαντινάδα</i>	119	327.494	
manuum agilitate editæ		Masschlach	289
præstigiæ	157	materies uaria & dura uo	
Marcelli medici supersti-		mitu eiecta cuiusmo-	
tio	547	di	388
Marcionistę	136	materiam corpoream nō	
mares cū feminis canum		subijci potentia dæ-	
more cohęreere apud		monis, quantū ad for-	
Karentinos, diaboli lu		mæ mutationem	160
		mate-	

I N D E X.

- materies duræ quomodo in corpus à diabolo per lamias ingerantur 420
- materias ore reiectas, nõ omnes fuisse in corpore 372. inde.
- Matifconensis comitis à diabolo abrepti historia 139
- matrimonia inter collegas, ob functionũ communem usum, contra hi interdum solita 357
- matrix mulieris ualde attractiua 323
- Matthæus Curtius medicus 351
- Mathias Durensis abbas 596
- Matuta 99
- Maurorum deus Iuba 42
- Mechassepha quid Hæbræis 118. 119
- Mechtheldis cuiusdã facinus audax atq; impudens 355. inde.
- Medea uenefica 688
- Medeę incãtationes 206. 207. 208. 209
- medicina artium uetustissima 189
- medicinæ hætenus traditæ eueriores, Theophrasti Paracelsi sectatores notantur 193. inde
- medicus à puella dæmoniaca irrisus 423
- medicus qualis in maleficij suspitione consulendus 577
- medici etiam eximij alligationib. characterib. & carminibus usi 546
- medicorum magicorum punitio 615
- medicis potissimum infesta illa de lamiarum potestate persuasio uulgi 8.9
- medicos etiam doctissimos à dæmoniis sepe falli 422
- medicos indoctos in maleficium & diuos referre inscitia & errores suos 192. inde
- medicos multa etiam in morb. ex occulta natura occasione euentia, latere 578
- mediocrum dij 313
- Medius fidius ibid.
- melancholia agitati plerique dæmoniaci, sed non esse omnes 459
- melancholia ante exorcismos euacuãda 578
- melancholia lupina 454
- Ee melan

I N D E X.

Melancholiz remedia		& uirginis filius credi- tus	316
454			
Mellingepagus	461	Merlini natiuitas fabulo- fa	332
melancholicus humor dia- bolo conuenientissi- mus	413.459.578	Mesraim Chami F. ma- gus 129 qui & Zoroa- stres	ibid.
melancholicorum depra- uata imaginatio	228. 229	Messenijs humana uicti- ma oracula præcepta	47
Melchom idolum	41		
Melnérus Clartius	390	metallici dæmones qua- les	102
quomodo dæmonem è famulo pellit	392	Methodij liber de Pytho- nissis	166
Memphites lapis sopori- fer	288	Mechotin magi interi- tus	137
Memphodorus	346	metus quid	705
Menabia pag.	478	Mnei bouis oraculum	66
menais herba	151	Micale uenefica	688
Menalippæ uictima	47	Michael Villanquanus medicus	571
Menandri sententia	365	D. Michaelis imaginem se formidare simulat dæmon	426
mendaciorum spiritus	107	Michaelis Verdung con- fessio	648
mendax, pro diabolo: i- tem pater mendacij	95	militia cæli	42
mendax spiritus	96	militis ab hospite iniurio sè accepti historia	437
Menippus Lucius delusus à sua sponfa	156	miluus, diabolus	97
è Menstruo muliebri phil- trum	360	Minerua cur sine matre nata fingatur	228
Mercurius Trismegistus magus	130	Minerua Scytharum dea	42
Mercurio humanis uicti- mis litarum	49		
meretrix Babylonica	96	minorum gentiù dij	44
Merlinus falso dæmonis		mira-	

I N D E X.

miracula demonum qua-	trægdia uenefica 298
lia 337	monachorum diuinariorum
diabolo impos-	nes magicæ 187.188.
sibilia quæ 114.115	inde
miracula etiam à diabo-	moniales iuniores ad
lo edi 56	obfessorum specta-
miracula quomodo di-	cula non admitten-
scernenda, à bono an	dæ 594
malo dæmone, sint pro-	moniales, organa satanæ
fecta 109	ludibrijs magis ac-
Misraim magicæ infamis	commoda 593
autor 38	monialium dæmoniaca-
missa super uirginis malè	rum historia 398.401.
affectæ uentrem cele-	402.408
brata 190	montani dæmones qua-
sub Missa uerba proferre	les 102.103
inutilia 222	Montaniani 136
missæ ad magicæ usus 144	Mopsus Aphrorum deus
de Missæ bonitate roga-	42
tus dæmon; responsum	morbus sacer epilepsia
differet 569	199
Mycenis culta Iuno 43	morbo naturali etiam in-
myrrha 457	terdum dæmonem
myrton 457	præstigijs suis illude-
mytulul 643	re 324
mæsticia dæmonis occa-	morborum curatio à
sio 706	diuis adscribenda 199
mæsticia dæmonis ten-	morborum curationes
rationi magis obno-	magicæ & supersticio-
xia 224	sæ 509
mole mulierum 316	morbis extremis extre-
Moloch idolum 46	ma remedia optimâ
moly herbæ uis 51	472
monacho oblatus dæ-	morbos magicis artib;
mon 82.85	non curari 557
monachorum Bernatium	Ec 2
	Hot.

I N D E X.

morbos maleficio affecto rum quomodo curent dæmones 535.539	mulieres masculis misera- biliiores 683
morituri cantio quid si- gnificet 596	mulieres infirmius uae- sculum cur dictæ Pe- tro 226
mortis uasa, dæmones 107	mulieres minus puni- endæ, quàm uiri 682. 683
mortui conficta de pur- gatorio querela 181	mulierum calculi 428
à Mortuis non quæren- da ueritas 166	mulierum proprium, de- cipi 226
Moses diuinæ Maiest. le- gatus & scriba 32	muliercularum innocen- ter ob maleficij suspi- cionem punitatum e- xempla 661.665
Moses magiæ à Plinio & Tacito insimulatus 135	mulieribus cur tutores & curatores dari le- gibus soliti 228
item aliorum in eun- dem calumniæ. ibid.	muliebris sexus cur dæ- monis insidijs uirili magis pateat 118
Mosis ieiunium 591	muliebris sexus fragili- tas & credulitas 226
Mosis locus declaratus 296.299 de filijs Dei ad filias hominum in- gressis explicatus 308	muliebri pudenda ad- esse membrum priapo simile 457
Mosis miracula 114 uera, non præstigiola 159. 161	mundus an animal 692
cum Mose Deus facie ad faciem locutus 32	mundi domini 95
mosselscolp 643	mundi interitus per dilu- uium 37
mulier à mollicie dicta 227	Mundi & Paulinæ histo- ria ex Iosepho 317
mulier ob iuraméta à de- mone abrepta 438	murin generatio an lam- bendo constet 315
mulier rationale an bru- tū animal sit, dubita- tum Platoni 228	mustelæ similis bestiola exmi-

I N D E X.

ex militis dormientis ore egredi, rursusque ingredi uisa	73	Nazaret monasterij Co- loniæ uirgines dæmo- niacæ	408
N		necessitatis indusium	
N Abuchodonozor		545	
maleficio dæmonis uexatus	369	necromantia quid, & qui ea fuerint usi	175.
in Nabucadnezarem qua tenus diabolo scuire permissum	112	inde	
Nahas quid Hebræis	120	<i>νεμεσιμαστία</i>	167.175
Namyssia in marem mu- tata	456	negocium perambulans in tenebris, quid	585
naphthæ uis	348	Nembroth	42
naribus se extrahi simu- lat diabolus	70	Neomagij monialium dæmoniaca uexatio	402
Narrationes mundi for- tuitæ, libellus Galli- cus	468	Nephilim	308.312
Natalis Ramardus regis Gall. medicus	571	Neptunus mari præfe- ctus	43
natationis causæ	633	Nereus deus	ibid.
naturæ cursu diuinitus institutum impedire diabolum non posse	115	Nergal idolum	40
naturæ miracula in se- xus immutatione	455	Nero etiam magicarum artium uanitatem ex- pertus	203.204
naturam semper addere, nunquam demere, & uersus dignius semper moueri	458	Nibhas idolum	41
N aucratitarum deus Se- rapis	42	Nicolaus Gottel malefi- cus	462
N axi deus liber	43	Nisroch idolum	41
		noctis ludibria	292
		Noha ebrius, à filio Cha- mo irrisus	38
		Nohæ ætate idololatria, statim à diluuiio. ibid.	
		in Nohæ sobole quid ma- chinatus diabolus	37.
		38	

I N D E X.

Nonhertic cœnobium	festari	578
404	obsessionis diabolicæ	
Noricorum deus Tibi-	commentum punitum	
lanus	465. inde	
42	obsidij diabolici figmen-	
Norinbergensis Senatus	ta	460. 464. inde
prudentia summa	464	
464	Occultæ philosophiæ li-	
Nothemd.	ber quartus an sit	
545	Corn. Agrippæ 14 e-	
Notoria ars	jusdem uanitas	142.
149	inde	
Numa Pompilius magus	Ochosæ regis interitus	
131	617	
Numæ consultrix Aegē-	Oceanus	99
ria nympa	Octauiani Euphoristica,	
103	& superstitio	547
nuncius satanz	oculorum contagio na-	
96	turalis	347
nuptiarum ratio & cau-	oculorum fascinum	127.
sa naturalis quæ	346. 347	
314	Oddonis magi interitus	
nympa muliebris	138	
457	Odhen Gothorum deus	
nymphe sanctæ Amor-	44. 49	
rheorum	œsophagus	374. neruo-
42	sus	375
nympharum cohortes	ohlim, diabolus	97
43	<i>oiuifobas</i>	120
Nymphæum	Olai Gothi locus	153. 154.
32	155. 444. 557.	
O	oliuæ ramorum usus. oli-	
B, quid Hebræis &	uæ puritas	554
O	Olympiæ erga pellicem	
Obboth	humanitas	365
121. 123	Omnicolor tibicen	84
obsessæ monialis mori-		
turæ, abnegationis		
sux & à dæmonis ty-		
rannide liberationis		
certum testimonium		
596		
obsessis pluribus uno in		
loco morantibus quo		
modo succurrédū		593
obsessos duplici morbo		
corporis & animi, in-		

I N D E X.

Onen quid Hebræis 120	oratio & ieiunium con- iuncta 221
onocentaurus diabolus 27	orationis cum ieiunio uis in eiiciendis dæmoni- bus. 589
onocrotalus diabolus. ibid.	orationum publicè à fi- delibus ad rem præ- sentem accommodata rum efficacia 587- 588
<i>ὄνυχον αὐτῆς</i> 179	Orpheus magus 131
Ophis 33	Oschanes magus 130
Ophitæ 136	Osyris Aegyptiorû deus 42
opinionis prauæ sine ra- tione pertinacia, inex- piabilis tinctura 10	Othinus magus 138
Opis 99	oua lustralia 555
<i>ὄπιός τινος</i> à diabolo in- terdum cieri 69	Ouidij locus 43. 44. 206. 209. 210. 358. 361. 364. 553. 555. 556.
opium optimum quale 289	ouium peltis 478
opij collectio 288. 289 & cultus tritici loco ibid.	P.
opij esus apud Turcos & Persas frequens 288	P æoniæ radix 551
opiû comedisti, Prouerb. apud Turcos 289	Pages dæmoniorum sacerdotes 105
oracula à dæmonibus excitata, diuinis con- traria 39	<i>παλαμυαίης</i> dæmon 99
oracula Christo nato cõ- ticuisse 51	Paletheoborum gentes fascinatrices 347
oracula edere 120	Pallas Athenarum dea 43.
oracula varijs locis cele- bria, quibus illufit ho- minib. dæmon 66	palma Christi 554
oraculorum ambiguita- tes 60	Palmarum die secrato- rum frondiû usus 494
	Paphi Venus culta 42
	Paracelsi Aesculus mutus 195

I N D E X.

Paracelsi affectus quidam	peccati autor	95
exorcista	peccatorum qui facit, ex dia-	
570	bolo est	638
Paracelsi cuiusdam im-	pecora à diabolo etiam	
postura	propter odium homi-	
196	num affligi	480
<i>παρὰ</i> daemones	pecudes quandoq; etiam	
99	uenenis tolli, sed pluri-	
Paris de Puteo	mum peste	477
525	per Pelium diuinatio cu-	
Paseres ludicator magi-	iusmodi	177
cus	penates dij	44-99
156	pentaphylli uis	553
pastores ecclesiarum qui	perdix, diabolus	97
dam magi	de Perdicibus falsa opi-	
489	nio	323
à Pastoribus etiam eccle-	Periapta physica	550,
siarum in curando ma-	551 eorundem uani-	
leficio populū seduci	tas	513
488	periaptis quatenus fiden-	
patrij dij	dum	551
44	Peripateticis nulli in re-	
patrum exempla fiducia	rum natura daemones	
& tolerantiae contra	31	
daemonum insultus	apud Persas ueneficorum	
586	pœna	688
Paulus Gullandus I. C.	pestis in tenebris grassas	
387	96	
Paulina ars	pestis pecorum ob nostra	
149	peccata	479
Paulinae & Mundi histo-	peste insectorum lintea-	
ria ex Iosepho	minum contagio	351
317	Petrinorum familia Bo-	
Paulus Grillandus	noniae.	ibid.
522	Petrus Aponensis, Conci-	
Paulus à daemone colat-	liator	
phis casus		
426		
Pauli liber magicus		
134		
diui Pauli locus		
127. 216.		
221. 222. 244. 482. 492.		
584		
Pausaniae locus		
325		
peccandi tres tantum mo-		
di		
709		
peccatum mutum		
402		

I N D E X.

liator	136	phantasia	266.267
Petrus Brabantius, eiusq; impostura	181	Pharao, diaboli typus	98
Petri Bourgoti confessio	648	Pharaonis magi	697
Petrus Damianus	241	Pharaonis magorū actio- nes prestigiosæ	159. inde
Petri de Abano Elemen- ta Magica	144	Pharaonis pertinacia	169
Petrus de palude	322	pharmaca in locis remo- tis sepulta non posse lædere	344
Petri Lombardi de magi ca arte sententia	140	φαρμακός, φαρμακός, φάρ- μακα	118
diui Petri locus	482	φαρμακός, φαρμακός, φάρ- μακός	22.348
Petri triplex Christi ab- negatio	642	Phauorini philosophi de genethliacis sententia	186
Petrum cribrare nõ per- missum diabolo	113	Phegor idolum	40
Phædræ in Hippolytum priuignum amor	364	Pheracidi etiam assertus dæmonum lapsus	33
Phaetusa in marem muta ta	456	Philippaldus Hispanus medicus	351
phantasia corrupta, lamia rum doctor	342	Philippus ab angelo trāf- latus Azotum	249
phantasiæ uis, & quomo- do uitietur	231. 233. 238	Philippus Vuesslelich Co- loniensis	596
phantasiæ quatuor effe- ctus	232	philosophi, Chaldæis ma- gi	132
phãtasiũ hominũ quõ cor- rumpat diabolus	236	philosophorum lapis	602
phantasiam lamiarũ quo- modo regat dæmõ	246	φίλτρον	357
phantastica transforma- tio hominũ in bestias	240	philtera uera quæ	365
phantastici uulgo qui, itẽ		philtera citius furorem in- ducere, quã in amorem conciliare	361. & mor- tem
			362
		<u>E</u> c 5	Phimosus

I N D E X.

Phimosi	304	Platonicorum de dæmo-	
Phorcis	99	nibus sententia	31.108
Phu Arabicum	554	Plinij error	323
Phut	42	Plinij locus	74.76.432.
phylacteria	623		446.455
Picatrix Hispanus	136	Plotinus magus	130
pici avis esus	555	plumifascis dæmon	106
pietas unica hominum à		Pluto <i>δαίμων</i>	40 in
dæmonum actu custo-		feris præfectus	43
dia	482	Plutonis galea	75
pietatis uim qui abnega-		pluuia an cieri à malefi-	
runt, circa fidē reprobi		cis possit	281
217		pluuiam an ciere lamia	
pila in bouis uentriculo		possit	345
nata unde	431.432	<i>πυγάλιον</i>	292
pili meiendo exeret	428	poculorū certamen Af-	
Pimeti amasia, Plorina		sueri regis lege inter-	
dæmon	336	dictum	15
Pirithoum primū lunam		Pœnorum deus Vranus	
cælo deduxisse	210		42
piscatio medicamentis		poetarū assertio uel con-	
facta inutilis mensæ		tradiçtio parui ponde-	
366		ris in sagarum nego-	
piscium captura per in-		cio	208
cantationem	512	Positiani locus	362
planipes dæmon	106	Pomponatius <i>ἀβίος</i>	716
Plato an ex uirgine & A-		Pomponatij de obsessis	
polline natus	316	principio ab atra bile	
Platonis de dæmonibus		euacuadis sentētia	578
sententia	109	Pomponatij liber	71.716.
Platonis magiæ studium		locus	157
	131	Pomponatium ante mor-	
Platonē philosophiā suā		tem respuisse	716
ab Aegyptijs hausisse		<i>ἡ νευρίσις</i>	96
109		Ponti-	

I N D E X.

rum miraculis tribuen- dum 431.432	ex Saxone Grammat 264.inde
rattos incantādi ratio 121	Romani sacrorum ritus à Græcis mutuati 47
Razielis angeli liber 140	Ramanorum dij 43 reli- gionis studium quale 132 superstitio multi- faria 45
Reatius circulator 157	rosearbor dæmon 106
rectores tenebrarum hu- ius seculi 95	Rudolphus Erfurtenfis episcopus 87
regale sacerdotium 716	Rugionorum superstitio 56.57
regina cœli 42	rusticus horarū ictus in corde sentiens 395
Remmon idolum ibid.	ruta fascini annuletū 554
remora pisciculus phil- tron 359	S
Rempha idolum 42	S Aadiæ rabini de Sa- Smuelis apparitione sententia 171
Renerus Solenander me- dicus 286	Sabellici loc ^o 326.349.538
res monstrosæ ore reie- ctæ, an fuerint in cor- pore 372.inde	sacerdos magus à dæmo- ne oppressus 139
res naturales corporib. innāsci, quæ ad malefi- cia quandoq; referun- tur 427.inde	sacerdotes Aegypti & Græci medicinæ stu- diosi 489.490
res plerunq; esse ridicu- las, quibus lamix læde- re creduntur 343.344	sacerdotes pro dijs suis & comedere & coire 321
Reuelationum ars 149	sacerdotes uictimarū hu- manarū à Tiberio su- spensū 48
rex super omnes filios su- perbiæ 95	sacerdotum Beli fraus 321
rhamni radix 554	sacerdotū fucus in adul- terijs 320
rituum uarietas pro deo- rum multitudine 45	sacrifici Mogūtīnēsis dæ- monium
Robertus Anglicus 136	
Rodicofani fabulosa 268	
Rogierius Bachon. 136	
Rolleri & Erici historia	

I N D E X.

monium familiare cuiusmodi	103	excitatum	165.168
sacrificorum quorundam magica diuinatio	187. 188. inde	de Samuele uero nõ euocato, Augustini sententia	171.173
sacrificiorum numerus apud Aegyptios	145	sanctorum inuocatio in morbis	540
saga unde dicta quæ.	205. & ibid.	sanguinis fluxum inhibendi modus magicus	510
sagæ lædendæ per incantationum modus	506	sanguinis humani uictima	46.47
sagæ ne Christi quidem tempore, nedum Moysis, cognitæ	687	ad Sanguinem sistendum superstitiosum remedium	498
sagæ tales, quales nostra ætate cõburuntur, præcis ignotæ	205.206	in Saræ uirginis uiros seipsem cur ita sæuire diabolo permissum	112
sagarum uocis abusus apud Germanos	124	Satan. Satanas	33.94
Sagana uenefica	688	sathanæ angelus	96. nuncius. ibid.
sagitta uolans in die quid Psalt.	96 585	sathanæ instituta omnia malè cohærere	212
sagittæ in aera eiaculari imminente tempestate apud Gothos Colitæ	557	satanae membra	98
salis consecrati usus	493	satanae profligandi methodus certissima	577. 598
salis uirtus exorcisatio.	559. & ibid.	satanae in quos homines maior potestas à Deo permittatur	579
Samiorum dea Iuno	42	Saturnus	43.99
Samuelis apparitionem fuisse illusionem, etiam Hebræis uideri	170	Saturni adulteriũ ab eius sacerdote administratum	319.320 (48
pro Samuelis imagine, diaboli spectrum à Pythia		Saturno infantes oblati	
		Saturninus	317 (97
		satyrº animal	326. diabolº Satyri

Satyri an dæmones	325.	Sibyllæ Erythræ de diui	
dij	44	nationis uanitate sen-	
fatyrij radix	554	tentia	184
Satyrides insulæ	325	Sibyllæ, à dæmone uelut	
Saulis reprobatio 173. præ		conductæ	50
uaricatio	170	Sibyllæ albæ	104
Saxonis Grammatici lo-		figillorum astronomico-	
cus	56.263	rum & magicorum ua-	
Saxones à Sclauis cæsi 97		nitas	515.528.529
scalpelli acies fracta per		signa, quò, à malone an bo-	
uenâ ingressa, &c.	433	no dæmone facta, sint	
schedula ridicula colloap		discernenda	109
pena contra lippitudi-		Simon magus è uirgine	
nem	542	se natû mèritus	316.333
<i>σκιομάτευσις</i>	167	Simonis magi fascinû	127.
scorpio, diabolus	97	imago Faustiniانو imi-	
serpens antiquus 33. tor-		pressa 241. præstigiæ	
tuosus. ibid. & 97. dia-		103. 224. statua 135: in-	
bolus.	ibid.	teritus.	136
Serpentes à Nigritis fasci-		simplicia sensus turban-	
nari	501	tia & auferentia	285
Serpentû incantatio. ibid.		simplicitas apud diaboli	
de Seruatij Salseni puero		illusionib. organû	597
historia	286	simulachrum nullum ex-	
M. Seruilij Nolani super-		hottescere dæmonè	426
stitio	543	simulachrorum miracula	
Seruius Tullus laris filius		per dæmonem fieri so-	
falsò creditus	316.323	lita	66.67
Q Sertorij cerua, Dianæ		in Sinû despuendi super-	
tæra, consultrix	103	stitio	556
Seth filij, angeli appellati		Snebergius dæmon	101
308. & filij Dei	310	Sodomæ exitium	38
Seueri Sulpitij locus	67	solani furiosi radix	290
sexus de humani mutatio-		solis cursus miraculose	
ne naturali	455	impeditus	115
Sibylla Duiscops	664	Solenander medicus	427
		Solenan-	

I N D E X.

Solenādri comes gallinā uulpi eripit	444	Spiritus Dei. Spiritus Dei malus	95. spiritus malus.	ibid.
Solomon à superstitione magica alienus	561	Spiritus diuinationis	96.	
Solomonis liber 134. ra- dix	560. quæ	immundus.	ibid. im- postor.	ibid. iræ. ibi- mendax. ibid. men- daciorem 107. mu- tus & surdus. Pythius.
Somnifera lamiarum un- gnenta cuiusmodi	283. 284	inde		
Somniorū obseruatio	120	Soporis. timoris	96	
Somnorinæ imagines	235.	uertiginis	95	
Somnus grauis & inquietus lassitudinem parit	659	Spiritus ad uindictā crea- ti	ibid.	
Sophi, qui Chaldæis ma- gi	132	Spiritus an possint corpo- ra transferre	247	
Sophia Vueri filia	543	Spiritus Imperatores, Du- ces, Comites, Serui, &c. qui	146. inde	
Soporis spiritus	96	Spiritus immundi & mali unde	33	
Sortes sanctorum siue A- postolorum	180	Spiritus mali, etiam Dei spiritus dicti	582	
Sortilegi. sortilegium	180	Spiritus mundi	95	
Spartæ dea Iuno	43	Spiritus quatenus corpo- ræ substantiæ	254	
Spectrum mirum	80	Spirituum immundorum subtilitas & fraus	225	
Spectra cur fortes uiri nō uideant	232	Spirituum in Steganogra- phia partitio	146	
Spirituales astutiæ in cœ- lestibus	95	Spuere, in terram (eleua- tionis tempore	222	
Spirituales naturas cum se- minis coire nullo mo- do posse	328	stabulariæ, femina. stabu- lum	240	
Spiritus agēs in filijs con- tumacibus	95	Statores dij	43	
Spiritus Antichristi. ibid. Aegypti.	ibid.	Steganographia Ioannis Trithe-		
Spiritus dæmoniorum	96			

I N D E X.

Trithemij 145 eius or-	solphuris uis	555
do 146	superstitio quomodo re-	
stella Christi natiuitatis	ligionem <i>uincitur</i> 541	
index, qualis 133	superstitiones pellendis	
stellio philtrum 359	dæmonum insidijs e-	
Stephanus Atrebatensis	xerceri solitæ 495	
monachus 572.574	suppressiones 292	
stercus muris Paracelli	suum pestis 478	
195	Syluani 44 qui & incubi	
stercora nõ habere phil-	324	
triuim 364	Syluester secundus pont.	
<i>σπερματόρεια</i> 180	Rom. magus 490 Gil-	
stincus philtrum 358	bertus antea 626 de	
strigæ. striges aues 204.	eodem historia ibid.	
205 unde dictæ 284	synochitides 555	
strumis abigendis curatio	Syrorum dea Astarte 42	
superstitiosa 509	T	
struthio diabolus 97	T Aciturnitas in tor-	
stupor in tormentis quo-	T mētis quomodo dis-	
modo dissoluatur 524	soluatur 524 eandem	
stuporem in tormētis in-	inducentia uerba 521.	
ducentia uerba 521.522	523	
subuersi qui 625	Tamerani 105	
succini uis quibus impe-	tarantulæ morsus sym-	
diatur 551	ptomata & curatio 475	
Succor Benoth idoli 40	Tatiani de dæmorū ten-	
succubæ dæmonis exem-	tatione sententia 91	
plum 334.335	Tatiani locus 36.536	
succubi & incubi dæmo-	Tauricorum sacra 49	
nis præstigiæ 322.324	taxilli tormentum 523	
Sueciæ regis in exercitu	Telchines fascinatores	
lamix circūductæ 275	347	
Suidæ locus de Christi	<i>τιδία</i> 128	
diuinitate, & Mariæ ca-	teli extrahēdi modus ma-	
stitate 300	gicus 518	
	Ff Temix;	

I N D E X.

Temixitarum sacra	49	Theodorus Lopers	808
tempeſtatis ſedatio im-		Theodorus Vuierus I.C.	
pia	604.605	181	
templa ingreſſi cur ſe re-		Theodoſij Iudæorū prin-	
ſpergere ſoliti etiam		cipis cum Philippo ar-	
apud ueteres	202.203	gētario colloquiū	300
tentationis cauſa	384	Theophraſti Paracelſi le-	
in Tentatione omni ac-		mures pellēdi modus	
quiſcendum uolun-		534 eiſdem Paragra-	
tati diuinæ	582.583.584	mon: item eiſdem ſe-	
tentatores, dæmones	107	ctatorum impediencia	
terniſtratores dæmones		193. inde	
99		theſaurum inquiredi mo-	
terrei uirunculi	100	dus magicus	517
Tertulliani locus	48. 57.	Theſſalica mulier Pro-	
59. 71. 156. 221		uerb.	688
teſtes monacho ſano no-		<i>theſſyia</i>	127
lentiq; execti	440	theurgicæ conſecratio-	
teſticulos incātatione nō		nes	128
adimi	439	Theutus dæmon apud	
<i>τίτανον</i> à diabolo inter-		Platonem	107
dum cieri	69	Thibiorum gens	346 in
tetrici familiares dæmo-		ponto, non poſſe mer-	
nes	101	gi	633
thaninim diabolus	97	Thilo à dracone interfe-	
Thamuz idolum	42	ctus, herbæ ui reſtitui-	
Thartac idolum	41	tur	176
Thayſa fl.	430	<i>θηλυτέρα</i> cur Homero di-	
theangelis radix	290	ctæ mulieres	227
Thebit annuli	515	<i>θηρα</i>	39
<i>θηλιτὴς</i>	121	Thomæ liber magicus	
Theocriti locus	565 (232	134	
Theodorus Byzantinus		Thor numen	44
Theodorus Gronius cō-		thus	554
ſul Vueſalienſis	570	thuris è cereo Paſchali u-	
		ſus	

I N D E X.

fus	494	520.522. inde
Tiberij Cas. oculi	348	tormentis fides nõ ad-
tibicinis Omnicoloris		hibenda
Hammelæ historia	84	7-3
Tibilænus Noricorum		in Tormentis stupor ec-
deus	42	taciturnitas quomo-
Tibulli locus	207.358	do dissoluatur
timor nocturnus	96	524
timoris spiritus	ibid.	Triballorum fascinati-
timorem fortes imagines		ces
gignere	232	346
à Timore nocturno non		Trismegistus Mercurius
metuendum quid	585	magus 130 eiusdem de
tipula	454	dæmonum lapsu sen-
Tiresiæ uaticinia	47	tentia 33 item de spi-
Tiridates magus	203	rituum nominibus tra-
Tobiæ angelus	140	ctatus
Tobiæ castitate & ad		342
Deum oratione fuga-		Tritemius magus 145 et
tum dæmonium	556	iusdem Stegano gra-
in Tobiani nihil permissum		phia
diabolo, cur	112	ibid.
tolerantiæ exempla	586	Troianorum dea Vesta
Tonantes dij	43	43
tophacei calculi in utero		Trophonij oraculum 66
nati	428	trulli dæmones quales
tophus 433 à colico labo-		102
rante deiectus 430 in		Tuccia uirgo Vestalis
iuuencarum uentre re-		156
periri solitus, qualis		Tulli Hostilij interitus
432 item in iuncturis		137
morbo articulari labo-		Turcarum magica diuiri-
rantium	427	natio
tormenta quomodo		183
quidam non sentiant		tutelares dij
		44
		Tyberius Atinius.
		538
		typho
		253
		Tyranni sacerdotis
		dulterium
		319.
		320

Tyri interitus ab Eſaia prædictus	60	contra Veneficum quid agendum	609.
V.		ueneficio infecti quales.	
V Alentiniſiani hæretici	136.	475. eorum ſymptoma ta.	ibid. inde
ualeriana	554	ad Veneficia femine uiris procliuiſiores	687. 688
Varroniſ commenticiorũ deorum numerus	44	ueneficiorum memorabi lia exempla	348. 349.
uafa iniquitatis, & furo ris, dæmones	107. item	uenena intrò aſſumpta	
iræ mortis.	ibid.	476. contactu læden tia, item halitu.	ibid.
uates diaboli cuiuſmodi		uentriculi dolores	375.
50. 51		uentriculi oriſicium ner uoſum, & ualde ſenſile	
ueſtes portarũ ueneno in ſectæ	350	ibid.	
Veia uenefica	688	uentriſloqui	121. 122.
uenator, diabolus	96	uenti uenales	154
uenefica magia	348	Venus Arabum dea	42.
ueneficarum appellatio.		Paphi culta.	ibid.
125		Veneris impotentie re medium magicum	516
ueneficarum ars ſola per timeſcenda	719	in Venerea lue laboran tium lotio animalcula	
ueneficarum pœnæ	686.	quædam innatare	428
687		uerbena	554
ueneficus pro mago Ger maniſ	124	Verbum Dei non mortua litera, ſed ſpiritus & ui ta	514
uenefici 22. lege Mo ſis tolli iuſſi	24. 118	Verbum Dei, ſpiritu effi rax	558
uenefici qui propriè di cendi	348	Verbi Dei abuſus	497.
uenefici quomodo lædât animantia	366	506. 507 genuinus ut ſus.	ibid.
ueneficorum puniendõ rum modus	24	uerba nihil impuere niſi audi.	
uenefici ratio	14		

I N D E X.

auditum	525.527	bolo excogitata	565
uerba stuporem & taciturnitatem in tormentis inducentia	521.523.525	uictimæ sanguinis humani	46.47
uerbis imprecationū neminem posse lædi	645.646	Victoria dea	44
uerbis instituto consonis in eliminando fatana esse opus	567	Vincentij fabulosæ narrationes	332.333
uerbascum	509	ne Vinum inuertatur, superstitiosum remediū	498
ueritas, certæ rei noticia	694	Virg. locus	67.120.210.206.280.315.358.364.446.478.554.683
ueritas in profundo abstrusa	11	Virgilij spiritu se obsessam puella quædã falsa	579
ueritas non quærenda à mortuis	166	sine Viri semine cur multi nati fingatur	316.317
ueritatē posse etiã à diabolo, licet mendace dici	174	absque Viri semine præter Christū, nemo natus	315
uermis octo pedum longitudinẽ à rustico eiectus	430	uirgo religiosa apud Hollandos ob incubū præcipuè exusta	285
uermes prodigiosos interdum in hominū sinibus nasci	ibid.	uirgines omnes hymenæ dotata	295. inde. 298. 302
uertiginis spiritus	95	uirginitatis indicia, ex Mose declarata	296. 299
Vespasiani miraculū	546.547.550	uirunculi montani	102
Vesta Troianorū dea	43	terrei	100
ueterinariæ artis auctores	607	uis quid	704
uictimæ humanæ à diabolo		Vitalis Besumbæus medicus	571
		Ff 3	uituli

I N D E X.

tituli aurei adorati	42	Vuieri cognomen Lati-	
uitulorum adoratio	46	num Piscinarius	571
Vlricus Molitor	13.334	contra diaboli cona-	
Vlricus Neufesser	395	tum uires 69 parentes	
ululæ, diabolus	97	100 fratres	ibid.
ultores scelerum dæmo-		Vuiero lares familiares	
nes	107	in ædibus parentum	
Vlyssis sociorum muta-		suorū obseruati	ibid.
tio	452.450	Vuildstadia	438
voces an ullæ cum cœli		Vuinandus monachus e-	
imaginibus conueni-		xorcista	570
ant	512.513	Vulcanus lemāi cultus	
vouluces cœli	96	43	
voultas non omnis pu-		vulturum partus	315
nienda	684.685	Vuolfenbutel arx	412
Vortigernus rex	332	Vuymmaria Duringorū	
upupæ pennæ 555.ouum.		opp.	461
ibid.		X	
<i>ὄψις</i>	208	X Anthus historicus	
<i>ἑρμῆς</i> dæmones cur		X 176	
Empedocli	33	Xurguminæ	245
Vranus Pœnorū deus	42	Z	
ursini cerebri esus	455	Z Abulus magus	130
in Vtero nati tophacei		Z Zachariæ Babylonij	
calculi	428	liber	134
Vualdath deus	42	Zachariæ prophetæ lo-	
Vuell pagi obsidio dæ-		cus	51
moniacæ fictæ	471	Zantefæ mulieris specie	
Vuerteti occlusarum mo-		diabolus de S. Franci-	
nialiū dæmoniacarum		sco mentitus	86
historia	398	Zamolxis magus	130
Vueruoulf	241	Zaratus magus	ibid.
Vuesaliensis exorcistæ hi-		Zarmocenidas magus ib.	
storia	570	Zarois magi interitus	

I N D E X.

137		si F. 129. magicæ re-
Zauberer	124	pertor ibidem. idem
Zenobia ab Aureliano		qui & Mesraim.
cur dimissa	683	ibid.
Zoroastres Persa Oroma	Zijm, diabolus	97

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA

~~Isidoro~~, Anno Salutis hu-

manæ M. D. LXVI.

Mense Martio.











